DE GRUYTER

Lucius Annaeus <Rhetor> Seneca

ORATORUM ET RHETORUM SENTENTIAE, DIVISIONES, COLORES

Lennart Håkanson (Ed.)

BIBLIOTHECA SCRIPTORUM GRAECORUM ET ROMANORUM TEUBNERIANA

AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN DER DDR
ZENTRALINSTITUT
FÜR ALTE GESCHICHTE UND ARCHÄOLOGIE

BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

LEIPZIG

BSB B. G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT
1989

L. ANNAEVS SENECA MAIOR

ORATORVM ET RHETORVM SENTENTIAE, DIVISIONES, COLORES

RECENSVIT

LENNART HÅKANSON

LEIPZIG

BSB B. G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT

1989

Bibliotheca

scriptorum Graecorum et Romanorum

Teubneriana

ISSN 0233-1160

Redaktor: Günther Christian Hansen

Redaktor dieses Bandes: Günther Christian Hansen

ISBN 3-322-00668-9

1. Auflage

VLN 294/375/7/89 · LSV 0886

Lektor: Dr. phil. Elisabeth Schuhmann

Printed in the German Democratic Republic

Gesamtherstellung: INTERDRUCK Graphischer Großbetrieb Leipzig,

Betrieb der ausgezeichneten Qualitätsarbeit, III/18/97

Bestell-Nr. 666 504 0

07800


PRAEFATIO

Libri decem contraversiarum et liber suasoriarum Senecae maioris hac nobis ratione traditi sunt: quidam codices integrum textum libri suasoriarum[1]) et lib. I, II, VII, IX, X controversiarum necnon praefationes lib. VII, IX, X continent. exeunte autem, ut videtur, antiquitate ignotus aliquis e controversiarum libris excerptorum librum confecit, cui etiam integras praefationes lib. I, II, III, IV, VII, X addidit. sequitur, ut praefationes lib. VII et X duobus modis nobis traditae sint; interierunt autem praefationes lib. V, VI, VIII. huc accedit, quod veri simillimum videtur etiam suasoriarum librum praefationem (nunc prorsus deperditam) habuisse.

Brevitatis gratia in sequentibus de *textu integro* et de *excerptis* simpliciter loquar, licet haec vocabula ad verum non prorsus conveniant.

De codicibus textus integri

Stemma codicum



1) Initium tamen libri suasoriarum interiit (cf. p. 331). quod liber ille in codd. primo loco ponitur, constat eum post controversiarum libros conscriptum; cf.

Iam statim ab initio breviter ea comprehendam quae de recensionis fundamentis dicenda sunt. ut e praemisso stemmate meo apparet, textus cod. α deperditi (de quo infra p. XII plura dicam) trium codicum auxilio restituendus est. ceteri omnes, ut e cod. V (de quo infra plura) fluentes, nullius pretii sunt, nisi quod hic illic textum emendatum praebent. locis nonnullis corruptelae cod. α excerptorum ope emendari possunt, licet in hac re summa cautio adhibenda sit; cf. infra p. XV.

Tres illi codices hi sunt:

Antverpiensis (A) bibliothecae publicae 411, saec. X vel XI[1]), liber membranaceus 130 foliorum (e quibus nunc sex desiderantur).[2]) manus recentior pluribus locis librum correxit.

Bruxellensis (B) bibliothecae regiae 9581–9595, saec. IX, qui liber membranaceus opera Senecae fol. 88^r–167^v continet.[3]) a duobus librariis conscriptus est. suasoriarum liber, qui, ut dixi, in codd. primum locum obtinet, manu recentiore passim emendatus est; quae manus etiam alibi, sed raro, textum correxit.

Vaticanus (V) Latinus 3872, saec. IX, liber membranaceus 142 foliorum. permultis locis manus paulo recentior textum emendavit.

Horum librorum imagines phototypicas ipse Upsaliae contuli.

Ceteros textus integri codices (quos in sequentibus *deteriores* vocabo) enumeraturus initium ab iis capio, quorum imagines phototypicas ipse vel saepe vel singulis tantum in locis inspexi; quod ad ceteros attinet, ea quae proponam imprimis investigationi viri docti Vervliet debeo, qui abhinc aliquot annos dissertationem suam mihi benignissime commodavit.

Bruxellensis (olim Toletanus) (T) bibliothecae regiae 2025, saec. XIII, quem constat apographum esse codicis V (cf. Müller XI adnot. 2; XIII sqq.). liber tribus manibus recentioribus correctus est, e quibus unam Andreae Schotti esse testatur Vervliet (contulit enim olim ille Romae hunc codicem). ego, cum has tres manus

---

II 4, 8 *quae dixerit* (sc. Latro) *suo loco reddam, cum ad suasorias venero.* Coelius Curio, qui anno 1573 emendatam editionem Hervagenianam publici iuris fecit, primus suasoriarum librum post controversias posuit, sed mutavit ordinem Schottus, quem secuti sunt editores ante Müllerum omnes.

1) Cum Mülleri (X sq.) opinio aliquantulum differat ab iis quae de aetate horum trium codicum dico, e dissertatione viri docti H. D. L. Vervliet (quam typis impressam non esse maxime dolendum est) iudicium adhibeo doctissimi illustrissimique viri B. Bischoff (p. 69): 'Nur zu einer der drei mir in Photos vorgelegten Hss. ist mir bisher die Zuweisung an ein bestimmtes Scriptorium möglich: ich habe keinen Zweifel, daß der Vaticanus in Corbie, in der I. Hälfte des IX. Jhs. geschrieben ist; auch die Tafel bei Chatelain, Paléographie des classiques latins, CLXVI a zeigt durchaus die Elemente, die eine solche Bestimmung rechtfertigen. Den Bruxellensis mit seiner eigenartig schmalen Schrift . . . würde ich . . . um die Mitte des IX. Jhs. ansetzen. Zweifellos die jüngste der drei Hss. ist die Antwerpener, wohl saec. XI.'

2) Cf. adnot. ad p. 84, 21; 249, 27; 372, 4.

3) Interiit tamen unum folium, vide adnot. ad p. 319, 15.

haud facile discernere possem, *r* siglo (sicut Müller) omnes has correctiones comprehendi. sequitur, ut pars multarum earum coniecturarum, quae *r* in apparatu attribuuntur, re vera editori illi Schotto debeatur. cum autem in apparatu meo emendatio quaedam aperte Schotto adscripta est, in editione eius invenitur. imaginem codicis **T** persaepe adhibui.
Bruxellensis (**D**) bibliothecae regiae 9144, saec. XV. plurimis locis manus eiusdem fere aetatis textum emendavit. hunc librum e **V** quidem fluxisse sed etiam lectionibus codicis **B** contaminatum esse monstrat Vervliet. huius quoque libri imaginem saepe inspexi.
Leidensis Vossianus Latinus 72 (**L**), saec. XV exeuntis.
Vaticanus Latinus 5219, saec. XV, qui liber non nisi summo cum labore summaque molestia legitur. perpaucis locis libri imaginem inspexi.
Bruxellensis bibliothecae regiae 9768, saec. XV.
Florentinus bibliothecae Riccardianae 1179 III, saec. XV.

Textus integri codicibus enumeratis breviterque descriptis ad praemissum stemma revertor ac primo ostendam deteriores omnes e **V** fluxisse. qua in re lectionibus utar e collatione viri docti Vervliet selectis; quae collatio omnium qui extant codicum lectiones libri suasoriarum continet. confer sis hos locos:

p. 333, 19 *autem* om. **V** dett. omnes; 334, 8 *veneratio* om. **V** dett. omnes; 334, 13 *belle*] *bene* **V** dett. omnes; 334, 18 *an sed*] *sed* **V** dett. omnes; 335, 4 *Alexandri* **B**^{2}: *-ria* **AB**: *-ro* **V** dett. omnes; 339, 4 *insuetaque arma*] *insuetoque arma* **AB**: *insueto armaque* **V** dett. omnes; 339, 19 *habere nos*] *nos habere nos* (sed *nos*^{2} del.) **V**: *nos habere* dett. omnes; 361, 19 *quidem esse*] *esse quidem* **V** dett. omnes. plura afferre, ut in re prorsus indubitata, non tanti est.

Quod ad eam rationem, quae inter **A**, **B**, **V** intercedit, et quod ad horum librorum naturam attinet, iam dudum constat **V** ex apographo codicis *α* correcto et interpolato exscriptum esse (cf. Müller XII sq.). ad quod infra revertar, primo autem conabor ostendere nullam certam causam esse, cur putemus **AB** e communi apographo codicis *α* fluxisse (quo efficeretur, ut e stemmate bipartito lectiones codicis *α* restituendae essent); nam haec communis fere opinio videtur esse. cf. Müller loc. cit.[1]): '**AB** enim multo artiore cognationis vinculo inter se quam cum **V** coniuncti sunt, et illorum quidem vel in minimis tanta est convenientia, ut dubitari non possit, quin ex eodem exemplari (**x**) originem duxerint.' ut prioribus his verbis prorsus assentior, ita non video, cur illud 'idem exemplar' ipse codex *α* fuisse non possit, cum omnia (ni fallor) ea quae codicis **V** propria sunt correctori vel correctoribus parentis eius ascribi posse videantur, praesertim si ille vel illi correctores adnotationes suas interdum e codice quodam nobis ignoto sumpserint (quod utrum fecerint necne, infra tractabo). sed confiteor totam hanc quaestionem ad textum Senecae restituendum haud ita magni momenti esse; nam utut se habet, lectiones codicum **AB** in locis dubiis multo pluris aestimandas esse quam quas **V** exhibet, nemo est qui non videat.

1) Vide etiam Winterbottom XXVIII.

Ac primum de omissionibus singularum vel plurium vocum codicum **A**, **B**, **V**, quippe quae ad hanc rem diiudicandam maximi momenti sint, pauca adferam. omnium iam earum omissionum rationem reddam, quae in lib. I, II, VII controversiarum inveniuntur (omissis praefationibus lib. I et II, quae non nisi in excerptis exstant, et p. 84, 21–90, 20, ubi **A** deest). de sententiis Graecis hac in re non curo.

omissiones codd.	**ABV**	communes	345
omissiones codd.	**AB**	communes	28
omissiones codd.	**AV**	communes	3
omissiones codd.	**BV**	communes	3
omissiones cod.	**A**	propriae	38
omissiones cod.	**B**	propriae	21
omissiones cod.	**V**	propriae	94

Non dubito, quin fortuitus sit consensus codd. **AV** et **BV** in communibus eorum omissionibus; sunt autem hae: II 6, 1 *me velis*] *me* om. **AV**; VII 1, 17 *patri parere*] *parere* om. **AV**; VII 3, 10 *ut ad*] *ad* om. **AV**. I 1, 19 *huic* (Kiessl.)] *ū* **A**, om. **BV**; II 1, 12 *et interdiu et nocte*] *et*[1] om. **BV**; II 1, 36 *cubiculum. cum*] *cum* om. **BV**.[1])

Quod ad omissiones cod. **V** proprias attinet, satis magnus numerus earum ex duabus his rebus pendet: (1) rhetorum nomina hic illic in libris I et II omissa sunt (vide adnot. 1). (2) verba singula corrupta haud raro de industria omisit **V** vel parens eius, si sic textum meliorem fieri putabat.[2]) nihilominus omissiones fortuitae cod. **V** propriae plures esse videntur quam eae, quae vel in **A** vel in **B** inveniuntur. quod facile explicatur, si ponimus **A** et **B** ex α, **V** ex apographo cod. α exscriptum esse.

Transeamus iam ad 28[3]) illas omissiones codd. **AB** communes, quae, si stemma meum recte se habet, iam in α factae erant. in **AB** omissa sunt haec:

---

1) Accedunt hi loci, quos supra praetermisi, cum aliter iudicandi sint: I 5, 4 *si is te ante rapuisset* (Kiessling)] *te* om. **AV**, *ante* om. **B**, *is* om. **E** (archetypum hoc loco turbatum fuisse suspicor); I 7, 9 – 10 *sic torsit. Porci Latronis* om. **A**, *Porci Latronis* om. **V**; cum in lib. I et II rhetorum nomina admodum saepe **V** omittat (nempe ut postea alio atramenti colore adscriberentur, id quod hic illic factum non est), haec omissio re vera codicis **A** propria est; VII praef. 9 *fiat: audite* (**E**)] *audite fiat* **B**, *fiat* om. **AV**, post *audite* suppl. **A**. sine dubio illud *fiat* vel in margine vel supra lineam in α additum erat.

2) Vide e. g. locos hos: II 6, 11 *aeque licenti cultu*] *etque licenter cultu* **AB**, *etque* om. **V**; VII 2, 9 *non sit tamen ignoscendum*] *nos sit* etc. **AB**, *nos* om. **V**; VII 5, 11 *illud et venustissime adiciebat*] *illud est venustissime* etc. **AB**, *est* om. **V**; VII 7, 19 *quidam auditor eius*] *q. a. est* **AB**, *est* om. **V**. similia saepe occurrunt.

3) Omisi hos locos qui aliter se habent: (a) ubi **V** nihil nisi interpolata praebet, ita ut omissio re vera codd. **ABV** communis sit: I 5, 8 *Fuscus in haec divisit*] *haec* om. **AB**, *hoc* **V**; I 8, 7 *totiens fortiter fecit*] *fortiter fecit* om. **AB**, *fortiter egit* **V**; VII 2, 3; VII 5 argum.; VII 6 argum., quos locos rogo ipse adeas. (b) ubi omissio codd. **AB** plus minusve a **V** eo differt quod **V** vel potius parens eius e consilio plura quam **AB** omisit, ut textus sanus videretur. ne longus sim, lectorem ad ipsos locos refero: II 1, 36 (fin.); II 7, 1; VII praef. 4. (c) II 7, 9 *ab adulescente*] *ab* om. **AB**, *ad-* om. **V**; credo α $\overset{ab}{\textit{adulescente}}$ vel sim. habuisse.

a) praepositiones (9[ies]): II 1, 15 *a*; II 1, 21 *in*; II 5, 20 *ad* (bis)[1]); VII 2, 8 *in* (contra bis scripsit V); VII 5, 8 *a*; VII 5, 14 *a*; VII 6, 13 (fin.) *de*; VII 7, 2 *de*. haec omnia, ut puto, interpolator aliquis facile suo ingenio usus addere potuit (excerpta his locis ad manum non sunt).

b) cetera monosyllaba (12[ies]): I 1, 17 *ut*; II 3, 10 *si* (habent excerpta); II 4, 13 (fin.) *si*; II 5, 1 *non*; ib. *ut*; II 5, 4 *et* (habent excerpta); II 6, 2 *si*; II 6, 4 *se*; ib. (fin.) *non* (habent excerpta); II 6, 7 *non* (habent excerpta); II 6, 9 *sed* et *sum*; VII 4, 10 *ut*; VII 6, 23 *-que*. etiam haec interpolator per se adicere potuit, licet de II 6, 9 (et *sed* et *sum*) fortasse dubites.[2])

c) varia (7[ies]), quae propius inspicienda sunt: I 5, 7 *aut ⟨mortem aut⟩ nuptias optabunt aut altera mortem, altera nuptias; si nuptias ⟨utraque aut altera mortem, altera nuptias⟩ optaverint* etc. **AB** etiam verba *si nuptias* omittunt. credo hoc obiectum verbi *optaverint* in parente cod. **V** felici coniectura interpolatum esse (nisi cum Gertzio *si aut nuptias* legendum). I 6, 2 *artius nos fortuna alligavit,* [*nisi corpus omnia vinculis*] *quam ut orba posset divellere. vidisses tectum pannis corpus, omnia membra vinculis pressa.* vocem *membra* omiserunt **AB**. Winterbottom (1974, 21) de hoc loco sic iudicavit: 'The conclusion is clear: when (in the archetype or behind it) *(pan)nis corpus omnia vinculis* intruded into the previous sentence, *membra* was not present to be carried along with the intruders. V or its ancestor x^1 will be responsible for the addition – and, I should judge, acting *suo Marte*, though no doubt correctly.' his assentior, pauca tamen addam: cum falsae voces *nisi* – *vinculis* in **ABV** inveniantur, sequitur, ut etiam in α fuerint – et ex hoc etiam sequitur, ut vox q. e. *membra* ne in parente quidem codicis α fuerit. in excerptis tamen vox q. e. *membra* legitur. ex quo efficitur, ut parens codicis α non idem liber atque parens codicis β fuerit[3]) – nisi credimus tam scribam codicis β (vel excerptorem huius libri) quam scribam parentis codicis **V** unum idemque vocabulum per coniecturam addidisse, id quod veri simile vix videtur. II 1, 3 *quid ab eo, qui adoptabit, sperare possum?* verba *ab eo qui* omiserunt **AB**. utrum libro quodam opus fuerit, ut haec verba in parente codicis **V** supplerentur necne, haud facile diiudicatur. II 1, 34 *opus erat aliquo colore, cum in cubiculo visa esset* (sc. uxor) *cum servo et marito. cum in* om. **A**, *in* om. **B**. fortasse hoc loco textus codicis α turbatus erat. II 5, 19 *non privatis sed publicis malis*] *publicis* omiserunt **AB**, sed perfacile ab interpolatore addi poterat. VII 6, argum. *illi pervenerunt ad crucifixum imperatorem. ad cruci-* omiserunt **AB**, sed propter praecedentia verba *filium suum crucifixum* facile addi poterat.

Ex his 28 locis uno alterove loco fortasse libro opus erat ad textum emendandum, sed paene adducor, ut credam interpolatorem omnia haec suo ingenio usum addidisse. certe non ostendunt hi loci **AB** ex apographo codicis α et non ex ipso codice α exscriptos esse.

Ne eos quidem locos considerans, quibus vel **AV** contra **B** vel **BV** contra **A** consentiunt (nam tales loci hic illic inveniuntur, licet saepius **AB**

---

1) II 5, 20 ita legimus: *videtis, quo veniat tyrannus: non ad amicum meum, non ad servum sed ad istam, quae* etc. *ad*[1] et *ad*[2] om. **AB**, sed praeeunte verbo *veniat* et sequente *ad*[3] interpolatori haud magno ingenio opus erat ad duas has praepositiones supplendas.

2) Ibi sic legitur: *non accusaturus patrem sed me defensurus sum, ne aliena luxuria male audiam*.

3) De codice β vide stemma (p. V). inter sigla eum non posui, cum in apparatu numquam de eo mentionem faciam.

contra **V** consentiant), persuadere mihi possum **AB** ex communi hyparchetypo fluxisse. confer sis hos locos:

	legendum	**AV**	**B**
I 2, 14	esse themata	esset hera a	esset h erat
I 2, 15	e	de	e
I 2, 16	sic	si	sic
II 1, 25	nam dum	nondum	nandum
IX 2, 22	animadvertit	animadverti	animadvertit
X 3, 7	regere	recedere	recere
Suas. 2, 21	rhetori	thore	hore
Suas. 6, 3	civitatem	civitate	vitatem
Suas. 6, 3	quem modo	quo	quo modo

	legendum	**BV**	**A**
I 1, 7	me amavit	me amabit	meam habit
I 1, 15	aiebat	aiebant	agebant
I 1, 19	in hac	in hanc	inquam
I 4, 6		*verba* oportuit – occidere *bis*	*semel*[1])
I 4, 10	non et	nocit	nocet
I 6, 3	facere	tacere	fecere
II 1, 26	delectant ignoti	delectatis noti	delectatis non
II 1, 36	narrares, feci	narrares tunc ($\overline{tc}$ **B**)	narrares fecit
II 2, 4	amat virum	amaturum	amat virum
II 7, 8	viro	viri	viro
X 4, 9	severitati reum	fuerit atreum	fuerit aureum
Suas. 1, 4	suum	suam	sua
Suas. 1, 12	Homeri cum	(h)omeri tum	momert cum
Suas. 1, 13	abiecti suis	abiectis vis	abiecti suus
Suas. 2, 9	Hispani	spatini	spani
Suas. 5, 5	enum⟨eratio⟩	omnium	enim
Suas. 6, 12	subegerunt	subiecerunt	subierunt

Hi loci singuli fortasse parvi momenti videntur esse; si vero universum numerum consideramus, necesse est, ut puto, multo veri similius iudicemus esse **AB** ex uno eodemque codice atque parentem codicis **V** fluxisse quam ex apographo eius.

Si iam ad permultas eas lectiones transimus, quas **V** solus praebet, apparet parentem eius non solum coniecturis et interpolationibus sed etiam lectionibus alterius cuiusdam libri instructum esse, et fortasse plures manus ei operam adhibuerant. licet saepe haud facile diiudicetur, utrum emendatio quaedam in libro manu scripto inventa ex altero libro sumpta sit necne, credo selectas has emendationes codicis **V** re vera non coniecturas esse sed lectiones:

	cum **V** *legendum*	*habent* **AB**
I 1, 22	arbitrum odia	arbitriudi odia
I 2, 3	quod (= virgo) semper fuit	qua (quam) semper fuit

1) Cf. X 4, 14 ubi verba *non potest, inquit, res publica* in **AV** quater, in **B** ter scripta sunt.

	cum **V** *legendum*	*habent* **AB**
I 2, 20	intactam	in te tam
I 5, 5	raptori praestare	raptor ipse stare
Suas. 1, 15	Hesperii	asperum
I 1, 4	naturam mutare	natura militare
I 1, 7	essem: scivisti cum	esse miscuisti eum
I 1, 10	monstrat. i (ii V)	monstratu

Interdum (licet admodum raro) fit, ut talis lectio cod. **V** etiam in **E** inveniatur: I 2, 7 *emit* **VE** : *enim* **AB**; ib. *custodita* **VE** : *custodia* **AB**; VII 6, 18 *postea* **VE** : *posita* **AB**; IX 4 argum. *pulsaverit* **VE** : *plus haberit* **AB**, et alibi.

Sed multo saepius videmus in **V** apertas interpolationes, quae sane nullius auctoritatis sunt. iam supra notavi singula verba corrupta in **V** hic illic simpliciter omitti, sed saepius medela eaque interdum satis audax adhibita est. quod cum unaquaque fere in pagina observari possit, selecta tantum exempla adnoto:

	legendum	**AB**	**V**
I 1, 14	quo . . . profuturus est	quod . . . -urus est	quod . . . -urum est
I 1, 22	iam et	tam et	tametsi
I 2, 3	summovebit	summovebi	summo videbitur
ib.	prostabit	prostravit	prostrata fuit
I 2, 18	maior res videbatur	maiores videbatur	maiora esse videbantur
I 7, 3	⟨in⟩ adulteros	adulteros	adulteris
II 6, 1	uter prior coepit?	super prios (supprios **B**) c.	ego prius coepi, tu posterior
VII praef. 4	codicibus	condicibus	condiscipulis

Cf. sis etiam hos locos selectos: II 6, 4 *et validius* (Lipsius; *validus* α) *in voluptatibus quam iuvenis exultans* (sc. senex): propter corruptelam q. e. *validus* vox *quam* in **V** in *quasi* mutata est. II 7, 7 *numquid non testamentum* (**AB E**) *viri creditis* (sc. esse)? sensu non intellecto **V** *testamento* praebet. VII 1, 15 *neuter ex* (sic **E**; deest *ex* in **ABV**) *filiis tuis parricidium fecit*: in **V** legitur *filius tuus*.

Simili modo textus codicis **V** persaepe male mutatus est, quare, ut supra iam dixi, ad verum textum constituendum haud multum refert, utrum **AB** recta via ex α an ex apographo fluxerint; quidquid id est, timeo librum tam prava ferentem quam quae saepius **V** habet, et, licet minutissimis in rebus textus codicis **V** permultis in locis correctus sit, tamen ubi graviorem quandam corruptelam in α fuisse e lectionibus codd. **AB** apparet, non nisi summa cum cautione ille incertae fidei liber adhibendus est.

Etiam correctorem codicis **V** (V^2) codicem quendam ad manum habuisse sed saepius ex ingenio suo hausisse quam ex illo codice multis locis apparet. e codice quodam verba in **V** omissa interdum supplevit, velut I 2, 10 *modo in puerilem*, in subscriptione post I 8 verba *lege et stude* (habent etiam **AB**), II 1, 10 fere totam sententiam, et alibi. emendationes quoque paucas e libro sumpsisse eum veri simile est, velut I 5, 2 *retro amnes fluant*] *regno amnes fruar* α. at multo saepius suo Marte

textum correxit, velut his selectis locis, ubi ex **E** vera lectio sumitur, $\mathbf{V}^2$ autem aliud praebet: p. 33, 9; 34, 3; 36, 4 et alibi.

De specie et indole codicis α

Constat codicem α ab uno vel pluribus correctoribus emendatum esse, ita ut correctiones singularum vocum, variae lectiones, omissorum additamenta hic illic vel in margine vel supra lineam addita essent. quae res sine dubio ad textum verum constituendum magni momenti est, sed haud scio an a viris doctis in textu Senecae emendando laborem ponentibus interdum parum perspecta sit. vide sis haec exempla selecta:

a) singulae litterae vel syllabae corriguntur: p. 17, 8 *poterit*] *poterati* **A**, *poterat in* **B**, *poterat* **V** ex $\mathit{poter\overset{i}{a}t}$; 45, 10 *patrem*] *patri ē* **AB** ex $\mathit{patr\overset{\bar{e}}{i}}$ (nam *ē* = vel *-em* vel *est*); similiter 114, 7, ubi *fraudes* (**V**) legitur, **AB** *fraudis est* (ex $\mathit{fraud\overset{e}{i}s}$) praebent; 173, 15 *scires*] *sciret si* **A**, *sciret s* **B**, *sciret* **V** ex $\mathit{scire\overset{s}{t}}$; 195, 8 *civis*] *civi* **A**, *civivis* **B** ex civi^{vis} (nisi *vis* in margine scriptum erat); 195, 24 *actor*] *actusor* **AB**, *accusator* **V** ex $\mathit{act\overset{or}{u}s}$[1]); 315, 13 *tenendum*] *-ndusm* **AB**, *-ndus* **V**; 317, 1 *Olynthium*] *-iusm* **AB**, *-ius* **V**; 320, 6 *auferunt*] *off-* **A** (**B** deest), *aut off-* **V**.

Illis locis ex variatione codd. **ABV** elucet correctionem in α additam esse. cum autem unam eandemque eius generis falsam lectionem **ABV** praebent, et eam et correctionem male intellectam parenti cod. α adscriptas fuisse verisimile est; nam talem corruptelam eandem formam et speciem in α habuisse atque in **ABV** habeat necesse est. velut 37, 5 *toto die*] *totus hodie* **ABV** ex $\mathit{tot\overset{o}{u}sdie}$, ni fallor; non credo, si in α ipso $\mathit{tot\overset{o}{u}sdie}$ scriptum fuisset, omnes tres codd. **ABV** unam eandemque lectionem habituros fuisse. sequitur, ut *totus hodie* in α fuerit et ut $\mathit{tot\overset{o}{u}sdie}$ antiquior lectio sit. confer sis hos selectos locos: 39, 21 *perire*] *proripere* (fort. ex $\mathit{\overset{per}{proi}re}$) α; 77, 4 *neget*] *non leget* (ex $\mathit{\overset{n}{l}eget}$) α[2]); 107, 14 *redierant*] *redieritis erant* α; 111, 18 *silentium*] *insolentiam* (ex $\mathit{s\overset{i}{o}lenti\bar{u}}$, *i* ut *ī* (= *in*) lecto) α; 209, 6 *maritus*] *maturitus* (ex $\mathit{matu\overset{rit}{rus}}$ vel sim.) α; 323, 6 *excurrendo*] *-curro et* (ex $\mathit{-cu\overset{\bar{e}d}{rr}o}$) **AV** (deest **B**); 338, 23 *vacua atque*] *que ad* (ex $\mathit{-\overset{ade}{qu}{}^{e}}$) α.

---

1) Hanc lectionem falsam codicis **V** haud neglegendam esse reor; nam cum saepius fiat, ut, quia scriba parentis codicis **V** (qui plane doctior sagaciorque fuit quam scribae codicum **B** et praesertim **A**) correctiones codicis α vel bene intellexit vel interdum, ut videtur, neglexit, **AB** soli lectionem correctione turbatam potius quam emendatam habeant, forte suspicetur aliquis has correctiones codici α post insertas esse quam parens codicis **V** ex α exscriptus esset. et non nego fieri posse, ut quaedam correctiones tum temporis insertae sint. tamen hoc loco lectio *accusator* in **V** ostendit corruptelam $\mathit{act\overset{or}{u}s}$ iam ab initio in α fuisse. qua re de plerisque eiusdem generis locis fortasse similiter iudicare debemus, etiamsi ibi **AB** soli corruptelam et correctionem (male intellectam) praebent.

2) Hoc loco edd. plerique, cum genesin corruptelae parum perspexissent, textum alius alio modo corrigere conati sunt, sed cf. p. 201, 24 *Montani*] *non mortani* (ex $\mathit{mo\overset{n}{r}tani}$, ni fallor) α; 348, 21 *negante*] *legam te-* α.

b) variae lectiones: 25, 17 *illam*] *illam illi* **AB**; 55, 18 *avaritia, desidia*] *avaritia desidia iustitia* (ex *avaritia uesitia* [*desidia* supra] vel sim.) *α*; 184, 1 *senis*] *sem seni* **A**, *seni senis* **BV**; 270, 27 *torquenti*] *tormenta torquenti* **AB**; 272, 27 *fuit*] *est aut fuit* *α*; 293, 15 *ille*] *ille illi* **AB**, *illi* **V**.

Interdum variam lectionem in margine adscriptam esse apparet, qua re falso loco textui irrepsit: confer I 7, 3 *quia captum filium tuum* [*agere*] *parum est si dixero non redemisti. alere non possum*: *agere* ut variam lectionem damnavit Thomas, et credo hanc lectionem in margine adscriptam superiori lineae irrepsisse (ita ut concludi possit verba *parum est si dixero non redemisti* unam lineam effecisse). similiter II 3, 15 fortasse se habet: *quare hoc non in quaestionis loco* [*non*] *ponebat? imbecillum putabat. adparet enim* ⟨*non*⟩ *exigere legem* etc. *non* in margine scriptum erat, ut puto, et falso loco irrepsit, ita ut suspicari liceat verba *ponebat imbecillum putabat adparet enim* unam lineam effecisse. similia haud raro in **ABV** inveniuntur, sed aliter quoque lectiones in margine adscriptae male intellectae sunt: velut 341, 26 *quantumque nationum secum*] *quantum nationum quecum* **AB**, et apparet *que* additum pro correctione vocis *se* habitum esse. 349, 4 *et* om. **A**, *et ut* **B**, ex quo suspicor *ut* (punctis notatum) in textu, *et* in margine adscriptum esse; quo factum est, ut **A** id omitteret quod in margine erat, **B** expunctionis notam non videret.

Spero me in commentario, quem publici iuris facturus sum, fusius de hac re agere posse.

Glossae admodum raro in *α* inerant; confer 102, 11; ib. 19; 219, 28; 220, 15; 244, 27. saepius videmus verba genuina falso loco tradita velut 99, 12; 106, 26; 170, 16; 173, 10sqq.; 189, 17; 219, 26; 256, 29; 287, 13 (etiam in excerptis); 310, 20; 320, 3sq. et alibi.

Notandum praeterea est, quod in parte textus (p. 80–112) 8^{ies} *hoc* in *huius*, semel *huius* in *hoc* (p. 96, 3) corruptum est, qui error in textu Senecae alibi vix reperitur. fortasse scriba alius hanc partem codicis *α* vel parentis eius conscripsit.

Quod ad permutationes singularum litterarum vel syllabarum attinet, idem fere errores in **ABV** inveniuntur qui in iis libris inesse solent, qui litteris minusculis quae 'Carolingae' vocantur scripti sunt. itaque hoc loco de his minutiis plura non agam, cum praesertim in commentario meo talibus de rebus tractaturus sim. haplographias quoque et dittographias, metatheses litterarum vel syllabarum haud raro in **ABV** invenimus, id est eosdem fere errores qui saepe alibi inveniuntur, et – quod dolendum est – multis lacunis tam minoribus quam maioribus textus turbatus est. quamquam aliqua ex omissis in **E** inveniuntur, tamen saepius nisi per divinationem textus suppleri non potest, qua re pluribus in locis incertus maneat necesse est. sed etiam ubi non lacunosus est, interdum ita turbatus est textus, ut vix operae pretium sit emendationes adhibere, velut contr. II 1, 11–13; II 7 (ad finem, ubi etiam plura interierunt).

Est tamen unius generis error, qui saepius quam alibi in Senecae libris occurrit ideoque hoc loco memorabitur, licet de eo quoque plura in commentario meo adlaturus sim: saepius fit ut vox vel anticipatione vel perseveratione parvo intervallo bis scripta sit, idque ita saepe occurrit, ut fere horum codicum proprium errorem hunc dixerim. dabo exempla selecta: II 1, 20 *cum diceret*] *c. d. cum* **AB**; II 2, 3 [*ad*] *misit ad*; ib. 7 *quid* [*si*] *miraris si*; II 3, 2 [*me*] *his me*; ib. 15 *omnia quasi*] *quasi omnia quasi* **AB**; ib. 18 [*iam*] *dixit: iam*; II 4, 13 [*in hanc*] *alia in hanc summam*; II 5, 17 [*per*] *tractandae per se*, et saepe alibi. interdum haud facile diiudicatur, utra vox delenda sit, velut X 4, 18 *isti suas isti* **ABV**, ubi tamen excerptis fides habenda videtur, quae *suas isti* praebent.

De codicibus ad excerpta edenda adhibitis

Inter libros excerpta controversiarum continentes locum longe primum obtinet codex Montepessulanus H 126 (**M**), liber membranaceus saec. IX 3/4, ut viro docto B. Bischoff visum est.[1]) continet hic liber etiam excerpta Calpurnii Flacci necnon declamationes eas quae dicuntur 'minores'. emendatus est liber duabus manibus ($\mathbf{M}^2$, $\mathbf{M}^3$), e quibus $\mathbf{M}^2$, quae fere eiusdem atque **M** aetatis videtur, librum quendam ad tempus saltem adhibuisse constat.[2]) $\mathbf{M}^3$ et multo recentior et minore fide digna est, etiamsi multa leviter corrupta emendavit. imaginem libri phototypicam ipse contuli lectionesque eius omnes in apparatu attuli.

E lectionibus ceterorum librorum (*recc.*), qui omnes et multo recentiores et plus minus interpolati sunt neque, ut videtur, quicquam novi ad archetypi textum cognoscendum praebent, selectas tantum easque ex Mülleri apparatu sumptas attuli. in primi tamen controversiarum libri praefatione, ubi propter mutilationem deest pars codicis **M**, recentiorum librorum lectiones accuratius adnotavi. ceterum hoc praemonitum velim: ubi in apparatu nihil aliud de ea re dicitur, falsa lectio codicis **M** in recentioribus correcta est. praeterea vide conspectum siglorum (p. XXII sq.).[3])

Constat excerptorum textum multo minus corruptum esse quam textum integrum, exceptis iis praefationibus, quae integrae inter ipsarum

1) Cf. M. Winterbottom, The Minor Declamations ascribed to Quintilian, Berlin 1984, XX; Texts and Transmission, A Survey of the Latin Classics, edited by L. D. Reynolds, Oxford 1983, 336 et 357. in Mülleri editione XXIV sqq. hic liber a C. Schenkl accurate describitur.

2) Semel constat $\mathbf{M}^2$ librum inspexisse qui in stemmate meo locum non habet, quippe qui aut antiquior fuerit aut alio quodam modo ex archetypo fluxerit: VII praef. 8 *cum volo, dico; ⟨assum utri volo, dico⟩ quamdiu volo.* verba et in α et in **M** omissa suppl. $\mathbf{M}^2$, nec facile dubitari potest, quin genuina sint.

3) Aliquot codd. recentiores paucissimis tantum in locis adhibitos in apparatu non siglo sed propria appellatione adfero. sunt autem codices hi: Admuntanus 221, saec. XII; Mutinensis (bibl. Estensis XII F 19), saec. XII; Mazarineus (bibl. Mazar. 1261), saec. XII; Vrbinas (Vaticanus) 340, saec. XV.

controversiarum excerpta traditae sunt. si quis apparatum meum e. g. ad praefationem libri VII compositum inspexerit, videbit excerptorum textum aeque fere mendosum esse atque textum codicis **α**. cum autem ad ea quae proprio sensu 'excerpta' vocentur ventum est, sane non multa menda inveniuntur quae non vel ab **M**^{2} vel ab **M**^{3} emendata sunt. quae cum ita sint, facile suspiceris excerptorem illum locos corruptos saepe consilio praeterisse.

Ceterum excerptor textum codicis *β* saepe mutavit: alia addidit, alia sustulit, alia suis verbis circumscripsit. verborum ordinem saepe mutavit, ut meliorem clausulam efficeret.[1]) ex quo intellegitur lectiones excerptorum non nisi cum quadam praecavendi diligentia in textum integrum admittendas; et vereor, ne interdum editores excerptori nimis confisi sint. de hac quoque re in commentario meo fusius agere in animo habeo.

De sententiis Graecis a Seneca laudatis

Graeca in libris interdum omissa, saepe corrupta, semper librariis ipsis obscurissima fuisse apparet. tamen, cum diligentiam quandam laudabilem in his litteris describendis adhibuerint, testimonia codicum **ABV** saepius fere eadem sunt nisi quod **A** in his rebus minimi momenti paulum differt: ibi saepe *N* pro *H*, *n* pro *π*, *TI* pro *Π* legitur. ceterum in **ABV** saepe *Γ* pro *T* legitur, et *Λ* non modo 'lambda' est sed etiam pro *Δ* et *A* scribitur. ut ex apparatu apparet, Latinas litteras saepe Graecis immixtas videmus. Graeca fere semper scriptione continua exarata sunt, sed ego (sicut Müller) in apparatu verba perspicuitatis gratia distinxi. cum in minutissimis tantum et quae mera orthographica vocari possint libri differunt, omnia quisquilia non adnoto, sed vocibus 'vel sim.' ostendo librorum lectiones una alterave littera inter se differre.

De ratione in rebus orthographicis adhibita

De his rebus vel perraro vel numquam in apparatu critico mentionem feci: de variationibus *ae*–*e* et *oe*–*ae*–*e*; de î pro *ii* quod in **α** saepissime scribitur quodque saepe textui admisi; de littera *h* vel omissa vel falso addita vel falso loco posita (velut *rethor*, *protrao*, *hoculi*, similia; cum autem de nominibus propriis ageretur, diligentior fui); de consonante falso semel vel bis scripta (velut *promississe*, *dissertus*, *dificulter*, similia, quae his in libris unaquaque in pagina leguntur). eandem rationem in excerptis quoque edendis secutus sum.

Constat integrum quoque Senecae textum magnam partem re vera nihil aliud esse quam excerpta – ab ipso Seneca facta – ex magno declamationum numero sumpta. qua re saepe sententia quaedam neque

1) Quod ad curam excerptoris in clausulis emendandis adhibitam attinet, vide Hagendahl 282sqq.

cum priore neque cum sequenti cohaeret, cum vel pauca vel multa omiserit Seneca quae rhetor ille laudatus inter has sententias posuerat. contra autem nonnumquam apparet duas pluresve sententias ita arte coniunctas esse, ut putemus Senecam plura ex eodem loco nullis omissis sumpsisse. hic illic tamen non facile diiudicatur, utrum aliquid omissum sit necne. ut pateret lectoribus, quemadmodum ipse unumquemque locum hac in re interpretarer, eandem rationem adhibui quam in Calpurnii Flacci excerptis edendis secutus sum[1]): earum sententiarum primam litteram grandem scripsi quas cum antecedentibus non cohaerere iudicavi.

De prioribus Senecae maioris editionibus

Duae editiones 'principes' vocari possunt, ex quibus una Neapoli anno 1475 'sub domino Blasio Romero monacho Populeti philosopho ac theologo celebri' impressa est. haec excerpta tantum continet (una cum operibus Senecae philosophi, ut omnes ante Nicolai Fabri editionem, de qua vide infra). altera, quae suasorias et controversias continet, editio Veneta est anno 1490 per Bernardinum de Cremona et Simonem de Luero impressa. deinde Venetiis iterum anno 1492 (per Bernardinum de Coris de Cremona) et tertium anno 1503 (per Bartholomeum de Zanis de Portesio) impressa est.

Sequitur editio Frobeniana Basileae anno 1515 impressa, ab Erasmo curata, quae deinde in annis 1529–1592 9^{ies} Basileae, Parisiis, Lugduni in lucem prolata est. ex quibus iteratis editionibus imprimis editio Hervageniana (Basileae anno 1557 per Ioannem Hervagium et Bernardum Brandum curata) commemoratione digna est.

Deinde sequitur editio Romana a Mureto curata, anno 1585 impressa. quae in annis 1585–1618 9^{ies} in variis urbibus impressa publici iuris facta est, et imprimis memorabilis est editio Nicolai Fabri (Parisiis 1587), quippe quae primum Senecam patrem a filio philosopho separarit.

Claudit veterum editionum agmen Andreae Schotti editio, quae primum [Edelbergae] anno 1604 impressa deinde in annis 1604–1831 non minus quam 34^{ies} in variis urbibus, procedente tempore auctior variorumque virorum doctorum adnotationibus instructior edita est. ex his imprimis memorandae sunt editio a J. F. Gronovio curata, Lugduni Batavorum anno 1649 impressa, et editio quae Amstelodami anno 1672 impressa est, quae Johannis Schultingii commentarios et adnotationes continet. in apparatu meo etiam editio Bipontina anno 1783 impressa laudatur.[2])

1) Calpurnii Flacci declamationum excerpta, edidit L. Håkanson, Stutgardiae (Teubner) 1978.

2) De editionibus veteribus in apparatu a me laudatis haec praemonita velim: cum totiens iteratis curis impressae sint hae editiones (Frobenianam, Hervagenia-

Sequuntur eae editiones quae nostrorum temporum vocari possunt, licet earum prima, a Conrado Bursian curata, iam anno 1857 impressa sit. haud multo post prima Teubneriana ab Adolpho Kiessling anno 1872 edita est. licet uterque editor nostrorum temporum more apparatum criticum praebeat, tamen collationem librorum satis plenam et fide dignam H. J. Müller abhinc fere centum annos primus divulgavit, de cuius summa diligentia ipse collationes meas cum illius apparatu conferens iudicare potui. quamquam errores in eius apparatu non omnino desunt, tamen fere numquam tam graves sunt, ut ad textum constituendum impedimento sint. emendationes quoque felices haud paucas ille vir doctus invenit, sed in arte emendandi duo editores priores, Bursian dico et Kiessling, plane superiores fuerunt, ita ut ego multis in locis ad eorum textum revertendum iudicarem. Henri Bornecque saepe felix interpres, non ita saepe felix criticus fuit. W. A. Edward, suasoriarum editor, commentator, interpres imprimis commentario suo multas et doctas observationes continente de Seneca patre bene meritus est; ad textum vero emendandum nihil paene novi attulit. multo plures et emendationes felices et sagaces interpretationes contulit M. Winterbottom, licet ipse (praef. XXVII) textum suum 'in effect a corrected Müller' modeste vocet.

Multi etiam alii viri docti per saecula longa ad textum Senecae patris emendandum et interpretandum optima contribuerunt, ex quibus hoc loco honoris gratia nominandi sunt Lipsius, Schulting, Haase, Madvig, C. F. W. Müller, Gertz, Thomas, Novák, Shackleton Bailey, W. S. Watt. quorum ego cliens potius quam aemulus hoc opus laboriosum et difficile absolvere conatus sum.

Upsaliae mense Iunio a. MCMLXXXVII L. H.

Paucis diebus post quam huic editioni summam manum imposuit librumque imprimendum Lipsiam misit Lennart Håkanson de Seneca rhetore optime meritus diem supremum obiit. Senecae suo satis vixit, litteris et nobis non item.

Bibliothecae Teubnerianae editores et redactor

---

nam, Romanam, Schottianam dico), omnes quae umquam publici iuris factae sunt conferre nec tanti est neque quisquam potest. equidem has ipse inspexi: Frobenianam 1515, Hervagenianam 1573, Romanam 1594, Schottianam 1672. quoniam in Schotti editione emendationes in textu positae hic illic inveniuntur, de quibus, a quo factae sint, non liquet, illis siglum 'ed. Schott.' tribuo; Schotti proprias emendationes sub ipsius nomine adfero.

CONSPECTVS LIBRORVM

Editiones (vide etiam p. XVI)

Neapolitana 1475
Veneta [1]1490 – [3]1503
Frobeniana 1515
Hervageniana 1557 (1573)
Romana 1585 (1594)
Nicolai Fabri 1587
Schotti 1604 et saepius (1672)
Bipontina 1783

Annaei Senecae Oratorum et rhetorum sententiae divisiones colores, Conradus Bursian recensuit et emendavit, Lipsiae 1857
Annaei Senecae Oratorum et rhetorum sententiae divisiones colores, recognovit Adolphus Kiessling, Lipsiae 1872 (iterum 1935 impressa)
L. Annaei Senecae Oratorum et rhetorum sententiae divisiones colores, edidit H. J. Müller, Vindobonae 1887 (iterum 1963 impressa)
Sénèque le rhéteur, Controverses et suasoires, traduction nouvelle, texte revu par Henri Bornecque, Parisiis 1902
Sénèque le rhéteur, Controverses et suasoires, nouvelle édition revue et corrigée avec introduction et notes par Henri Bornecque, Parisiis 1932[1])
The Suasoriae of Seneca the Elder, introductory essay, text, translation, and explanatory notes by William A. Edward, Cantabrigiae 1928
The Elder Seneca, Declamations, translated by M. Winterbottom, The Loeb Classical Library, Londini 1974

Opuscula bibliographica

JAW 8, 1880, 129 – 142 (C. Bursian); 16, 1888, 175 – 234 (H. J. Müller); 80, 1894, 217 – 226 (H. J. Müller); 183, 1920, 233 – 245 (G. Lehnert); 285, 1944/45, 157 – 159 (G. Lehnert)
Whitehorne, J. E. G., The Elder Seneca, a review of past work, Prudentia 1, 1969, 14sqq.
Fairweather, J., The Elder Seneca and Declamation, ANRW II 32, 1, 1984, 514 – 556
Sussman, L. A., The Elder Seneca and Declamation Since 1900: A Bibliography, ANRW II 32, 1, 1984, 557 – 577

---

1) In apparatu critico solam hanc novam et correctiorem editionem laudo.

Ceteri libri et opuscula[1])

Ahlheim, A., De Senecae rhetoris usu dicendi quaestiones selectae, Giessen 1886
Axelson, B., Senecastudien. Kritische Bemerkungen zu Senecas Naturales quaestiones, Lund 1933
–, Neue Senecastudien. Textkritische Beiträge zu Senecas Epistulae morales, Lund 1939
Baehrens, E., Poetae Latini minores, I–VI, Lipsiae 1879–1886
Bährens, W. A., Beiträge zur lateinischen Syntax, Philologus Suppl. XII 2, Leipzig 1912
Baumm, W., De rhetoribus Graecis a Seneca in suasoriis et controversiis adhibitis, Progr. Kreuzburg 1885
Benndorf, O., De Anthologiae Graecae epigrammatis quae ad artes spectant, Leipzig 1862
Bieler, L., Kritisch-exegetisches zur Suasoria de Alexandro des Arellius Fuscus (Seneca Rhetor, Suas. 4), WS 53, 1935, 84–94
Bonnet, M., Sénèque Suasoria 6 et Controversiae 2 et 3, RPh 13, 1889, 140–141
Brakman, C., Annaeana, nova Velleiana. Ad scriptores Historiae Augustae. Ad Panegyricos Latinos, Leiden 1910
Brzoska, J., De canone decem oratorum Atticorum, Breslau 1873
Bücheler, F., Der Rhetor Moschus, RhM 25, 1870, 170–171
Bursian, C., Spicilegium criticum in Annaei Senecae libris suasoriarum et controversiarum, Progr. Turici 1869
–, (De Kiesslingii editione iudicium), Litt. Zentralblatt 49, 1873, 1554–1555
Castiglioni, L., In Senecam rhetorem animadversiones criticae, Raccolta di scritti in onore di Felice Ramorino, Milano 1928, 101–129
Clausen, W., On Seneca the elder, Suas. 5, 2, AJPh 97, 1976, 1–2
Cornelissen, J. J., Varia, Mnemosyne 3, 1875, 73–82
–, Satura, Mnemosyne 6, 1878, 305–314
Drechsler, F. J., Zu Seneca Rhetor, Progr. Arnau 1891, 19–34
–, Zur Kritik und Exegese des Rhetors Seneca, Zeitschr. für die österreichischen Gymnasien 42, 1891, 588–591
–, Kritische Miscellen, Zeitschr. für die österreichischen Gymnasien 43, 1892, 302
Fairweather, J., Seneca the Elder, Cambridge 1981

---

1) Cum ita nuper vir doctus L. A. Sussman opusculum suum bibliographicum ad Senecam pertinens ediderit, supervacuum mihi videtur hoc loco eadem fere atque ille praebere; itaque pauca hic opuscula memorabo, quae post illius conspectum publicatum apparuerunt, et praeterea omnia ea opera adnotabo, quae in apparatu critico laudata invenies. multorum tamen virorum doctorum coniecturas e Schotti, Bursiani, Kiesslingii, Mülleri editionibus sumpsi, tam eorum qui ante saeculum XIX p. Chr. n. floruerunt quam eorum qui coniecturas suas vel Bursiano vel Kiesslingio vel Müllero per litteras miserunt (quamquam ex his nonnulli opera critica sua etiam publicaverunt). cf. sis quae de hac re dicit Müller (XXXIX): 'ex iis autem, quorum incognitis ad illud temporis emendationibus vel Bursiano vel Kiesslingio uti licuit, maxime nominandi sunt: Fr. Haase, O. Jahn, N. Madvig, C. F. W. Müller, O. Ribbeck, W. Wagner. nova per litteras mihi subministraverunt: F. Becher, M. Bonnet, W. Diels, A. Floss, M. Cl. Gertz, R. Heinrich, M. Hertz, A. Köhler, F. Kuhn, S. Linde, N. Madvig, O. Morgenstern, R. Novák, A. Otto, M. Petschenig, M. Sander, C. Schenkl, W. Studemund, E. Thomas, H. Vsener, V. de Wilamowitz-Moellendorff.' praetera emendationes aliquot vel per litteras vel in seminario mihi benigne subministraverunt viri docti F. Jones, S. Lundström, J. Palm, W. S. Watt, M. Winterbottom.

Fischer, K. D., Seneca d. Ä. Controversiae 10, 5, 17. Ein übersehenes Zeugnis zur Geschichte der antiken Anatomie, ZWG 68, 1984, 110–112
Franzoi, A., Seneca contr. VII 1, 21 (16), CIF 28, 1976, 90–91
–, Annotazioni al testo di Seneca il Vecchio, Publ. della Fac. di Magistero dell'Università di Ferrara IV, 1978, 299–304
Fröhner, W., Kritische Analekten, Philologus Suppl. V, 1884, 1–96
Fuchs, H., Textgestaltungen, MH 26, 1969, 114–116
Gertz, M. Cl., Adnotationes criticae in suasorias Annaei Senecae, Det philologisk-historiske Samfunds Mindesskrift i Anledning af dets 25-aarige Virksomhed, Kopenhagen 1879, 146–156
–, Zu Seneca Rhetor, Jahrbücher für class. Philologie 137, 1888, 293–298
–, (Iudicium de Mülleri editione), BPhW 1888, 522–529
Gruppe, O., Quaestiones Annaeanae, Berlin 1873
Haase, Fr., Seneca der rhetor, Philologus 6, 1851, 173–176
Hagendahl, H., Rhetorica I: In controversias Senecae patris quaestiones, in: Apophoreta Gotoburgensia Vilelmo Lundström oblata, Göteborg 1936, 282–322
Håkanson, L., Some critical notes on Seneca the Elder, AJPh 97, 1976, 121–129
–, Verschiedene textkritische Bemerkungen, SO 52, 1977, 89–96
–, Miscellanea critica, Phoenix 36, 1982, 237–242
–, A crux criticorum (et interpretum) in Seneca the Elder's Controversiae (2.4.12), CQ 34, 1984, 241–243
–, Textkritisches zu Seneca Maior, Orientalia Suecana 33–35, 1984–86, 175–180
Haupt, M., Opuscula III 2, Lipsiae 1876, 412–414; 442–444; 598
Hertz, M., Miscellen, Jahrbücher für class. Philologie 95, 1867, 319 et ib. 123, 1881, 283; 285; 763–764
Hoefig, A., De Senecae rhetoris quattuor codicibus Mss. Schottianis ad Frider. Haasium epistula, Progr. Görlitz 1858
Hoffa, W., De Seneca patre quaestiones selectae, Göttingen 1909
Jahn, O., Variarum lectionum fasciculus, Philologus 26, 1867, 12
Jonas, F., (Iudicium de Kiesslingii editione), Zeitschr. für das Gymnasialwesen 28, 1874, 123–125
Karsten, H., Ad Annaei Senecae controversiam lib. II 7, 9, Mnemosyne 8, 1880, 230
–, Spicilegium criticum, Leiden 1881
–, Elocutio rhetorica qualis invenitur in Annaei Senecae suasoriis et controversiis, Progr. Rotterdam 1881
Kent, R. G., On Albinovanus Pedo vv. 1–7 apud Sen. Suas. I 15, CR 17, 1903, 311–312
Kiessling, A., Zum Seneca Rhetor, RhM 16, 1861, 50–61
–, Beiträge zur Texteskritik des Rhetor Seneca, in: Beiträge zur Kritik lateinischer Prosaiker, Basel 1864, 32–47
–, Neue Beiträge zur Kritik des Rhetor Seneca, Progr. Hamburg 1871
–, Quintilian und Seneca, Jahrbücher für class. Philologie 103, 1871, 716
Köhler, A., Die Partikel ecce, ALL 5, 1888, 16–32
–, (Iudicium de Mülleri editione), Blätter für bayr. Gymnasialwesen 25, 1889, 86–89
–, Zum metaphorischen coquere, ALL 10, 1896–98, 289–291
Konitzer, Cl., Quaestiones in Senecam patrem criticae, Vratislaviae 1864
–, Beiträge zur Kritik des Rhetor Seneca, Breslau 1866
Linde, S., Emendationes et criticae annotationes ad Graecos et Latinos scriptores, Acta Univ. Lundensis (Phil.-Hist.) 18, 1881–82, I 3, 39–56
–, In Senecam rhetorem, Philologus 46, 1888, 760–762 et ib. 47, 1889, 173–175; 384
–, Annotationes in Senecam rhetorem, Lund 1891
–, Coniectanea in Senecam rhetorem, Philologus 50, 1891, 743–749; ib. 51, 1892, 507–511

Linde, S., Adversaria in Latinos scriptores, Acta Univ. Lundensis 36, 1900, 1–59
–, Quaestiones criticae in Senecam rhetorem, Acta Univ. Lundensis 40, 1904, 1–14
–, In Senecam rhetorem emendationes, Eranos 23, 1925, 120–121
Lindner, F., De M. Porcio Latrone, Vratislaviae 1855
Löfstedt, E., Syntactica. Studien und Beiträge zur historischen Syntax des Lateins, I–II, Skrifter utgivna av Kungl. Humanistiska Vetenskapssamfundet i Lund X 1, 1942; X 2, 1933 (iterum 1956)
–, Vermischte Studien zur lateinischen Sprachkunde und Syntax, Skrifter utgivna av Kungl. Humanistiska Vetenskapssamfundet i Lund XXIII, 1936 (iterum 1968)
Madvig, N., Adversaria critica I, Hauniae 1871
–, Opuscula academica, Hauniae [2]1887
Müller, C. F. W., Kritische Bemerkungen zu lateinischen Prosaikern, Progr. Landsberg 1865
–, Zu beiden Seneca und andern lateinischen Prosaikern, Jahrbücher für class. Philologie 93, 1866, 483–503
–, Zum Rhetor Seneca, Zeitschr. für das Gymnasialwesen 22, 1868, 490–491
Müller, H. J., Beiträge zur Kritik des Rhetors Seneca, RhM 21, 1866, 405–430
–, –, Zeitschr. für das Gymnasialwesen 22, 1868, 81–93
–, Zum Rhetor Seneca, ib. 715–716
–, –, RhM 23, 1868, 382–383; ib. 24, 1869, 636–637; ib. 25, 1870, 451
Neue-Wagener: F. Neue, Formenlehre der lateinischen Sprache, 3. Aufl. von C. Wagener, I–IV, Leipzig 1892–1905
Novák, R., Miscellanea critica, LF 13, 1886, 12–19
–, (Iudicium de Mülleri editione), LF 15, 1888, 55–56
–, Sprachliche und kritische Bemerkungen zum Rhetor Seneca, WS 17, 1895, 298–308
–, Textkritische Studien zu Seneca Rhetor, WS 30, 1908, 104–135 et 243–268
–, Kritische Studien zu Seneca Rhetor, WS 34, 1912, 394–401; ib. 35, 1913, 131–142 et 289–303; ib. 36, 1914, 164–174; ib. 37, 1915, 166–176 et 272–288
Opitz, R., (Iudicium de Mülleri editione), Jahrbücher für class. Philologie 137, 1888, 273–293
–, Quaestiones criticae in Senecae et Quintiliani declamationes, in: Commentationes philologae quibus O. Ribbeck 60. aetatis annum exactum congratulantur disciputi Lipsienses, Leipzig 1888, 35–43
–, Weiteres zur Kritik des Rhetor Seneca, Philologus 48, 1889, 67–75
Otto, A., Zur Kritik des rhetors Seneca, Jahrbücher für class. Philologie 131, 1885, 415–432
–, (Iudicium de Mülleri editione), Zeitschr. für das Gymnasialwesen 42, 1888, 127–133
Petschenig, M., (Iudicium de Mülleri editione), Zeitschr. für die österreichischen Gymnasien 39, 1888, 720–722
Pianezzola, E., Spunti per un'analisi del racconto nel thema delle Controversiae di Seneca il Vecchio, MCSN III, 1981, 253–267
Rebling, O., Observationes criticae in L. Annaeum Senecam patrem, Gottingiae 1868
–, Versuch einer Charakteristik der römischen Umgangssprache, Kiel 1883 (ubi pp. 35–48 de Seneca agitur)
Sander, M., Der Sprachgebrauch des Rhetors Annaeus Seneca, I–II, Berlin 1877–1880
–, Zu dem Rhetor Annaeus Seneca, Jahrbücher für class. Philologie 117, 1878, 787–792
Shackleton Bailey, D. R., Emendations of Seneca Rhetor, CQ 19, 1969, 320–329

Spengel, L., (Iudicium de Bursiani editione), Gelehrte Anzeigen 47, 1858, 1–30
Steigemann, H., De Polybii Olympiadum ratione, Suidniciae 1885
Summers, W. C., Notes on the controversiae of the elder Seneca, CQ 5, 1911, 17–23
Thomas, E., Schedae criticae in Senecam rhetorem selectae, Berlin 1880
–, Kritische blätter zum rhetor Seneca (neue folge), Hermes 21, 1886, 41–64
–, Miscellae quaestiones in L. Annaeum Senecam philosophum, Hermes 28, 1893, 227–311
–, Schedae criticae novae in Senecam rhetorem, Philologus Suppl. 8, 1900, 157–298
Trabandt, A., De minoribus quae sub nomine Quintiliani feruntur declamationibus, Gryphiswaldiae 1883
Vahlen, J., Zur Kritik des Rhetor Seneca, RhM 13, 1858, 546–564
–, Opuscula Academica, Leipzig 1907
van der Vliet, J., Sur les Suasoriae VI et VII de Sénèque, RPh 19, 1895, 38–42
Wachsmuth, R., Quaestiones criticae in Senecam rhetorem, Progr. Posen 1867
Walter, F., Zu Seneca Rhetor, WS 40, 1918, 129–137
–, Zu Tacitus und Seneca Rhetor, BphW 38, 1918, 238–240
–, Zu beiden Seneca: Seneca Rhetor, Philologus 90, 1935, 515–516
Watt, W. S., Notes on Seneca rhetor, AJPh 104, 1983, 83–87
Wehle, W., Zu Seneca rhetor, RhM 18, 1863, 165
Wilamowitz von Moellendorff, U., Coniectanea, Göttingen 1884
–, Kleine Schriften, IV, Berlin 1935–1941, 569–570
Wiles, J. J., Emendations of Quintilian and the elder Seneca, CR 36, 1922, 69
Wiman, G., Seneca pater: Contr. 2, 6, 4 (Iuni Gallionis), Eranos 35, 1937, 32–33
Winterbottom, M., Problems in the elder Seneca, BICS 21, 1974, 20–42
von Winterfeld, P., Schedae criticae in scriptores et poetas Romanos, Berlin 1895

Commentarius ille nondum completus, cuius p. XIII mentio fit, in Bibliotheca Universitatis Upsaliensis asservatur.

CONSPECTVS SIGLORVM ET NOTARVM

Sigla

a) eorum codicum, qui textum integrum continent:

A	Antverpiensis 411, saec. X vel XI
B	Bruxellensis 9581–9595, saec. IX
V	Vaticanus 3872, saec. IX
α	consensus codicum **ABV**
dett.	codices deteriores vel omnes vel aliquot
D	Bruxellensis 9144, saec. XV
L	Leidensis Vossianus Latinus 72, saec. XV
T	Bruxellensis (olim Toletanus) 2025, saec. XIII
τ	manus correctrices cod. **T**

E excerpta, quae in apparatu ad textum integrum saepe laudantur

b) eorum codicum, qui excerptorum textum continent:

M	Montepessulanus H 126, saec. IX
recc.	codices recentiores vel omnes vel aliquot
N	Montepessulanus 116, saec. XIII

CONSPECTVS SIGLORVM ET NOTARVM

P	Parisinus 7836, saec. XIII
S	Parisinus 16592, saec. XIII
β	Berolinensis Diez. C fol. 4, saec. XIV
γ	Parisinus 8542, saec. XIII
λ	Vaticanus 1773, saec. XIV
ν	editio princeps Neapolitana (cf. p. XVI)
σ	Parisinus 15730, saec. XIII
A^2, M^3	sim. manus correctrices significantur
≡	rasura

Notae

a) librorum:

CIL	Corpus Inscriptionum Latinarum	*H.-Sz.*	J. B. Hofmann, Lateinische Syntax und Stilistik, neubearb. von A. Szantyr (Handb. d. Altertumswiss. II 2, 2), München 1965
ed. Bipont.	editio Bipontina		
ed. Frob.	editio Frobeniana		
ed. Herv.	editio Hervageniana		
ed. Rom.	editio Romana		
ed. Schott.	editio Schottiana 1672	*OLD*	Oxford Latin Dictionary
		ThLL	Thesaurus Linguae Latinae

b) virorum doctorum

Born.	H. Bornecque	*Müll.*	H. J. Müller
Burs.	C. Bursian	*C.F.W. Müll.*	C. F. W. Müller
Gron.	J. F. Gronovius	*Schult.*	J. Schulting
Kiessl.	A. Kiessling	*Wb.*	M. Winterbottom
Madv.	N. Madvig		

c) ceterae

a. c.	ante correctionem	*interp.*	interpunxit
add.	addidit	*lac.*	lacuna(m)
cett.	ceteri	*mg.*	(in) margine
coll.	collato	*om.*	omisit (omiserunt)
coni.	coniecit	*p. c.*	post correctionem
corr.	correxit	*prop.*	proposuit
def.	defendit	*ras.*	(in) rasura
del.	delevit	*s. l.*	supra lineam
dist.	distinxit	*suppl.*	supplevit
dubit.	dubitanter	*susp.*	suspicatus est
ed.	editio	*transp.*	transposuit
edd.	editores[1])	*vett.*	veteres (editores)
fort.	fortasse	*vid.*	videtur
ind.	indicavit		

---

1) Nota quae est *edd.* non omnes editores sed nostrorum tantum temporum (id est Bursian et successores eius) significo.

⟨CONTROVERSIARVM LIBER PRIMVS⟩

⌜Seneca Novato, Senecae, Melae *filiis salutem* E

Exigitis rem magis iucundam mihi *quam facilem; iubetis enim quid de* 1
*his de*clamatoribus sentiam, qui in aetat*em meam inciderunt, indicare et*
*si qua me*moriae meae nondum elapsa sunt ab illis dicta *colligere, ut,*
5 *quamvis notitiae vestrae sub*ducti sint, tamen non credatis tantum de
illi*s sed et iudicetis.*

Est, fateor, iucundum mihi redire in antiqua studia melioresque *ad*
annos respicere et vobis querentibus, quod tantae opinionis viros audire
non potuer*itis, detrahere temporum iniuriam. sed* cum multa iam mihi 2
10 ex me desideranda se*nectus fecerit, oculorum aciem retuderit,* aurium
sensum hebetaverit, nervorum fir*mitatem fatigaverit, inter ea quae* rettuli
memoria est, res ex omnibus anim*i partibus maxime delicata et fragi*lis,
in quam primam senectus incurrit. hanc a*liquando in me floruisse, ut*
non tantum ad usum sufficeret sed in miraculum usque *procederet, non*
15 *nego; nam et duo milia* nominum recitata, quo erant ordine dicta, red*de-*
*bam, et ab his, qui ad audiendum praecep*torem meum convenerant, sin-
gulos versus *a singulis datos, cum plures quam ducenti* efficerentur, ab
ultimo incipiens usque ad p*rimum recitabam. nec ad complectenda* tan- 3
tum quae vellem velox mihi erat mem*oria sed etiam ad continenda quae*
20 acceperam ⟨solebat bo*nae fidei esse.*⟩ nunc iam aetate quassata et
longa desidia, quae iuvenilem quoque animum dissolvit, eo perducta est,
ut, etiamsi *potest aliquid praestare, non possit promit*tere: diu ab illa
nihil repetivi. nunc *quia iubetis, quid possit* experiar et illam omni cura
scrutabor; *ex parte enim bene spero, nam quaecumque* apud illam aut

Praefatio libri primi non nisi in excerptorum codicibus tradita est. cum in **M** *fol. 89 dextera pars abscisa sit, dimidia paene textus portio ab initio usque ad p. 4, 8 in hoc libro interiit, quae pars a me litteris inclinatis scribitur. de ratione in lectionibus adnotandis a me hic et alibi adhibita vide p. XIV* || **1** hic iam incipit seneca decem retorum feliciter **M** || **2** iucundam *ex* ioc- **M** | enim ⟨me⟩ *C. F. W. Müll.* || **3** inciderint **S** || **8** tanta **M** *corr.* **M**² || **10** ex meis *Kiessl.* | arium **M** *corr.* **M**² || **11** habitaverit **M** *corr.* **M**² | inter] ante *Gertz* | retuli **M** *corr.* **M**² retinui *Teuffel, Kiessl.* || **13** primam *cod. Admuntanus* -ma **M** -mum $\beta\nu$ | aliquando ⟨adeo⟩ *C. F. W. Müll.* || **15** dicta *om.* **M** *suppl.* **M**² || **16** mecum *Usener* || **17** versos **M** *corr.* **M**² || **20** acceperat *recc. aliquot* | solebat — esse *huc transp. Wachsmuth; l. 23 post voc.* repetivi *habent codd.* | nunc et *recc.* nunc tamen *Gertz* || **23** *cf. adnot. ad l. 20* || **24** ex **P** de *cett.* | quaecumque **P** que *vel* quae *cett.*

puer aut iuvenis depo*sui, quasi recentia aut modo audita sine cuncta*-
tione profert; at si qua illi intra proximos *annos commisi, sic perdidit et*
*amisit, ut, etiam*si saepius ingerantur, totiens tamen tam*quam nova au*-
4 *diam. ita ex memoria mea quantum* vobis satis sit superest; neque enim de
his me *interrogatis, quos ipsi audistis, sed de his, qui ad vos* usque non 5
pervenerunt.

Fiat quod vultis: mitt*atur senex in scholas. illud necesse est impetrem,*
ne me quasi certum aliquem ordinem vel*itis sequi in contrahendis quae*
mihi occurrent; necesse est enim per omnia studia mea errem *et passim*
5 *quidquid obvenerit adprehendam.* controversiarum sententias fortasse 10
plur*ibus locis ponam in una declamatione dictas*; non enim, dum quaero
aliquid, invenio, sed sae*pe quod quaerenti non comparuit, aliud a*genti
praesto est; quaedam vero, quae obver*santia mihi et ex aliqua parte se*
ostendentia non possum occupare, eadem securo et reposito *animo subito*
emergunt. aliquando etiam seriam rem agenti et occupato sententia diu 15
fru*stra quaesita intempestive molesta est. neces*se est ergo me ad delicias
componam memoriae me*ae, quae mihi iam olim precario paret.*

6 Facitis autem, iuvenes mei, rem necessariam et utile*m, quod non con*-
tenti exemplis saeculi vestri priores quoque vultis cognoscere; primum
quia, quo p*lura exempla inspecta sunt, plus in elo*quentiam proficitur. 20
non est unus, quamvis praecipuus *sit, imitandus, quia numquam par fit*
imitator auctori. haec rei natura est: semper citra veritat*em est similitudo.*
*deinde, ut possitis aestimare, in quantum cotidie ingenia decre*scant et
nescio qua iniquitate naturae eloquentia *se retro tulerit. quidquid Romana*
facundia habet, quod insolenti Graeciae aut opponat aut prae*ferat, circa* 25
7 *Ciceronem effloruit; omnia ingen*ia, quae lucem studiis nostris attulerunt,
tunc *nata sunt. in deterius deinde cotidie data r*es est sive luxu temporum —
nihil enim tam morti*ferum ingeniis quam luxuria est — sive, cum p*retium
pulcherrimae rei cecidisset, translatum *est omne certamen ad turpia multo*
*honore q*uaestuque vigentia, sive fato quodam, cuius maligna *perpetuaque* 30
*in rebus omnibus lex est, ut ad summ*um perducta rursus ad infimum velo-
cius quidem *quam ascenderant relabantur.*

8 *Torpen*t ecce ingenia desidiosae iuventutis, nec in unius honesta*e rei*
labore vigilatur: somnus languorque ac somno et languore turpior mala-
rum rerum indus*tria invasit animos; cantandi salt*andique obscena studia 35
effeminatos tenent; [et] *capillum frangere et ad muliebres blan*ditias ex-
tenuare vocem, mollitia corporis certare *cum feminis et immundissimis*

4 mea P *cod. Admuntanus* *om. cett.* || **13** se β *om. cett.* || **14** subita *cod. Admuntanus* || **20** eloquentia *recc.* || **24** nature *ex* ma- M || **25** graetiae *ex* gra- M[2] | oponat M || **28** pretium *Thomas* ..emium M praemium *cett.* || **31** volotius *in* velotius *corr.* M[2] || **33** disidiosae M | in unius M[3] unis (*ex* minus, *ut vid.*) M unius in M[2] in ullius β ν *fort. recte* | honeste M || **35** stu≡dia (b *eras., ut vid.*) M || **36** et[1] *om.* P || **37** molliciam *a. c.* M

*se excolere mun*ditiis nostrorum adulescentium specimen est. quis *aequalium vestrorum quid dicam satis* ingeniosus, satis studiosus, immo quis satis vir est? *emolliti enervesque quod nati sunt inviti m*anent, expugnatores alienae pudicitiae, neglegentes *suae. in hos ne dii tantum mali ut cadat el*oquentia; quam non mirarer, nisi animos, *in quos se conferret, eligeret. erratis, opti*mi iuvenes, nisi illam vocem non M. Catonis sed *oraculi creditis; quid enim est oraculum? ne*mpe voluntas divina hominis ore enuntiata; *et quem tandem antistitem sanctiorem sibi* invenire divinitas potuit quam M. Catonem, *per quem humano generi non praeciperet sed c*onvicium faceret? ille ergo vir quid ait? 'orator est, *Marce fili, vir bonus dicendi peritus.' ite nunc et in i*stis vulsis atque expolitis et nusquam nisi in *libidine viris quaerite oratores. merito talia hab*ent exempla qualia ingenia. quis est qui memor*iae studeat? quis est qui non dico magnis viribus* sed suis placeat? sententias a disertissimis viris *factas facile in tanta hominum desidia pro suis dic*unt et sic sacerrimam eloquentiam, quam praestare *non possunt, violare non desinunt.*

9 · 5 · 10 · 10 · 15

*Eo libentius qu*od exigitis faciam et quaecumque a celeberrimis *viris facunde dicta teneo, ne ad quemquam* privatim pertineant, populo dedicabo. ipsis *quoque multum praestaturus videor, quibus oblivi*o imminet, nisi aliquid, quo memoria eorum *producatur, posteris traditur. fere enim aut nulli* commentarii maximorum declamatorum *extant aut, quod peius est, falsi. itaque, ne aut igno*ti sint aut aliter quam debent noti, summa cum fide *suum cuique reddam.*

11 · 20

*Omnes autem magni i*n eloquentia nominis excepto Cicerone videor *audisse. ne Ciceronem quidem aetas mihi eripu*erat sed bellorum civilium furor, qui tunc orbem *totum pervagabatur, intra coloniam meam me* continuit; alioqui in illo atriolo, in quo duos *grandes praetextatos ait secum declamare, p*otui adesse illudque ingenium, quod solum *populus*

25

1 excolere **N** ν σ (*conf. Müll. Mart. VI 52, 4*) extollere **PS** β | specimen *ex* specie (*ut vid.*) **M²** || 2 quid *ed. Frob.* quis *codd.* || 3 quod nati sunt inviti **P** β ν nati muti **NS** | inviti] in vita *Sander* || 4 puditiae **M** | ne β nec *cett.* || 6 sed *ras.* **M³** || 7 oraculo **NS** β || 8 divinas **M** *corr.* **M³** || 9 coatonem *in* caat- *corr.* **M²** || 10 Marce ν m. S, *cod. Admuntanus* *om.* **N** mi **P** mela β || 13 qui nunc memoriae *codd. praeter* **MP** || 14 virtutibus *Schult.* | suis *ex* vis **M²** | factas] dictas *Thomas fort. recte, sed cf. VII 5, 13* sententiam fieri || 15 omnium *Usener* | sacerrimam β acerrimam **M** *cett.* || 17 celeberrimis *ex* -mum **M²** || 17. 18 viris facunde *Burs.* viris (curis **N**) facundiae **SN** facundiae viris *cett.* || 18 privatim *cod. Admuntanus,* β -tum *cett.* || 20 traditur *cod. Admuntanus, cui lectioni favet rhythmus* -atur *cett.* -etur *Gertz* || 25 ne *Burs.* nec *codd. et fort. h. l. et p. 69, 12 et 193, 9 cum codd. omnibus* nec *retinendum; cf. Hagendahl 294sq.; H.-Sz. 450. ceterum cf. adnot. ad p. 4, 3.4* || 27 continuit **M²** -nui *codd.* | alioquin **M³** *codd. plerique* || 28 declamasse *Kiessl.* | adesse β ν audisse *cett.* | -que *Burs.* quidem (*ras.*) **M³** *om. cett.*

Romanus par imperio suo habuit, cognoscere et, quod vulgo aliquando dici solet sed in illo proprie debet, *potui vivam vocem audire.*

12 *Declamabat au*tem Cicero non quales nunc controversias dicimus, ne tales *quidem quales ante Ciceronem dicebantur,* quas thesis vocabant. hoc enim genus materiae, quo nos *exercemur, adeo novum est, ut nomen quo-* 5 que eius novum sit. controversias nos dicimus: Cicero causas *vocabat. hoc vero alterum nomen Gra*ecum quidem, sed in Latinum ita translatum, ut pro Latino sit, '*scholastica*', *controversia multo rece*ntius est, sicut ipsa 'declamatio' apud nullum antiquum auctorem ante Ciceronem et Calvum inveniri potest, qui declamationem ⟨a dictione⟩ distinguit; ait enim 10 declamare iam se non mediocriter, dicere bene; alterum putat domesticae exercitationis esse, alterum verae actionis. modo nomen hoc prodiit, nam et studium ipsum nuper celebrari coepit. ideo facile est mihi ab incunabulis nosse rem post me natam.

13 In aliis autem an beneficium vobis daturus sim, nescio; in uno accipio: 15 Latronis enim Porcii, carissimi mihi sodalis, memoriam saepius cogar retractare et a prima pueritia usque ad ultimum eius diem perductam familiarem amicitiam cum voluptate maxima repetam. nihil illo viro gravius, nihil suavius, nihil eloquentia [sua] dignius. nemo plus ingenio suo imperavit, nemo plus indulsit. in utramque partem vehementi viro 20 14 modus deerat: nec intermittere studium sciebat nec repetere. cum se ad scribendum concitaverat, iungebantur noctibus dies et sine intervallo gravius sibi instabat, nec desinebat nisi defecerat. rursus cum se remiserat, in omnes lusus, in omnes iocos se resolvebat. cum vero se silvis montibusque tradiderat, in silvis ac montibus natos homines illos agrestis 25 laboris patientia et venandi sollertia provocabat et in tantam perveniebat sic vivendi cupiditatem, ut vix posset ad priorem consuetudinem retrahi. at cum sibi iniecerat manum et se blandienti otio abduxerat, tantis viribus incumbebat in studium, ut non tantum nihil perdidisse sed 15 multum adquisisse desidia videretur. omnibus quidem prodest subinde 30 animum relaxare — excitatur enim otio vigor et omnis tristitia, quae continuatione pertinacis studii adducitur, feriarum hilaritate discutitur

1 aliquanta *a. c.* **M** || **3.4** ne tales **M**[2] natales **M** nec tales *recc. plerique* || **6** controversias ⟨quas⟩ *Gertz* || **8** controversia *del. Haase* || **10** a dictione *suppl. Gertz* | destingit **M** || **11** iam se *Bonnet* iam ne **M** (est *add. mg.* **M**[3]) est **P** iam *vel* est iam *cett.* || **12** est **M** *corr.* **M**[2] || **13** celebrare **M** *corr.* **M**[3] || **18** voluntate *a. c.* **M** || **19** sua *del. Kiessl.* | dignus **M** *corr.* **M**[3] || **20** utramque partem *Usener, C. F. W. Müll.* -aque parte *codd.* || **21** repperiri **M** || **23** remiserat *C. F. W. Müll.* de- **M** di- *cett.* || **24** se[1] *om.* **M** | veros e≡silius **M** *corr.* **M**[3] || **25** natus **M** *corr.* **M**[3] | homines *Müll.* omnes *codd.* | ille *dubit. Usener, fort. recte* | agrestes *recc. aliquot, sed* agrestis *gen. est* || **27** ut *om.* **M** *suppl.* **M**[2] || **28** blandienti otio (ocio *ras.* **M**[3])] blandiendo quo *recc.* | abduxerat] a. revocabat *recc.* || **30** multam *a. c.* **M** || **31** exicitatur *a. c.* **M** || **32** continatione *a. c.* **M**

– nulli tamen intermissio manifestius proderat: quotiens ex intervallo
surrexerat, multo acrius violentiusque dicebat; exultabat enim novato
atque integro robore et tantum a se exprimebat, quantum concupierat.
nesciebat dispensare vires suas sed immoderati adversus se imperii fuit,
5 ideoque studium eius prohiberi debebat, quia regi non poterat. itaque
solebat et ipse, cum se assidua et numquam intermissa contentione fre-
gerat, sentire ingenii lassitudinem, quae non minor est quam corporis
sed occultior.

16 Corpus illi erat et natura solidum et multa exercitatione duratum,
10 ideoque numquam impetus ardentis animi deseruit. vox robusta sed
surda, lucubrationibus et neglegentia, non natura infuscata. beneficio
tamen laterum extollebatur et quamvis inter initia parum attulisse vi-
rium videretur, ipsa actione adcrescebat. nulla umquam illi cura vocis ex-
ercendae fuit; illum fortem et agrestem et Hispanae consuetudinis mo-
15 rem non poterat dediscere: utcumque res tulerat, ita vivere, nihil vocis
causa facere, non illam per gradus paulatim ab imo ad summum perdu-
cere, non rursus a summa contentione paribus intervallis descendere, non
sudorem unctione discutere, non latus ambulatione reparare. 17 saepe cum
per totam lucubraverat noctem, ab ipso cibo statim ad declamandum
20 veniebat. iam vero, quin rem inimicissimam corpori faceret, vetari nullo
modo poterat: post cenam fere lucubrabat nec patiebatur alimenta per
somnum quietemque aequaliter digeri, sed perturbata ac dissipata in
caput agebat. itaque et oculorum aciem contuderat et colorem muta-
verat.

25 Memoria ei natura quidem felix, plurimum tamen arte adiuta. num-
quam ille quae dicturus erat ediscendi causa relegebat: edidicerat illa
cum scripserat. quod eo magis in illo mirabile videri potest, quod non
lente et anxie sed eodem paene quo dicebat impetu scribebat. 18 illi, qui
scripta sua torquent, qui de singulis verbis in consilium eunt, necesse est
30 quae totiens animo suo admovent novissime adfigant; at quorumcumque

1 prorat **M** *corr.* **M**^{2} ‖ **2** surrexerat *scripsi* dixerat **M** dicebat *β edd.* | multi **M** *corr.* **M**^{2} | novato ⟨animo⟩ *Ribbeck* ⟨animo⟩ novato *Gertz; trad. def. Novák* ‖ **4** imperio **M** *corr.* **M**^{2} ‖ **5** regi *ex* rei **M**^{2} ‖ **6** se *om.* **M** *suppl.* **M**^{2} ‖ **7** sentre **M** *corr.* **M**^{2} ‖ **9** execitatione **M** *corr.* **M**^{3} ‖ **10** vox] ox *ras.* **M**^{3} ‖ **11** surda *Gertz* sordida *codd. plerique* ,*om.* **NS** | neglentia **M** ‖ **12** atulisse **M** ‖ **13** *post* vocis *scr.* causa facere non illam progradus (*e l. 16*) *sed del.* **M** ‖ **14** maiorem **M** *corr.* **M**^{2} ‖ **16** ab imo ad summum ***β v*** (*nisi quod* usque *ante* ad *exhibent*) a summo ad imum *cett.* ‖ **20** quin *Gron.* cum *codd.* ‖ **22** dissipata] stipata *Novák* ‖ **23** et oculorum *ed. Herv.* oculorum et (et *del.* **M**^{3}) **M** | contuderat *β* -fuderat **M** ‖ **25** ei *C. F. W. Müll., W. Wagner* et *codd.* eius *dubit. Müll.* ‖ **26** et didicerat *a. c.* **M** ‖ **27** quod eo *Madv.* cumdeo (*quod in* umde *corr.*) **M** cum de eo **P** cum id (tum in id **N**) *cett.* unde eo *Burs.* id eo *Thomas* ‖ **28** at (*in ras.* **M**^{3}) illi **M** | quidem qui *recc. aliquot* ‖ **30** quae] quo **M** *corr.* **M**^{2} | adfigant (aff-) $β^2$ ad- *vel* afficiant **MP**

stilus velox est, tardior memoria est. in illo non tantum naturalis memoriae felicitas erat sed ars summa et ad comprehendenda quae tenere debebat et ad custodienda, adeo ut omnes declamationes suas, quascumque dixerat, teneret ⟨et⟩iam. itaque supervacuos sibi fecerat codices; aiebat se in animo scribere. cogitata dicebat ita, ut in nullo umquam verbo eum memoria deceperit. historiarum omnium summa notitia: iubebat aliquem nominari ducem et statim eius acta cursu reddebat; adeo, quaecumque semel in animum eius descenderant, in promptu erant.

19 Video vos, iuvenes mei, plus iusto ad hanc eius virtutem obstupescere; alia vos mirari in illo volo. hoc, quod tantum vobis videtur, non operosa arte tradi potest. intra exiguum paucissimorum dierum tempus poterit quilibet facere illud, quod Cineas fecit, qui missus a Pyrrho legatus ad Romanos postero die novus homo et senatum et omnem urbanam circumfusam senatui plebem nominibus suis persalutavit; ⟨aut⟩ quod ille fecit, qui recitatum a poeta novum carmen dixit suum esse et protinus ⟨e⟩ memoria recitavit, cum hoc ille, cuius carmen erat, facere non posset; aut quod fecit Hortensius, qui a Sisenna provocatus in auctione persedit per diem totum et omnes res et pretia et emptores ordine suo argentariis recognoscentibus ita, ut in nulla re falleretur, recensuit. cupitis statim discere? suspendam cupiditatem vestram et faciam alteri beneficio locum; interim hoc vobis, in quo iam obligatus sum, persolvam.

20 Plura fortasse de Latrone meo videor vobis, quam audire desiderastis, exposuisse: ipse quoque hoc futurum provideram, ut memoriae eius, quotiens occasio fuisset, difficulter avellerer; nunc his tamen ero contentus, sed quotiens me invitaverit memoria, libentissime faciam, ut illum totum et vos cognoscatis et ego recognoscam; illud unum non differam, falsam opinionem de illo in animis hominum convaluisse: putant enim fortiter quidem, sed parum subtiliter eum dixisse, cum in illo, si

21 qua alia virtus fuit, et subtilitas fuerit. id, quod nunc a nullo fieri animadverto, semper fecit: antequam dicere inciperet, sedens quaestiones eius, quam dicturus erat, controversiae proponebat, quod summae fiduciae est; ipsa enim actio multas latebras habet, nec facile potest, si quo loco subtilitas defuit, apparere, cum orationis cursus audientis iudicium

1 stilis **M** | est[1] *ex* et **M**[2] || **2** erat *om.* **M** *suppl.* **M**[2] | et *ras.* **M**[2] || **4** etiam *Jahn* iam *codd.* animo *Watt* || **7** *fort.* cursu ⟨suo⟩ = *ordine suo, vel* cursim || **9** iuvenes *ex* -is **M**[2] || **10** vobis] a vobis **MP** || **12** pyrro *ex* pyro **M**[2] || **14** aut *suppl. cod. Admuntanus,* **ν** hoc etiam *temere add.* **M**[3] || **15** e *suppl. Müll.* ex *praetulit Wb. fort. recte* || **16.17** *supra* aut quod *add.* etiam illu (*ex* illo) **M**[3] || **17** sisenoa provocatis **M** *corr.* **M**[2] || **18** emtores (*et sim. saepe*) **M** *corr.* **M**[2] || **19** felleretur censuit **M** || **20** supendam **M** *corr.* **M**[2] || **21** interem *a. c.* **M** | hoc locum vobis *a. c.* **M** | in quod *Haase, C. F. W. Müll.* || **22** latronem eo **M** *corr.* **M**[3] | desideratis **P** *recc. nonnulli* || **23** memoria **NS** a memoria *cod. Admuntanus,* β | *comma post* eius *posui Novák secutus* || **24** nunc *Madv.* nec *codd.* | contemptus **M** || **30** dice **M** *corr.* **M**[2] || **33** lo≡≡co **M**

impediat, dicentis abscondat. at ubi nuda proponuntur membra, si quid aut numero aut ordine excidit, manifestum est.

Quid ergo? unde haec de illo fama? nihil est iniquius his, qui nusquam putant esse subtilitatem nisi ubi nihil est praeter subtilitatem. et in illo 5 cum omnes oratoriae virtutes essent, hoc fundamentum superstructis tot et tantis molibus obruebatur, nec deerat in illo sed non eminebat — et nescio an maximum vitium subtilitatis sit nimis se ostendere: magis nocent insidiae, quae latent; utilissima est dissimulata subtilitas, quae effectu apparet, habitu latet.

10 Interponam itaque quibusdam locis quaestiones controversiarum, sicut 22 ab illo propositae sunt, nec his argumenta subtexam, ne et modum excedam et propositum, cum vos sententias audire velitis, et quidquid ab illis abduxerit molestum futurum sit. hoc quoque Latro meus faciebat, ut sententias amaret: cum condiscipuli essemus apud Marullum rheto- 15 rem, hominem satis aridum, paucissima belle sed non vulgato genere dicentem, cum ille exilitatem orationis suae imputaret controversiae et diceret: 'necesse me est per spinosum locum ambulantem suspensos pedes ponere', aiebat Latro: 'non mehercules tui pedes spinas calcant sed habent', et statim ipse dicebat sententias, quae interponi argumentis 20 cum maxime declamantis Marulli possent.

Solebat autem et hoc genere exercitationis uti, ut ⟨aliquo die⟩ nihil 23 praeter epiphonemata scriberet, aliquo die nihil praeter enthymemata, aliquo die nihil praeter has translaticias quas proprie sententias dicimus, quae nihil habent cum ipsa controversia implicitum sed satis apte et alio 25 transferuntur, tamquam quae de fortuna, de crudelitate, de saeculo, de divitiis dicuntur; hoc genus sententiarum supellectilem vocabat. solebat schemata quoque per se, quaecumque controversia reciperet, scribere — et putant illum homines hac virtute caruisse, cum ingenium quidem eius et hac dote abundaverit! iudicium autem fuit strictius: non 30 placebat illi orationem inflectere nec umquam recta via decedere, nisi cum hoc aut necessitas coegisset aut magna suasisset utilitas. schema 24 negabat decoris causa inventum sed subsidii, ut quod [palam] aures offensurum esset, si palam diceretur, id oblique et furtim subreperet. summam quidem esse dementiam detorquere orationem, cui esse rectam 35 liceret.

4 nisi☰ **M** | at *Gertz* || 10 iterponam **M** *corr.* **M²** || 11 illo *Haase* illis *codd.* || 13 abduxerit *Usener, C. F. W. Müll.* -duxero *codd.* || 14 maryllum rethorem **M** || 15 sed] et *Born.* || 17 me est] est me *vel* est *recc.* || 19 et *om.* **MP** *suppl.* **M³** || 20 cum] quam *recc.* | marylli **M** || 21 aliquo die *suppl.* *βν* || 22 aliquo – enthymemata *om.* **M***β* *suppl. mg.* **M²** nihil nisi *pro* nihil *scribens* (*sed* nisi *del.*) || 26 supellectilem **M** *corr.* **M²** || 27 persecumque *a. c.* **M** || 29 et **N** sed **M** *om. cett.* || 31 aegisset **M** co *add.* **M²** || 32 sub☰sidii **M** | palam *del. Gron.* || 33 subreperet **M²** *β* -riperet *cett.*

Sed iam non sustineo diutius vos morari: scio, quam odiosa res mihi sit circensibus pompa. ab ea controversia incipiam, quam primam Latronem meum declamasse memini admodum iuvenem in Marulli schola, cum iam coepisset ⟨or⟩dinem ducere.⌝

1 E ⌜LIBERI PARENTES ALANT AVT VINCIANTVR. Duo fratres inter se dissi- 5 debant. alteri filius erat. patruus in egestatem incidit. patre vetante adulescens illum aluit. ob hoc abdicatus tacuit. adoptatus a patruo est. patruus accepta hereditate locuples factus est, egere coepit pater; vetante patruo alit illum. abdicatur.⌝

1 ⟨PORCI LATRONIS.⟩ Quid mihi obicis? puto luxuriam. quidquid um- 10 quam immodesta largitione effudimus, id omne consumebatur in alimentum duorum senum. Cum vetaret me pater, aiebat: 'ipse mihi, ⟨si⟩ E egerem, alimenta non daret.' ⌜Eo iam perductus erat, ut omnem spem [ultimorum] alimentorum in ea domo poneret, in qua habebat abdicatum et inimicum.⌝ Ecce oppresserit mors egentem: quid acturus es? plu- 15 ris tibi frater efferendus quam alendus est. Quisquis rogatus est, ait: 'quid porro? tam locuples frater alere non potest?' miserrimus senex 2 E divitiis tuis etiam blandimentum in stipem perdidit. ⌜'ipse' inquit 'me ali vetuit'; imitationem alienae culpae innocentiam vocas?⌝ ne eo quidem aestimas, quanta ista crudelitas sit, quod, si quis fratrem non alit, ne a 20 filio quidem alendus est? Quid adoptionem iactas? tunc ad te veni, cum haberem divitem patrem. Parcius, quaeso, patres: praesentes habemus deos. Scis tuto te facere: etiamsi abdicaveris, alam. Fatendum est crimen 3 meum: tardius miseritus sum; itaque do poenas: egeo. Parentibus meis, cum in cetera odium sit, tantum in meam notam convenit. o felix spec- 25 taculum, si vos in gratiam possum reducere! faciam quod vultus quoque vestri hortantur: surgite, patres, adeste, iudices: alter mihi ex parentibus

2 ab aea **M** || 3 i (*corr.* **M**²) maryilli scola **M** || 4 cepisset *codd.* | ordinem *Thomas* diem *codd.*

cum in **A** *duo folia desint* (*cf. adnot. ad p. 372, 4*), *textus l. 19 a voce* imitationem *in hoc libro incipit. in* **B** *verba* Quid mihi (*l. 10*) – praestare (*p. 9, 18*) *bis scripta extant; quae discrepant litteris* **B**ᵃ *et* **B**ᵇ *distinxi*

5 vinciantur *ex* vicientur **B** || 8 factus] iactus **B**ᵇ || 9 aluit **V** | abdicatur *τ***E** -tus **BV** || 10 Porci Latronis *suppl. ed. Herv.* | luxuriamus **B**ᵇ || 11 non effudimus **V**² | consumebatur *dett.* -sumatur **BV** || 12 si *suppl. Burs.* cum *suppl.* **V**² *dett.* || 13 omnem **E** -ium **BV** || 14 ultimorum *del. Kiessl. quem dubit. secutus sum* | addicatum **B**ᵃ ⟨et⟩ abdicatum *Kiessl.* || 15 oppresserit *Schult.* -pressit **BV** | mors egentem *Burs.* morescentem **BV** | facturus *Kiessl.* || 16 et ferendus **B**ᵃ | quisquis] quis **V** | ait *Gron.* aut **BV** || 17 tam *dett.* tum **BV** || 18 divitias suas **V** || 19 ali vetuit **E** alui **B**ᵃ aluit **B**ᵇ**V** | ne] nec **V** || 20 quis] q̄ **B**ᵃ q̄ **B**ᵇ | aluit *Born.* | ne] nec **V** || 22 parcus **B**ᵃ | patres] fratres **V** | haberemus **AB** || 23 te *om.* **B**ᵇ || 24 misertus **V** | egeo] ego **B**ᵃ ege a **B**ᵇ || 25 tantu **A** || 26 possumus **B** | faciam quod *Kiessl.* faciamque hoc *α* | cultus **AB** | quoque] que *a. c.* **B**

servatus, alter servandus est. porrigite mutuas in gratiam manus, me foederi medium pignus addite; inter contendentes duos medius elidor. Ergo fame morientem videbo per cuius cineres iuraturus sum? ⌜Omnis E instabilis et incerta felicitas est: quis crederet iacentem supra crepidi-
5 nem Marium aut fuisse consulem aut futurum?⌝ quid porro? tam longe exempla repeto, tamquam ⟨in⟩ domo non sit? qui illud vidit ⌜quid non E timendum felicibus putat, quid desperandum infelicibus?⌝

IVNI GALLIONIS. Ego indicabo, cur me abdices; tu indica, cur adoptave- 4 ris. quae iam accedunt nova? Equidem [nova] illud non miror, quod
10 misericordia obicitur; illud miror, quod hic obicit. sic enim me gessi, ut hoc crimine duos patres obligarem. Vterque me amat, uterque ali miser desiderat, uterque prohibet: nec secum nec mecum ⟨iis nec cum⟩ fortuna bene convenit. Componite aliquando bonos quidem sed contumaces viros. uter discordiae causam praebuerit, nolite a me exigere: uterque
15 patruus est, uterque pater est. Transit ad istum fratris sui et fortuna et animus. Misericors sum: non mutassem patrem, si naturam mutare potuissem.

P. ASPRENATIS. Fortunae lex est praestare quae exegeris. miserere, 5 mutabilis est casus: dederunt victis terga victores, et quos provexerat
20 Fortuna destituit. quid referam Marium sexto consulatu Carthagini mendicantem, septimo Romae imperantem? ⌜ne circa plura instabilis for- E tunae exempla te mittam, vide, quis alimenta rogetur et quis roget.⌝

IVNI OTHONIS patris. Time mutationem: et ille nihil prius ex bonis quam filium perdidit.

25 ARELLI FVSCI patris. Ecquid aperis mihi penates tuos? ⌜non sum hospes 6 E gravis: unum senem adduco. Hoc tibi vitio, pater, placui.⌝ Venit igno-

2 foederi medium] fide rimedium **B**[a] fide remedium **AB**[b] foedere medium **V** | velidor **AB** || 3 moriente **B**[b] *et a. c.* **A** | curaturus **V** || 5 *cf. VII 2, 6* | aut[1] *om.* **α**, *habent* **E** *et cod. Vat. Schotti* || 6 *cf. l. 21sq.* | ⟨in⟩ domo non *scripsi praeeunte Müll.* (⟨in⟩ domo desit) modo☰ **A** modo **B**[a] modum **B**[b] modo non **V** non domi *Burs.* domi desit *Wb.* | illud *Schott* illum **α** | quid] qui **B**[a] || 7 putat *Burs.* -as **α** | disperandum **B**[a] || 8 galionis **A** | indica *ex* -as **A** -as **BV** || 9 quae iam *Summers* quaedam **α** quaenam *Schult.* | acciderunt *Schult.* | quidem **AB** | nova[2] *del. Burs.* || 10 misericordia] hic (*sed* hic *del. et* misericordia *add.*) **B**[a] || 11 crimen **AB** || 12 iterque **B**[b] | iis nec cum *supplevi partim Hoffa secutus, qui* nec secum ⟨eis⟩ nec [me] cum fortuna *prop.* nec secum nec [me] cum fortuna *Madv.* || 14 exiere **B**[b] || 15 istam **AB**[b] || 16 mutassem *Schott* muto **α** | natura militare **AB** || 18 p asirenatis **B**[a]**V** pasi renatis **AB**[b] | exigeris **A** || 19 aderunt **AB** | vicos terra **B** | provexerant **AB** || 20 detstituit **A** | consulatum **AB** | carthagi **B** cartagini **V** | mendicatum *a. c.* **A** || 21 Romae *Gron.* more **AB** *om.* **V** || 22 mittam vide **E** *et cod. Vat. Schotti* mittamus de **AB** mittamus da **V** mittamus vide **A**[2] **τ** || 23 otonis **α** | time *Kiessl.* timeo **α** timeto *Watt* | mutatationem **A** || 25 ecquid *dett.* haec quid **α** | aperis mihi] aperigini **A** aperigmi (*ex* aperio mi **B**) **BV** || 26 placui **E** *dett.* -uit **α**

tus senex; volo transire iacentem: per patrem rogat. Ergo aliquis peribit
fame, qui filium suum optat superstitem? Quid hoc esse dicam, quod me
tam periculose abdicant, quod totiens isti fortunam mutant, quotiens
ego patrem? Redite in gratiam! inter funestas acies armatae manus in
E foedus porriguntur. ⌜perierat totus orbis, nisi iram finiret misericordia.⌝ 5
E aut si tam pertinacia placent odia, parcite: ⌜iactatus inter duos patres,
utriusque filius, semper tamen felicioris abdicatus.⌝ Positus inter duo
pericula quid faciam? qui alunt abdicantur, mendicant qui non alunt.
E ⌜illud tamen, pater, deos testor: divitem te relinquo.⌝

7 Cesti Pii. Tali me operi praeparaveram: volebam fratres in gratiam 10
reducere. hoc tu obicis? at, nisi impetravero, ut boni fratres sint, ⟨quo-
modo⟩ impetrabo, ne mali patres sint? Vterque me amavit, uterque pro
me vota fecit; quantum est, si dixero: 'uterque me aluit'? Quae causa
fuerit discordiae, nescio; timeo, ne iste prior ⟨odiosus fuerit, qui prior⟩
egere coepit. Quid obicis, pater? ⟨misericordiam, puto:⟩ scio quendam 15
in hac civitate propter istud crimen adoptatum. 'Fratrem' inquit 'alere
noluit': invenisti quod ⟨non⟩ possim defendere. Possum liberos tollere,
ut primum hoc illis narrem, avum illorum fame perisse? Non fefelli te,
qualis essem: scivisti, cum adoptares. Bis abdicatus sum; volo utram-
que causam meam agere, neutram per me volo; adsit mihi altus. Semper 20
causa mea habebit advocatum patrem. Alter alterum amet: uterque me
amavit. Vis illum veras poenas dare? sentiat, quam bono fratri iniuriam
fecerit.

8 Pompei Silonis. De patre bene *** ⟨quam⟩quam eum per aetatem
nosse non possum, sed habet et ille beneficium meum: duos eius filios 25
alui. Surge, infelix senex. quid? putatis illum flere, quod eget? immo
quod abdicavit qui aluit.

1 tacentem *Kiessl.* | rogaret **AB** | ergo] a tergo **V** || **2** superstitem] *utrum* supersūtem *an* -stitem *in* **B**, *haud perspexi* | quid] quic **B** || **3** toties **AB** | quoties **AB** || **6** ⟨mihi⟩ *vel* ⟨filio⟩ parcite *Gron.* || **7** *fort.* filius ⟨sum⟩ | felicioris **E** -cior **α** | duo *ex* dua (*ut vid.*) **B** || **8** aiunt[1] **AB** | qui[2] *dett.* quia **α** || **10** tali] ali **AB** | praeparaveram *dett.* pteparaverant **AB** preparaverant **V** || **11** quomodo *supplevi* non *suppl. Kiessl.* || **12** amavit *ex* -erint **B** || **13** me[2] *om.* **A** || **14** discordia **A** | odiosus – prior *supplevi* || **15** misericordiam, puto *suppl. Müll. qui etiam* ⟨misericordiam?⟩ *prop.* || **17** ⟨non⟩ possim *scripsi* possem **α** || **18** ut *Gruter* et **α** | hoc illis **τ** oculis **α** | fefelli te *Burs.* -it et **α** || **19** esse miscuisti eum **AB** scisti *Novák monens hanc verbi formam semper apud Sen. usurpari, fort. recte* || **20** neutriam **B** | altus *Schult.* alius **α** || **21** causa mea] causam **A** causam ea **B** || **21.22** me amavit *Burs.* (*cf. l. 12*) meam habit **A** me amabit **BV** || **24** vestro *post* patre *suppl. Schult.*, merui *suppl. Haase, lac. post* bene *stat. Burs. et in app. suppl.* de avo etiam melius meritus sum, *haud male* | quamquam eum *Burs.* quam meum **α** quod eum **V**[2] **τ** || **25** filio **A** || **26** immo *dett.* emo **α** || **27** qui (= *eum qui*)*scripsi* quod **α** quod ⟨non⟩ *Faber* | alui **τ**

ARGENTARI. Vides enim, liberalis in domo tua esse coepi. Ille propter me duxit uxorem, cum fortasse iuvenem adoptare posset. Haec abdicantis fuere verba: '⟨i⟩ ad illum, quem magis amas quam patrem!' Non omnibus imperiis patris parendum est; nihil in te novi facio: scis me et
5 priori patri non paruisse. Venit immissa barba capilloque deformi, non senectute sed fame membris trementibus, summissa et tenui atque elisa ieiunio voce, ut vix exaudiri posset, introrsus conditos oculos vix allevans. alui. quomodo, quaeritis? quomodo istum.

CORNELI HISPANI. Puta me hodie non abdicari sed adoptari; volo 9
10 quaedam futuro praedicere patri: hic, quem vis adoptare, inimicum patris sui invito patre aluit; reliquit aequo animo beatam domum, ut cum mendico viveret. noveris oportet hoc eius vitium: ad praestandam calamitosis misericordiam contumax est. nec tamen habeo, quod de hoc vitio meo queri possim: hoc inveni patrem; hoc perdidi. Quam multi patres
15 optant similem filium! bis ⟨ab his⟩ abdicor. Homo est; non vis alam hominem? civis est; non vis alam civem? amicus est; non vis alam amicum? propinquus est; non vis alam propinquum? sic pervenitur ad patrem: homo est, civis est, amicus est, propinquus est. condicione ergo ⟨ista⟩ non erit vitium porrexisse stipem, nisi dixero: 'pater est'.

20 VIBI GALLI. ⌜Circumibo tecum, pater, aliena limina, ostendam omnibus et me, qui alimenta dedi, et te, qui negasti.⌝ 10 E

ROMANI HISPONIS. Scio, pater, melius esse quod tu dicis: istud ego si possem, numquam abdicatus essem. fateor, vitium est: hoc quoque in me prior emendare voluit pater nec potuit. Impulisti me in fraudem: qui
25 me abdicabat, aiebat: 'non oportebat fieri'; tu dicebas oportere; tibi credidi. 'Non dedit' inquit 'mihi alimenta'; defuerunt tibi? Quisquis alimenta a mendico rogatus est, nihil amplius quam monstrat: 'i ad fratrem, i ad filium'. Iam quidam nobis eandem fortunam precantur; crede mihi, sacra populi lingua est.

3 i *suppl. dett.* (*cf. l. 27 sq.*) || **4** imperiis *ed. Herv.* imperes α | patris *Burs.* (*?*) patri α | parendum] pare ñdum (= nondum) **AB** | in te *Burs.* inter **AB** interim **V** || **6** summissa *Schult.* semesa α || **7** posset **D**² -ssit α || **9** puta *dett.* -as α || **10** futuro *Gron.* -ura α || **11** reliquite quo **AB** | cum] tum **B** || **12** praestandum **A** || **14** possem **AB** | inveni *Haase, Burs.* ineni **AB** enim **V** | hoc patruum perdidi **V** || **15** simile **A** | ab his *supplevi* (*Vahlen* ab his *pro* bis *scripserat*) | abdico **AB** | alam (*quater l. 15–17*) *corrector cod. Vat. 5219* alium *quater* α ali τ altum *quater v. Winterfeld coll. p. 10, 20 fort. recte* || **16** civis] cives **AB** | non vis² *in* novis *mut.* **A** || **17** non vis] novis **A** | provenitur **A** | patrem *ed. Herv.* -res α || **18** cives **AB** | ista *h. l. supplevi, ante* condicione *suppl. Gertz* || **19** stipem nisi] stipemani si **B** || **20** Galli *Burs.* calb **AB** calbi **V** | liminam **B** || **21** necasti **AB** || **22** stud **AB** || **25** aiebat] ag- **AB** || **27** mendico **V**² medico α | monstrat: i] monstratu **AB** monstrat ii **V** || **28** ii α | quidam *Schult.* quidem α || **29** lingua *Ranchinus* digna α

ALBVCI SILI. Tollite vestras divitias, quas huc atque illuc incertae fortunae fluctus appellet, redite in gratiam: innocens sum.

11 E Pars altera. VALLI SYRIACI. ⌜Crescere ex mea proposuit invidia⌝; sequemur senes quo vocat ambitio iuvenilis, et contionem illi praebebimus? E ⌜melius se potest iactare quam defendere.⌝ Ecquid ⌜iustus metus meus 5 [tu] est, ne heredem ingratum scribam, inimicum relinquam?⌝ Inter cetera, quae mihi cum inimico fateor esse communia, et hoc est: infelicissimam ambo et tristissimam egimus vitam, excepto uno quod alter alterum egentem vidimus. Proici me adiectis verborum contumeliis iussit, ad caelum manus sustulit fassus huius se spectaculi debitorem, et tunc pri- 10 mum fratri vitam precatus est. Laetitiam parati patrimonii, ut ex tanto calamitatium stupore, nullam percepi, nisi quod isti daturus omnia eram, illi negaturus. Liquet nobis deos esse: qui non aluit eget; qui in domum suam fratrem non ⟨re⟩cepit in publico manet. Aequavit iam potentiam meam cum illius potentia fortuna, nisi quod haec prior facere non pos- 15 sum. Adoptavi te, cum abdicatus es; cum adoptas, abdico.

12 VIBI RVFI. Cum egerem, aiebam: 'satis se vindicavit, quod a dispensatore locupletis inimici consors modo omnis fortunae diurnum petam'.

MARVLLI. Ille autem audebit rogare, qui mori malit quam sua verba 20 sibi dici? Multis debeo misericordiam, multis tuli: quisquis est, qui me ulla calamitate similis effingit, perinde habeo ac si gradu cognationis attingat. Scio, quam acerbum sit supplicare exteris; scio, quam grave sit repelli a domesticis; scio, quam crudele sit cotidie et mortem optare et E vitam rogare. ⌜Etiamsi tu non odisti eum, qui mihi fecit iniuriam, ego 25 odi eum, qui fecit tibi.⌝

13 Divisio. Divisio controversiarum antiqua simplex fuit; recens utrum subtilior an tantum operosior, ipsi aestimabitis: ego exponam, quae aut veteres invenerunt aut sequentes adstruxerunt.

1 incorte **AB** || 3 praeposuit **AB** || 4 iuvenalis *a. c.* **A** || 5 ecquid *ed. Rom.* ecqui **AV** et qui **B** atqui τ || 6 tu *del.* **A**² τ *nec habent* **E** | es **V** | ingratum *pro subst. positum;* inimicum *sc. heredem* || 7 fateor *Schult.* patior α | infelicissimam *ed. Schott.* -mum α *cf. p. 16, 12sq.* || 8 ambo **A**² *dett.* amabo α || 9 proici me *Benndorf, Madv.* proicimus α *fort.* proici nos | adiectis τ -iecistis α || 11 '*fort.* parti' *Schott* | ex tanto *Burs.* extant α || 12 calamitantium **B** | stupore *bis* **AB** (*corr.* **A**²) stupores **V** | percipi **B** || 14 recepit *Schult.* cepit α | aequabit **AB** || 16 adoptas *Faber* abdicas α adoptaris *Schott* || 17 Rufi *Schott* furii α | aiebam] ag- **AB** | seu indicavit **B** || 18 consors] sors **A** || 20 marilli **A** -yli **B** -ylli **V** | autem (aut *ex* aūt **B**) *def. Novák et Hagendahl* vitam *vel* alimenta *C. F. W. Müll.* | rogare qui] rogar ci **AB** | malit *scripsi* mallet α malet *C. F. W. Müll.* || 21 misericordia **A** | tulit **AB** || 22 similis *scripsi* -lem α -li *Schult.* se u. c. similem *Sh. Bailey* | habeo *ed. Schott.* habebo α || 23 suplicare **AB** | exteris *ed. Rom.* -eros α || 26 odi eum *om.* α *habent* **E**

LATRO illas quaestiones fecit: divisit in ius et aequitatem, an abdicari possit, an debeat. ⟨an possit⟩ abdicari, sic quaesit: an necesse fuerit illum patrem alere, et ob id ⌜abdicari non possit, quod fecit lege cogente⌝. E
hoc in has quaestiones divisit: an abdicatus non ⌜desinat filius esse⌝; E
5 an is desinat, ⌜qui non tantum abdicatus sed etiam ab alio adoptatus est⌝. etiamsi filius erat, an quisquis patrem non alu⟨er⟩it puniatur, tamquam aeger, vinctus, captus; an aliquam filii lex excusationem accipiat; an ⟨in⟩ hoc accipere potuerit. an abdicari debeat, per hoc quaesit: an, etiamsi ille indignus fuit, qui aleretur, hic tamen recte fecerit, qui aluit.
10 deinde, an dignus fuerit, qui aleretur.

14 Novi declamatores Graecis auctoribus adiecerunt primam illam quaestionem: an adoptatus abdicari possit. hac CESTIVS usus est; adiecit quaestionem [Gallio] alteram: an, si abdicari possit etiam adoptatus, ⟨possit⟩ ob id vitium, quod, antequam adoptaretur, notum fuit adoptan-
15 ti. haec autem ex aequitatis parte pendet et tractatio magis est quam quaestio.

GALLIO quaestionem primam Latronis duplicavit sic: licuit mihi alere etiam te vetante; deinde, non licuit non alere. in priore parte hoc vindicavit, non posse filium ob id abdicari, quod esset suae potestatis; nulli
20 autem interdici misericordia: ⌜quid, si flere me vetes, cum vidi hominem calamitosum?⌝ quid, si vetes propter aliquod honestum factum periclitanti succurrere? ⌜adfectus nostri in nostra potestate sunt. quaedam iura non scripta, sed omnibus scriptis certiora sunt:⌝ quamvis filius familiae sim, licet mihi et stipem porrigere mendico et humum cadaveri ⟨inicere⟩.
25 iniquum est conlapsis manum non porrigere; commune hoc ius generis humani est. Nemo invidiosum ius postulat, quo alteri profuturus est.

15 LATRO illud vehementer pressit: non feci ratione, adfectu victus sum: cum vidissem patrem egentem, mens non constitit mihi; quid vetueris, nescio. hoc aiebat non esse tractandum tamquam quaestionem, esse
30 tamen potentius quam ullam quaestionem.

1 illas *Faber* (*cf. e. g. l. 11* illam) alias α || 2 an possit *suppl. Gron.* | abdicari *del.* **A**[2] | si **AB** | quaerit **V** || 4 hoc *ed. Herv.* hos α | desinat *ed. Frob.* -nit α || 5 alio *Faber* avo α || 6 aluerit *scripsi* aluit α || 7 aliquam *ed. Herv.* iniquam α | accipiat *ed. Frob.* -pit α || 8 in *suppl. Faber* || 9 fecit *a. c.* **B** || 12 possit **V** poss☰ **A** posset **B** | cestiys **A** | adiecit *ed. Herv.* -icit α || 13 Gallio *del. Gruppe* (*cf. l. 17*) | adoptatius **A** || 14 possit *suppl. Müll.* | notum τ novum **BV** *et* (*ex* nocium *vel sim.*) **A** | adoptanti *ed. Herv.* -tati α || 15 quam *om.* **B** || 18 priori **V** || 19 abdicari *ex* -are **V** -are **AB** | nulli τ -la α || 22 succurrere *Kiessl., C. F. W. Müll.* fetuere **A** secuere **B** favere **V** | potestate non sunt **E** | iura **E** iniuria α || 24 perrigere **B** | inicere *suppl. Gertz* || 26 *an* invidiose*?* | quo *Haase, C. F. W. Müll.* quod α | profuturum (*nempe propter illud* quod) **V** || 27 ratione *dett.* -nem α | adsectu **A** || 29 aiebat *Burs.* agebant **A** aiebant **BV** || 29–30 esse[2] – quaestionem *om.* **A**

Fvscvs Arellivs pater hoc movit in ultimo tamquam quaestionem: putavi te, quamvis vetares, nihilominus velle ali fratrem; eo vultu vetabas aut mihi ita videbaris.

Cestivs audacius: non fuit contentus dicere 'putavi velle te'; adiecit: 'voluisti et hodieque vis', et sub hac figura dixit omnia, propter quae (5) velle deberet: 'quare ergo abdicas? puto, indignaris praereptum tibi officium.'

16 Latro colorem simplicem pro adulescente: habere non quo excuset, sed quo glorietur. non potui, inquit, sustinere illud durum spectaculum. offensam mihi putas tantum excidisse? mens excidit: non animus mihi (10) constitit, non in ministerium sustinendi corporis suffecerunt pedes, oculi subita caligine obtorpuerunt. alioqui ego, si tunc meae mentis fuissem, expectassem dum rogarer?

Fvscvs illum colorem introduxit, quo frequenter uti solebat, religionis: movit, inquit, me natura, movit pietas, movit humanorum casuum (15) tam manifesto approbata exemplo varietas. stare ante oculos Fortuna videbatur et dicere: 'talia his fiunt qui suos non alunt.'

17 Albvcivs hoc colore: accessit, inquit, ad me pater nec summis⟨sis⟩ verbis locutus est, non rogavit, sed, quomodo agendum esset cum filio, alere me iussit. recitavit legem, quam ego semper scriptam etiam patruo (20) putavi. et deinde dixit: praestiti non quantum patri praestare debui sed quantum vetanti subripere potui.

Blandvs colore diverso: venit subito deformis squalore, lacrimis. o graves, Fortuna, vices tuae! ille dives modo, superbus, rogavit alimenta, rogavit filium suum, rogavit abdicatum suum. interrogas, quam diu ro- (25) gaverit? ne di istud nefas patiantur, ut diu rogaverit; diutius tamen quam tu. Quaeritis, quid fecerim? quod solebam.

2 putavit **AB** | vetares *dett.* veterem **AB** vetarem *ex* veterem **V** | ali τ alii **AB** ali i *corr. in* ali a **V** | fratrem eo τ -re meo α || 4 Cestius *ed. Ven.* cecius α | contentus] non tentus **AB** | putavit **AB** || 5 hodieque vis *Burs.* hodie quis α hodie quoque vis *dett.* *de vocibus* et hodieque *cf. Plin. nat. VIII 176 al.* | sub hac *scripsi* sua α || 6 praereptum τ -teritum α || 8 adulescentem **AB** *corr.* **B** | quod *Jones, fort. recte* || 9 ⟨se,⟩ sed *Haase* | expectaculum **AB** || 10 mi *bis* **AB** || 12 subiit a **AB** | si tunc] sit hunc *in* si hunc *mut.* **A** | fuissem **D** -sse α *quod in* -sses *mut.* **V** || 13 expectassem **D** -sses α || 15 movit *ter Gron.* -vet *ter* α | casuum *Faber* causa ei **AB** causa et **V** || 16 approbata] aprobate **A** ea probatae *in* ea probata (*ut vid.*) *mut.* **B** | varietas *Faber* veritas α | ante] te **AB** || 17 his fiunt *dubit. scripsi* hae sunt **AB** hi sunt **V** accersunt *Madv.* | alunt] aiunt **AB** || 18 albicius **AB** -ycius *in* -icius *mut.* **V** | summissis *ed. Frob.* summis α || 19 sed] si et **AB** sciit *Burs.* | est *Kiessl., sed coni. ideo adhibetur quod adulescens abdicatus re vera filius non est* | cum] cum in **AB** || 20 mec **AB** || 21 et *om.* **A** | praestati **B** | debui sed] debuisset **A** debuis sed **B** || 24 vices *Gron.* vires α | tuas *Gron., sed cf. ThLL 9, 5, 53 sqq.* || 26 ne *ed. Frob.* nec α | ut *om.* **AB** || 27 fecerim? quod solebam *Schult.* fecerit quod (quid **V**) solebat α

SILO POMPEIVS hoc colore: movit, inquit, me quod nihil suo iure, nihil 18
pro potestate, quod tamquam patruus accessit. ego vero non expectavi verba, non preces: complexus sum et osculatus sum patrem. dedi alimenta: hoc unum crudeliter feci, quod dixi fratrem dedisse: non alere sed
5 exprobrare visus sum.

TRIARIVS hoc colore: timui, inquit, si non aluissem, ne abdicarer a patre; sciebam, quomodo illi placuissem.

ARGENTARIVS hoc colore: accessit, inquit, ad me pater obrutus sordibus, tremens deficientibus membris; rogavit alimenta: interrogo vos,
10 iudices, quid me sic facere oporteat – nam istum non interrogo: scit, quid facturus sim. Non patiar, ut alteri patri faciam iniuriam, alteri invidiam. Cum vetuisset me alimenta praestare, si qua est fides, non putavi illum ex animo vetare: lenocinatur, inquam, gloriae meae, ut videar patrem etiam prohibitus aluisse.

15 MARVLLVS novo colore egit: cecidit in pedes meos senex squalidus bar- 19
ba capilloque: novit, inquam, nescio qui iste misericordiam meam. adlevavi, cum ignorarem quis esset; vultis repellam, quod pater est?

CESTIVS hoc colore: haec mecum cogitavi: patrem meum egentem videt frater; non miseretur, non praestat alimenta; hoc est, inquam, non
20 vult eripere filio officium, scit in hac fortuna meorum has iam meas esse partes. Hoc scilicet peccavi, quod non ultro ad patrem accessi; sed aiebam: nolo huic quicquam amplius praestare quam illi praestiti: non expectavi, donec patruus ad me veniret? et nunc expectabo. Venit ad me pater; quid habui facere? perducere illum ad patruum? non feci. merito
25 irascitur: potuit enim, si aluisset, levare quidem fortunam fratris sed causam adgravare.

BVTEONIS colorem non probabat Latro: praestitisse se dixit exiguum, 20
tantum quo spiritum posset producere, et cum descripsisset pallorem eius ac maciem, adiecit: apparet illum ab inimicis ali. hunc colorem cum im-
30 probaret LATRO, hac sententia usus est: non est, inquit, abdicato quicquam ex gloria criminis sui detrahendum.

1 movit *Haase* -vet *α* || **2** potestate] positate **AB** | expectavi *τ* expiavi *α* || **3** et] sed **V** || **5** exprobare **AB** || **8** accescit **AB** || **10** quid me sic (sic *fere* = *cum ita sit*) *scripsi* (quid me *iam τ*) quidem haec si **AB** haec quidem si **V** quid me, haec si ⟨fiant⟩ *Madv.* || **11** quid *dett.* quod *α* | non patiar *τ* nam patrem *α* num patiar *Otto* || **15** marillus *α* | nova **B** || **16** novit *Wachsmuth* movit *α* | qui iste] quiste *α* quis iste *Watt, fort. recte* | misericordiam meam *edd.* -ia mea *α* || **17** ignorem **AB** || **18** pater meus **AB** pater meus ⟨eget⟩ *Gertz* || **19.20** non vult *Gron.* non vitii **AB** novitii **V** novi vitii V^2 || **20** praeripere *Gron.*, *cf. p. 14, 6* | in hac *Burs.* inquam **A** in hanc **BV** | fortuna eorum **V** -am meorum V^2 || **21** scilicet peccavi *scripsi* (peccavi *iam ed. Frob.*) speculavi *α* | sed] se **AB** || **22** huic *Kiessl.* ū **A** *om.* **BV** | quīcquam **A** || **24** patruum] patrem **AB** | meritu **B** || **27** se *om.* **B** || **29** adiciet **AB** || **30** quicquam *τ* cuiquam *α*

HISPANVS hunc colorem venustius, nam et miserationi eius, qui non benignissime alitur, adiecit aliquid et pietati suae nihil detraxit: quomodo autem, inquit, illum alo? exiguos furtive cibos mitto et si quid de mensa mea detrahere potui, famelico seni porrigo. non credis, qui scis, quomodo te aluerim? 5

21 Colorem ex altera parte, quae durior est, LATRO aiebat hunc sequendum, ut gravissimarum iniuriarum inexorabilia et ardentia induceremus odia Thyes⟨teo⟩ more: aiebat patrem non irasci tantum debere sed furere. ipse ⟨in⟩ declamatione usus est summis clamoribus illo versu tragico: cur fugis fratrem? scit ipse. 10

Hunc colorem secutus SYRIACVS VALLIVS durum sensum videbatur non dure posuisse in narratione sic: infelicissimam ambo et tristissimam egimus vitam, excepto quod alter alterum egentem vidimus. aeque efficaciter odium videbatur expressisse fraternum hac sententia: vos, iudices, E ⌜audite, quam valde eguerim: fratrem rogavi!⌝ 15

22 E Hanc partem memini ⌜apud Cestium declamari ab ALFIO FLAVO⌝, ad E quem audiendum me fama perduxerat. qui cum ⌜praetextatus⌝ esset, tantae opinionis fuit, ut populo Romano puer eloquentia notus esset. semper de illius ingenio Cestius et praedicavit et timuit: aiebat tam immature magnum ingenium non esse vitale. sed tanto concursu hominum 20 audiebatur, ut raro auderet post illum Cestius dicere. ipse omnia mala faciebat ingenio suo, naturalis tamen illa vis eminebat, quae post multos annos iam et desidia obruta et carminibus enervata vigorem tamen suum E tenuit. ⌜semper autem commendabat eloquentiam eius aliqua res extra eloquentiam: in puero lenocinium erat ingenii aetas⌝, in iuvene desidia. 25

23 hic cum declamaret partem abdicantis, hanc summis clamoribus dixit E sententiam: ⌜quis es tu, qui de facto patrum sententiam feras?⌝ 'ille E tunc peccavit; tu nunc peccas.' ⌜ad te arbitrum odia nostra non mittimus: iudices habemus deos.⌝ et illam sententiam: audimus fratrum fabulosa certamina et incredibilia, nisi nos fuissemus; impias epulas, detestabili parricidio fugatum diem: hoc uno modo iste frater a fratre ali meruit. 30 quam innocenter me contra parricidium vindico! filium illi suum reddo.

1 huunc **A** | eus **A** | non *om.* **V** *del.* **A**² || 2 benignussime (*fort. ex* -issume) **AB** | pietatis *a. c.* **V** | detrahit **AB** || 3–4 ⟨de⟩ demenso meo *Faber coll. Ter. Phorm. 43* || 4 qui τ quia α || 6 colore **A** | Latro *Faber* ultro α || 7 exorabilia **B** || 8 tiesteo **V**² ties α | irascit **AB** || 9 in *suppl. ed. Schott.* in *pro* ipse *edd. vett.* | clamaribus **A** || 11 durum *del.* **A**² || 12 durum **A** || 12–13 *cf. p. 12, 7–9* || 14 odium *bis* **A** *corr.* **A**² | fraternum *Schott* paternum α | haec **A** || 15 fratrem **E** *dett.* patrem α || 16 partem] patrem **AB** | ad] at **B** || 19 de illius de *a. c.* **A** | aciebat **B** | inmatura (e *supra*) **B** -rae **A** || 21 ipse *ed. Frob.* ipsa α || 23 iam et *Burs.* tam et **AB** tametsi **V** || 25 ingenii **E** -ium α || 26 abdicantis *ed. Rom.* abdicati α || 27 sententia **A** | patrem *a. c.* **B** | sentiam **V** *corr.* **V**² || 27–28 ille – peccas *filio recte trib. Sh. Bailey* || 28 tu unnc] tunc **AB** | at **AB** | arbitrum] arbitriudi **AB** || 29 haberemus **V**² || 30 impia **AB** || 31 fugatum *Wb.* futurum α fugiturum *Watt* || 32 vindico *dett.* -dica α

CESTIVS hunc colorem tam strictum non probavit sed dixit temperan- 24
dum esse, et ipse hoc colore usus est, quem statim a principio induxit:
miratur aliquis, quod, cum duo gravissimam fratris acceperimus iniuriam,
ego et filius, ego solus irascor? non est, quod miretur: iam filio satisfac-
5 tum est. Debuisti, inquit, me rogare, ut ipse praestarem; debuisti illum
ad me perducere; debuisti reconciliationem temptare, non famam pieta-
tis ex nostra captare discordia. Fortasse ego, cum egerem, fratrem ro-
gassem, si tu non fuisses; fortasse ille me rogasset, si tu non fuisses; pot-
erit nobis convenire, si non fuerit in medio quem potius miseri contuma-
10 ces rogent.

HERMAGORAS in hac controversia transit a prooemio in narrationem 25
eleganter, rarissimo quidem genere, ut eadem res transitus esset, senten-
tia esset, schema esset, sed, ut Latroni placebat, schema quod vulnerat,
non quod titillat: ***

15 Ex altera parte transit a prooemio in narrationem GALLIO et ipse per
sententiam sic: quidni filium mihi nolim cum isto communem esse, cum
quo utinam communem nec patrem habuissem?

DIOCLES CARYSTIVS illum sensum a Latinis iactatum dixit brevissime,
rarissimo genere, quod sententias verbis ⟨duobus⟩ consummat (nec enim
20 paucioribus potest): ***

EVCTEMON, levis declamator sed dulcis, dixit nove et amabiliter illum
aeque ab omnibus vexatum sensum, quo reconciliatio fratrum tempta-
tur: ***

⌜SACERDOS CASTA E CASTIS, PVRA E PVRIS SIT. Quaedam virgo a piratis 2 E
25 capta venit; empta a lenone et prostituta est. venientes ad se exorabat
stipem. militem, qui ad se venerat, cum exorare non posset, colluctan-
tem et vim inferentem occidit. accusata et absoluta remissa ad suos est;
petit sacerdotium.⌝

PORCI LATRONIS. ⌜Sacerdos vestra adhuc in lupanari viveret, nisi 1 E
30 hominem occidisset.⌝ Inter barbaros quid passa sit, nescio: quid pati

3 fratris **τ** -rum **α** || 4 iam filio *e. q. s.*] *nempe alimenta accipiendo pater naturalis confitebatur se antea peccasse* || 5 rocare **B** || 6 apietatis *a. c.* **B** || 8 poterit *Schult.* poterati **A** poterat in **B** poterat **V** || 11 Hermagoras **τ** hermacotas **α** | hac controversia *ed. Herv.* hanc controversiam **α** || 12 ut **D** et **α** | res *scripsi* re **α** ⟨in⟩ eadem re *edd.* || 13 scema *bis* **AB** | vulnerat *Burs.* vulnere **α** (*in* vulneret *mut.* **V**) || 14 titillat *Burs.* titubat **α** titubet *dett.* || 15 Gallio *ed. Rom.* caleo **α** | per *ed. Frob.* ter **α** || 16 sic] si **A** || 18 caristius **α** || 19 quods **A** | duobus *suppl. Haase* (quo ⟨duobus⟩ sententia), *transposui* | consummat *Burs.* -sumatur **AB** -summatur **V** || 19—20 nec — potest *om.* **A** || 20 potest **τ** potesta **BV** || 21 euctemonie visae clamator **α** (levis *scr.* **τ** *et* lenis *mg. add.*) | amabliter **A** || 22 temptantur **B** || 24 pura e] pure **AB** || 25 tempta **A** | a] ad **V** | lenone **E τ** -nes **α** || 27 et remissa **E** || 28 sacerdotum **AB** || 29 sacerdus **B**

potuerit, scio. Sacerdoti ne purus quidem contigit dominus. Absint ex
hoc foro lenones, absint meretrices, ne quid parum sanctum occurrat,
dum sacerdos legitur. Si nihil aliud, certe osculatus est te quisquis plura
imputavit. O egregium pudicitiae patrocinium: 'militem occidi'; at her-
cule lenonem non occidisti. Deducta es in lupanar, accepisti locum, pre- 5
tium constitutum est, titulus inscriptus est: hactenus in te inquiri pot-
est; cetera nescio. quid in cellulam me et obscaenum lectulum vocas? de
pudicitia sacerdotis hic quaeritur. 'Nemo' inquit 'mihi virginitatem eri-
puit'; sed omnes quasi erepturi venerunt, sed omnes quasi eripuissent
E recesserunt. ⌜Quo mihi sacerdotem, cuius precaria est castitas?⌝ Cum ex 10
illo lupanari cruenta fugeres, si qua tibi occurrisset *** Si mater tua
prostitisset, tibi noceret; propter te liberis tuis sacerdotium non dare⟨tur⟩.

2 Fvlvi Sparsi. Quid inclusa feceris, nec quaerere debemus nec scire
possumus.

Corneli Hispani. Occidisti hominem; quid respondes? 'vim adferebat 15
mihi.' etiam, puto. Sacerdoti pro libertate vota facienda sunt: captivae
mandabi⟨ti⟩s? pro pudicitia vota facienda sunt: prostitutae mandabitis?
E pro militibus vota facienda sunt: isti mandabitis? ⌜Id enim deerat, ut
templa recipiant quas aut carcer aut lupanar eiecit.⌝

Marvlli. Vt sciamus illam apud lenonem fuisse, blanda est; ut scia- 20
mus apud piratas, cruenta est. 'Nemo' inquit 'me attigit'; da mihi le-
nonis rationes: captura conveniet. Age si quis venit pertinax? age si
quis hoc ipsum concupit, quod virgo eras? age si quis, ne negare posses,
ferrum attulit?

3 P. Vinici. Eam sacerdotem facite, quae aut honeste maneat quod 25
semper fuit, aut poenam sentiat, si esse desierit. Cuius audaciae es, puella!
etiamsi nos nobis non timeremus, tu tibi metuere deberes. aliter deorum
numini subiecta uniuscuiusque conscientia est, aliter nostrae aestima-
tioni: nos tantum quae palam feceras vidimus, illi etiam quae secreta
E sunt. ⌜Indignam te sacerdotio dicerem, si transisses per lupanar.⌝ Prae- 30

2 adsint **AB** | sancti *Novák docens in Sen. gen. semper cum pron.* quid *coniungi, fort. recte* || **3.4** plura imputavit *scripsi* (*cf. p. 20, 20 sq.*) puram putavit (-bit **V**[2]) *α* impuram putavit *C. F. W. Müll.* || **4** occidi *ed. Rom.* -it *α* || **7** cetera *Haase* -rum *α* | in *del.* **A**[2] | celūlam **B** | me et *Haase* met **AB** et **V** | obscemum *a. c.* **A** obscentum **B** || **8** puditia **A** | mi **AB** || **9** *verba* erepturi – quasi *om.* **B** || **11** *lac. ind. Schott* ⟨sacerdos, lictor te summovisset⟩ *Haase* || **12** daretur *Faber* dare *α* darem **V**[2] *Burs., fort. recte* || **13** nec scire] nescire **V** *corr.* **V**[2] || **15** occiditi **AB** | qui **B** || **16** mihi] m **A** mi **B** | etiam, puto] *cf. Hagendahl 286 sq.* || **16–17** *verba* captivae – sunt *om.* **A** || **17** mandabitis[1] *dett.* -dabis **BV** || **20** marilli *α* || **21** da mihi *Faber* domi *α* || **23** concupivit **V** | ege **AB** | ne *om. α suppl.* **V** || **24** attulit *Haase* app- *α* || **25** honeste *ed. Rom.* -sta *α* | quod (*sc. casta, virgo*) **V** quam **A** qua **B** || **28** subiectavimus cuiusque **B** subiecta uniusquae **A** | consentia **V** || **29** feceris *Faber* || **30** dicerem **VE** -ere **AB** | *cf. p. 164, 25* || **30**–*p. 19,* **1** praecedentes hanc *in* -cedente hac *mut.* **V**

cedens hanc lictor summovebit? huic praetor via cedet? summum imperium, consules cedent tibi? quaecumque meretrix prostabit, fugiet? Fas sacerdoti non esset ancillam tibi similem habere: te fieri sacerdotem fas erit? nam quod ad sortem pertinet, ne reliquae virgines contamina-
5 rentur, haec segregata est. Castam te putas, quia invita meretrix es? Nuda in litore stetit ad fastidium emptoris: omnes partes corporis et inspectae et contrectatae sunt. vultis auctionis exitum audire? vendit pirata, emit leno, excipitur nihil. eo deducta es, ubi tu aliud nihil honestius facere potuisti quam mori. Impensius stipem rogasti quam sacerdotium rogas.
10 ⌜'Fortuna' inquit 'haec me coegit pati; misereri debent omnes mei.'⌝ E et ego misereor tui, puella, ⌜sed non facimus miserandas sacerdotes. non E est apud nos maximus honor ultimorum malorum solacium.⌝

MENTONIS. Honorem habitum aurium maiestatisque vestrae velim, 4 quod necesse est in hac causa nominare lupanar, lenonem, meretricios
15 quaestus, homicidium. quis credat? inter haec sacerdos quaeritur! at mehercules futurae sacerdoti nihil ex his audiendum erat. Sacerdotis vestrae summa notitia est quod prostitit, summa virtus quod occidit, summa felicitas quod absoluta est. Non potest in ea sperari sacerdos, in qua sperari meretrix potest: aliis oculis virginem leno aestimat, aliis
20 pontifex.

BLANDI. 'Virgo sum,' inquit 'interroga, si dubitas, archipiratam, interroga gladiatorem, an rogatus virginitati pepercerit.' non refello, dum scias clausa esse testibus tuis templa. in auctione nemo voluit liceri, ut enotuit servisse piratis. non videbatur iste virginis vultus, ista constantia
25 et ne armatum quidem timens audacia.

ARELLI FVSCI patris. †neme tue puellam pudicam† es, sed sic te viro 5 lauda, non templo. Meretrix vocata es, in communi loco stetisti, superpositus est cellae tuae titulus, venientem recepisti: cetera, etiamsi in communi loco essem, tamen potius ⟨ne⟩scirem.

30 POMPEI SILONIS. Excipitur meretricium osculis, docetur blanditias et in omnem corporis motum confingitur. avertite aures, petiturae sacerdo-

1 summovebit **ϛ** summovebi **AB** summo videbitur **V** || 2 cedunt **AB** | prostabit *Burs.* -stravit **AB** -strata fuit **V** || 3 te fieri *Burs.* ne fieri **AB** fierine **V** || 4 reliquiae **A** || 5 invita *Burs.* -visa **α** || 6 stitit *a. c.* **A** || 7 contrectatae *dett.* -tracte **AB** -trate **V** -tractate **V**² | auctionis *Faber* act- **α** | exitium **AB** | emit (*ex* empti) **V** empti **A** emti **B** || 11 tui *Schott* tibi **α** | miserendas **A** || 12 maximos *a. c.* **B** || 13 magestatisque **A** || 15 at] ac **B** *et fort.* **A** || 16 audiendus **AB** || 17 notitia] *cf. p. 21, 6* || 21 arcipiratum **A** || 22 gladiatorem] *cf. p. 21, 27 sq.* || 23 auctione *ed. Herv.* -nem **α** || 24 virgines *a. c.* **A** || 26 Arelli *ed. Frob.* aureli **α** | neme tue (*vel* tuae) **α** ne metuas **D** nempe tu *Kiessl.* | puella pudica **V** | *fort.* nemo ⟨negat⟩ te, puella, pudicam esse | sed] se **V** *corr.* **V**² | sic *dett.* si **α** *cf. p. 21, 5* || 27 templa **α** *corr.* **V** | est **AB** | superposutus **AB** || 29 nescirem *Novák* scirem **α** silerem *Burs.* || 30 oculis **A** || 31 confingitur *dett.* -fringitur **α** | avertite *ed. Rom.* avertit **α** averte **ϛ** | petitura (*ex* -ture) **V**

tium, dum reliqua narro. Nihil ad vos deferam dubium, nihil audietis, nisi quod vicina civitas vidit. Tu sacerdos? quid, si tantum capta, quid, si ⟨tantum⟩ prostituta, quid, si tantum homicida, quid, si tantum rea fuisses?

6 ROMANI HISPONIS. Numquid hoc negas, conluctatam te tamen cum viro, quem in illa volutatione necesse est prius super te fuisse? Aiebat leno merito occisum militem plus ausum quam in prosti⟨tu⟩tam licebat. Exorasti populum? numquid et lenonem, numquid et piratam illum, quem non poteras occidere? 5

ARGENTARI. 'Armatum' inquit 'occidi': quid inermes? gloriatur homicidio eius, quem nescio an sero occiderit. 10

7 E CESTI PII narratio. ⌜Ita domi custodita est, ut rapi posset; ita cara fuit suis, ut rapta non redimeretur; ita raptae pepercere piratae, ut lenoni venderent; sic emit leno, ut prostitueret; sic venientes deprecata est, ut ferro opus esset.⌝ Coniectum in urnam nomen eius non exit sed eiectum est: tempus erat nos sortiri; urna purgata est. Stetisti, puella, in lupanari: iam te ut nemo violaverit, locus ipse violavit. stetisti cum meretricibus, stetisti sic ornata, ut populo placere posses, ea veste quam leno dederat. nomen tuum pependit in fronte, pretia stupri accepisti, et manus, quae dis datura erat sacra, capturas tulit. Cum deprecareris intrantis amplexus, ut alia omnia impetrares, osculo rogasti. Ancillae ex lupanaribus sacerdoti non emuntur. Coram sacerdote obscenis homines abstinent. Non sine causa sacerdoti lictor apparet: occurrent⟨em⟩ 15 20

8 tibi meretricem summovisset. Non est credibile temperasse a libidine piratas omni crudelitate efferatos, quibus omne fas nefasque lusus est, simul terras et maria latrocinantes, quibus in aliena impetus per arma est; iam ipsa fronte crudeles et humano sanguine adsuetos, praeferentes ante se vincula et catenas, gravia captis onera, ɛ stupris removere potuisti, quibus inter tot tanto maiora scelera virginem stuprare innocentia est? sed lupanar excepit: omnis sordida iniuriosaque turba huc influit, 25 30

2 *post* tantum *hab.* **AB** homicida quid si tantum, *corr.* **A**[2] || 3 si[1]] sit **B** | tantum *suppl.* **L** | prosttūta **B** || 6 voluntatione **AB** | super te] supereste (*sed del.*) super te **V** | aiebat *Burs.* adiebat *α* aditiebat **V**[2] at dicebat *Otto* || 7 leno *Schult.* zeno *α* | prostitutam *dett.* -stitam *α* || 8 lenone **B** | piratam *bis* **AB** *corr.* **A**[2] || 10 qui **B** | inermis **V** | homicidia **A** || 12 Pii *dett.* p*α* | custodita **VE** -dia **AB** || 14 venderent **E** -eretur *α* | emit **VE** enim **AB** | prostitueret **E** -uerit *α* || 16 nos *ed. Rom.* non *α* nunc *Haase* | urnam **A** || 17 iam *Haase* (*cf. p. 21, 18*) an *α* | violaverit] via laverit **AB** | violavit] volavit **AB** || 18 qua **B** || 20 datura erat] datur aderat **B** || 21 ut **D**[1] et *α* **D**[2] | et alia omnia ⟨ut⟩ *τ* | osculo *Schott* (*cf. p. 22, 19*) -lum *α* *quo accepto* erogasti *Gertz* || 22 obscenis *ed. Rom.* -ni *α* || 23.24 occurrentem tibi (*sc. si sacerdos fuisses*) *scripsi* occurrent tibi **AB** occurrenti tibi **V** || 27 tam **B** | sanguini *Sander, Novák coll. II 1, 5; 4, 2; III praef. 13, fort. recte* || 28 posuisti **A** || 30 influit] infuit **AB** confluit *C. F. W. Müll., fort. recte*

nec quisquam eo, ut †iudicet†, venit. at omnes favere fabulis tuis, at
omnibus persuasum est? nemo in tanta euntium redeuntiumque turba
inventus est, qui fortunae tuae vellet inludere? Ergo tu, cum tam in-
nocens quam dicis vixeris, ista passa es ⟨et⟩ credis deos esse? 'nihil' in-
5 quit 'passa sum': hoc satis est nupturae, sacerdoti parum. Vbi adhuc
fuisti? discede, ignota es; discede, ⟨immo⟩ nimium nota es.

P. Asprenatis. Contradico non ⟨odio, non⟩ inimicitiis [cuiquam] 9
impulsus. quod enim odium, quae inimicitiae cuiquam ⟨cum ea⟩ esse
possunt, quam nemo civium suorum norat, antequam prostitit? ⌜movet E
10 me respectus omnium virginum⌝, de quibus gravis hodie fertur sententia,
⌜si in civitate nulla inveniri potest neque meretrice castior neque homi-
cida purior.⌝ Piratae te inviolatam servaverunt? a sacerdote se non absti-
nuisset pirata, leno, mango. de sacerdotis pudicitia his sponsoribus cre-
dendum est? iacuisti in piratico myoparone, contrecta⟨ta⟩ es alicuius
15 manu, alicuius osculo, alicuius amplexu. an melius pirata servavit quam
pater? Conversata es cruentis et humano sanguine delibutis; inde est
profecto, quod potes hominem occidere. Proclama ingenuam esse te: 10
quid expectas, dum in lupanar veneris? iam tibi omnia templa prae-
clusa sunt. Conservarum osculis inquinatur, inter ebriorum convivarum
20 iocos iactatur modo in puerilem, modo in muliebrem habitum composita;
istinc ne patri quidem redimenda est. ⌜Nulla satis pudica est, de qua E
quaeritur.⌝ Non legerem te sacerdotem, etiamsi sacerdoti servisses. Vir-
ginem esse sacerdotem nostram cui credimus? meretrici, lenoni, piratis;
haec enim testium summa est. Castigationem [ex] pontificis maximi
25 meruerat sacerdos, si te e lupanari redemisset. Convenit omnis libidino-
sorum turba et concurrit ad meretricem novam. Illud certe fateberis:
pudicitia tua precaria est. Tot intraverunt cellam tuam gladiatores, tot
⟨petulantes⟩ iuvenes, tot ebrii; et omnes ante militem inermes? Ego illam

1 nec *dett.* ne *α* | iudicet] pudicas vindicet *Otto* | at (*bis*) *ed. Rom.* aut (*bis*) *α* | favere *ed. Herv.* cavere *α* || **4** et *suppl. Castiglioni* || **5** ubi **D** ibi *α* || **6** immo *hoc loco supplevi; ante* discede^2 *suppl. Gertz* || **7** pasprenatis *α* | odio non *suppl. et* cuiquam (cuiusquam **V**, *e l. 8 ortum*) *del. v. Winterfeld* | inimiticus (-ciis A^2) **A** in miti cus **B** || **8** cum ea *ante* cuiquam *suppl. Madv., transposui* || **9** quam] quem **AB** || **13** sacerdote **AB** | credendu **A** || **14** piratico myoparone *Haase* pirate (-ta **A**) comyoparone (co- *del.* **V**) *α* | contrectata *dett.* -trecta *α* || **16** es] est **AB** | cruentis (*ex* caventis, *ut vid.*) **A** *et coni. τ* caventis **BV** | indest **B** || **17** potest *a. c.* **V** || **18** dum *Sh. Bailey* cum *α* | praeclusa **L** proclusa (-clausa **A**) *α* || **19** osculis *Faber* oculis *α* || **20** iocos *dett.* locos *α* | modo in puerilem *om.* **V** *suppl. mg.* V^2 | mulierum **A** | habitum *dett.* ab- *α* || **21** istinc V^2 stinc *α* | est^1 *Gertz* es *α* || **22** *fort. vel hic vel paulo ante rhetoris nomen excidit, cum hoc loco eadem fere dicantur quae l. 13sq. legimus* || **23** nostra **A** || **24** ex *del. Burs.* || **25** si te e] sit e **AB** | libidinosurum **AB** || **26** fatebaris **AB** || **28** petulantes *supplevi* | ebrii et] ebriet **B**

dico prostitisse, illa se dicit etiam mendicasse. Pudicitiam sacerdotis meae etiam carnifici debeo.

11 IVNI GALLIONIS. Ambitiosa lex est: ad sacerdotium non ullas ⟨nisi integrae⟩ non sanctitatis tantum sed felicitatis admittit; inquirit in maiores, in corpus, in vitam: vide, quemadmodum tam morosae legi satisfacias. Capta es a piratis: inter sicarios, inter homicidas in illis myoparonis angustiis posita es. viderimus, quid in te audere potuerit feritas hostium, libido barbarorum, licentia dominorum. Certum habeo, iudices, cum hanc feritatem barbarorum audiatis, favetis illi, ut quam primum mutet servitutem ⟨sacerdotio⟩. Sic istam servaverunt piratae, quemadmodum qui lenoni essent vendituri. *** stare in illo ordine, ex eadem vesci mensa, in eo loco vivere, in quo etiamsi non patiaris stuprum, vi-

12 deas. Aliquis fortasse inventus est, quem hoc ipsum inritaret, quod rogabas. Ipse autem leno pepercit? ignoramus istos, quibus vel hoc in eiusmodi quaestu praecipue placet, quod illibatam virginitatem decerpunt? servavit te leno, quam prostiturus erat in libidinem populi? ita

E est: sic leno tamquam nos: 'castam [tam] e castis'. ⌜'Omnes' inquit 'exorabam': si quis dubitabat, an meretrix esset, audiat, quam blanda sit.⌝ Haesisti in complexu: osculo pacta es; ut felicissima fueris, pro pudicitia impudice rogasti. Quid faciam mulieri in⟨ter⟩ crimina sua delitescenti? cum dico: 'vim passa es', 'occidi' inquit; cum dico: 'hominem occidisti', 'inferebat' inquit 'vim mihi': sacerdos nostra stuprum homicidio, homicidium stupro defendit.

13 Divisio. LATRO in has quaestiones divisit: an per legem fieri sacerdos non possit; etiamsi lex illi non obstat, ⟨an⟩ tamen sacerdotio indigna sit. an lege prohibeatur, in haec duo divisit: an casta sit, an pura sit. an casta sit, in haec divisit: utrum castitas tantum ad virginitatem referatur an ad omnium turpium et obscenarum rerum aestimationem: puta enim virginem quidem esse te sed contrectatam oculis omnium; etiamsi citra stuprum, cum viris tamen volutatam: es casta talis, qualis videri potest cui lex nocere vult matrem quoque incestam? etiamsi ad virginitatem

2 meae] me **AB** || 3 non ullas *Haase* nonnullas α [non] nullas *Thomas* || 3.4 nisi integrae *suppl. Haase* || 4 admittit *dett.* -mitti α || 5 vide *dett.* videre α videris *Burs.* | morasae *a. c.* **A** || 6 sicarios *scripsi* servos α | me oparonis **AB** mioparonis **V** || 7 posita *scripsi* spatita α spatiata *vulg.* | videbimus *Gron.* | audere **V**² -ire α || 8 libidino *a. c.* **B** || 9 fabetis **AB** || 10 sacerdotio *suppl. Gertz* || 11 qui *om.* **V** *suppl.* **V**² quam *Gertz* | *lac. ind. Schult.* || 12 vesti **AB** || 15 inlibata **B** || 16 prostiturus **V**² -stituris **AV** -stituturis **B** | eras **AB** | ita] ista **A** || 17 tam *del. dett.* | e] me **A** | inquit **E** inqua **AB** inquam **V** || 18 exorabam *Müll.* -bamus (*ex* -amus **A**) α -oravi **E** τ | dubitabat **E** -itat α || 19 haesisti **V**² haesit α || 20 inter *Novák* in α intra *Gron.* | delitescenti *dett.* -tiscenti α || 22 mi **AB** | stuprum] stipum **B** | homicidio] -dia *a. c.* **A** || 25 an *suppl. Burs.* || 26 an[1]] hac **AB** || 29 osculis τ, *edd.* | citra *dett.* utra α || 30 volutatam *Faber* voluntate α volutata τ || 31 incestum **AB**

tantum refertur castitas, an haec virgo sit. aiebat Apollodoreis quidem 14
placere fixa esse themata et tuta, sed hic non repugnare controversiam
huic suspicioni; non enim ponit ut adhuc virginem, et multa sunt, propter
quae credibile sit non esse. illud adiciebat: denique, etiamsi non effecero,
5 ut credant iudices non esse virginem, consequar tamen, ut non putent
dignam sacerdotio, de qua dubitari potest, an virgo sit. an pura sit, in
haec divisit: an, etiamsi merito occidit hominem, pura tamen non sit
homicidio coinquinata; deinde, an merito occiderit hominem innocentem,
uti corpore prostituto volentem: absoluta est; ostendit non puram se esse
10 sed tutam. an idonea sit, in tractationes quas quisque vult dividit: an
idonea sit tam infelix, ut caperetur, ut veniret, ut lenoni potissimum, ut
prostitueretur, ⟨ut⟩ occidere hominem cogeretur, ut causam diceret.

CESTIVS etiam altius petit et obiecit, quod tam vilis suis fuisset, ut 15
non redimeretur.

15 SILO POMPEIVS dum praeceptum sequitur, quo iubemur, ut, quotiens
possumus, de omnibus legis verbis controversiam faciamus, illam quae-
stionem movit: 'casta e castis': lex, inquit, 'e castis' cum dicit, hoc non
tantum ad parentes refert sed ad omnes, quibus conversata est virgo; non
enim adicit 'e castis parentibus', sed 'e castis' cum dicit, vult illos, a quibus
20 venit virgo, castos esse. intellego, inquit, sub hoc verbo multa: 'castis'
cum dicit, ⟨intellego castis⟩ penatibus; tu ex incestis venis. intellego
castis disciplinis: tu ex obscenissimis venis; quid enim didicisti? et quae-
cumque hoc loco dici poterant. idem et in illa parte fecit, 'pura e puris'.

HISPO ROMANIVS accusatoria usus pugnacitate negavit puram esse, 16
25 non ad animum hoc referens sed ad corpus: tractavit impuram esse quae
osculum impuris dederit, quae cibum cum impuris ceperit.

ALBVCIVS figura divisit controversiam, dixit enim: ⌜putemus tres E
sacerdotium petere, unam quae capta est, alteram quae prostitit, tertiam
quae hominem occidit: omnibus nego.⌝ et sic causam contra singulas egit.

1 virgo *ed. Herv.* viro α | Apollodoreis *Kiessl., Madv.* pollodorus α Apollodorus *dett.* || 2 esse themata *Burs.* esset hera a **AV** esset h erat **B** || 3 ponit ut *Burs.* ponitur **AB** potitur **V** ponitur a. v. ⟨esse⟩ *Gron.* | virginem *in* -ine *corr.* **V** || 5 putant *a. c.* **A** || 7 occiderit *ex* -dit **B** | pura] puta **V** *corr.* **V**^{2} || 7–8 *verba* pura – hominem *om.* **B** || 9 ostendit **D**^{2} occidit (*e l. 8*) α || 11 tamen **AB** | ut^3 *om.* **V** || 12 ut *suppl. Burs.* | causam diceret *Schott* causa ediceretur α causa diceretur τ *cf. p. 25, 1* || 13 obiecit *Burs.* -icit α || 15 quoties **AB** || 17 casta e τ caste **A** castae **BV** | e^2 **B** de **AV** || 18 refret **AB** || 19 e^2 *ed. Frob.* de α || 20 multo **AB** || 21 intellego castis *suppl. Schult.* || 23 dicit α *corr.* **V** | pura e] pure **A** || 24 accusatoria *Burs.* -tori α -toris **V**^{2} | pugnacitate *ex* -tem **V** pugnati tamen **A** pugnatitatem **B** || 25 animum *Thomas coll. IV 2* (lex 'integrum' ad animum refert, non ad corpus) eam α caedem *Wachsmuth* animam *Watt* | hoc *dett.* haec α || 27 lbucius **V** | figura *Faber* -ram α | divisit in c. **V** || 28 unum **AB** | prostitit] post tuta **V** prostituta **V**^{2} || 29 occidot *a. c.* **V** | hominibus **A** ƙominibus **B** | sic **BV**^{2} si **AV**

FVSCVS ARELLIVS sic divisit: probabo indignam sacerdotio, primum, etiamsi pudica sit; deinde, quia nescimus, an pudica sit; novissime, quia non sit pudica.

17 E FVSCVS pro puella colorem hunc introduxit: ⌜voluerunt di⌝ immortales in hac puella vires suas ostendere, ut appareret, quam nulla vis humana 5
E divinae resisteret maies⟨tati⟩. putaverunt posse ⌜miraculo esse in captiva libertatem, in prostituta pudicitiam, in accusata innocentiam⌝.

LATRO dixit: aliqua capta felicior fuit, nulla fortior.

MARVLLVS cum descripsisset dignationem puellae magnam fuisse altius quiddam superbiusque vultu ipso praeferentem, hanc adiecit sen- 10 tentiam, quam solebat mirari Latro, immo, ut ipse aiebat, exosculari:
E ⌜narrate sane omnes tamquam ad prostitutam venisse, dum tamquam a sacerdote discesserint.⌝

18 ALBVCIVS dixit: nescio quis feri et violenti animi venit, ipsis credo dis illum impellentibus, ut futurae sacerdotis non violaret castitatem 15 ⟨sed⟩ vindicaret. praedixit illi, abstineret a sacro corpore manum: 'non est, quod audeas laedere pudicitiam, quam homines servant, dii expectant.' ridenti et in perniciem ruenti suam 'en' inquit 'arma, quae nescis te ferre pro pudicitia', et raptum gladium in pectus stupratoris mersit. hoc factum eius ne lateret, iisdem dis immortalibus fuit curae: 20 accusator inventus est, qui pudicitiae eius in foro testimonium redderet. nemo credebat occisum virum a femina, iuvenem a puella, armatum ab inermi; maior res videbatur, quam ut posset credi sine deorum immortalium adiutorio gesta.

19 CESTIVS timuit se in narrationem demittere; sic illam transcucurrit: 25 haec dixit in sacerdote futura maxime debere aestimari, pudicitiam, innocentiam, felicitatem: ⌜quam pudica sit, miles ostendit; quam innocens, iudex; quam felix, reditus.⌝ etiam habemus quandam praerogationem sacerdoti ab ipso numine datam: licet isti obiciant fuisse illam cap-

1 divisiti **A** || **4** dum mortales **A** || **6** divina **A** -nis **V** | maiestati *Thomas* macis **AB** magis **V** || **8** alia qua *a. c.* **B** || **9** marillus *α* | discripsisset **BV** *corr.* **V**[2] || **10** vulto **AB** *corr.* **B** | praeferente *Wachsmuth* | hunc *a. c.* **V** | adiecit *dett.* -icit *α* | sententia **A** || **14** fero **V** | vo͘lenti **A** | animi *Burs.* -mo *α* || **15** ut *ex* in **V** || **16** sed *suppl. ed. Herv.* | vindicaret *scripsi* videret *α* ostenderet *Thomas, Gertz* || **18** ridenti *scripsi* cruenti *α* *del. Kiessl.* furenti *Otto, Castiglioni* | ruenti *Burs.* cruenti *α* | en *Burs.* ne *α* tene *Thomas* mitte *Köhler* (*uterque l. 19* tenere *legens*) haec, inquit arma [quae] *Faber* || **19** te ferre *Gertz* tenere *α* ⟨te⟩ tenere *C. F. W. Müll.* | pudicitiam **A** || **19.20** stupratoris mersit *Gertz* piratae sui torsit **AV** pirataes uictorsit **B** piratae intorsit **B**[2] *neque 'pirata' pro 'stuprator' dici potest neque torquendi verbum hic aptum est* || **21** pudicitiae *Gron.* iudicitii **A** iudicii **BV** || **22** iuuē **A** || **23** maior res *vol.* **B**[2] (maio res) maiores **AB** maiora esse (*et* videbantur) **V** || **25** tumuit **A** | dimittere **A** | sic *ex* si **B** si **A** sed **V** || **26** futurae **A** | aestimari *dett.* -are *α*

tivam, lenoni postea servisse, causam novissime dixisse; ⌜inter tot E
pericula non servassent illam dii nisi sibi.⌝

Argentarivs illud in narratione dixit: accusator in hoc maxime premebat ream: aiebat occisum esse intra verba, antequam vim adferret.

5 **Silo Pompeivs** hac figura narravit: eam vobis sacerdotem promitto, 20
quam incestam nulla facere possit fortuna. potest aliquam servitus cogere: servit et barbaris et piratis, inviolata apud illos mansit. potest aliquam corrumpere prolapsi in vitia saeculi prava consuetudo et iam matronarum vul⟨ga⟩tum in libidine magisterium: pudica permanebit.
10 licet illam ponatis in lupanari; et per hoc illi intactam pudicitiam efferre contigit. fuit in loco turpi, probroso, leno illam prostituit: ⌜populus⌝ ad- E
oravit; nemo non plus ⌜ad servandam pudicitiam contulit quam quod ad violandam attulerat.⌝ multum potest ad certum quoque pudici animi propositum hostis gladio: non succumbet, immo, si opus fuerit, pudici-
15 tiam vindicabit. incredibilem videor in puella rem promittere; iam praestitit: adulescentem misericordis populi beneficium polluere temptantem gladio reppulit. Fuit qui illam accusaret caedis: absoluta est. ne qua posset esse vobis dubitatio, quae ventura ad sacerdotium erat an pura esset, an integra, iam iudicatum est.

20 **Triarivs** dixit: negabat se puella fecisse, negabat illum suis cecidisse 21
manibus: 'altior' inquit 'humana visa est circa me species eminere et puellares lacertos supra virile robur attollere.' quicumque estis, dii immortales, qui pudicitiam ex illo infami loco cum miraculo voluistis emergere, non ingratae puellae opem tulistis: vobis ⌜pudicitiam dedicat, qui- E
25 bus debet⌝.

Alterius partis color nihil habet difficultatis; ⟨ex sententiis⟩ apparet, quas praeposui. dicendum est in puellam vehementer, non sordide nec obscene; sordide, ut **Bassvs Ivlivs**, qui dixit: extra portam hanc virginem! et: ostende istam aeruginosam manum; ⟨ut⟩ **Vibivs Rvfvs**,
30 qui dixit: redolet adhuc fuliginem fornicis; obscene, quemadmodum

2 nisi sibi servata fuisset (*ex* -ent) **V** nisi sibi servaturi fuissent **E** *τ* || 3 narrationem **AB** || 4 rem **A** || 6 aliquam *Wachsmuth* aliquid *α* || 7 serviit **AV** || 8 corrumpere *Schott* -ripere *α* | et iam *Petschenig* etiam *α* || 9 vulgatum *Schott* vultum *α* multum *A. Augustinus, Faber* | puditia **V** || 10 intactam] in te tam **AB** | efferre *dett.* -ferire *α* || 11 *post vocem* turpi *verba* pudicitiam – violandam (*l. 12 sq.*) *sequuntur in* **B** || 13 certum *Opitz, Summers* rectum *α* | pudititianimi **V** || 14 gladius *Gron.* ⟨cum⟩ gladio *Thomas* || 16 pupuli **A** || 17 repulit *α* | illam illi **AB** || 18 posset *ed. Herv.* potest *α* possit *τ* || 20 negabat[1]] necabat **A** *et a. c.* **B** | negabat[2]] necabat *a. c.* **B** || 21 eminare **B** *corr.* **B**[2] || 22 robor **AV** | dii *om.* **A** || 23 infamu **AB** *corr.* **B** | voluisti **A** || 24 ingratia **A** || 26 alterius *dett.* arcius *α* | difficultatis *dett.* diffacultatis (*ex* -tes **A**) *α* | ex sententiis *post* apparet *suppl. Schult., transposui* || 27 praeposui **T** -uit *α* || 28 ut *Burs.* et **AB** *om.* **V** | Bassus Iulius *anon. apud Schottum* bassus illius **AB** basilius **V** | hanc *Burs.* nam *α* istam *τ* || 29 ut *suppl. C. F. W. Müll.* ⟨vel⟩ *Müll.*

MVRREDIVS rhetor, qui dixit: unde scimus, an cum venientibus pro
22 virginitate alio libidinis genere deciderit? hoc genus sensus memini quendam praetorium dicere, cum declamaret controversiam de illa, quae egit cum viro malae tractationis, quod virgo esset, et damnavit; postea petit sacerdotium: novimus, inquit, istam maritorum abstinentiam, qui, 5 etiamsi primam virginibus timidis remisere noctem, vicinis tamen locis ludunt. audiebat illum SCAVRVS, non tantum disertissimus homo sed venustissimus, qui nullius umquam impunitam stultitiam transire passus est: statim Ovidianum illud 'inepta loci', et ille excidit nec ultra dixit.

Hoc autem vitium aiebat Scaurus a Graecis declamatoribus tractum, 10
23 qui nihil et non permiserint sibi et †penetraverunt†. HYBREAS, inquit, cum diceret controversiam de illo, qui tribadas deprehendit et occidit, describere coepit mariti adfectum, in quo non deberet exigi inhonesta inquisitio: *ἐγὼ δ' ἐσκόπησα πρότερον τὸν ἄνδρα, ⟨εἰ⟩ ἐγγεγένηταί τις ἢ προσέρραπται.* †GRANDAVS†, Asianus aeque declamator, cum diceret in 15 eadem controversia: 'non ideo occidi *** adulteros non paterentur', dixit: *εἰ δὲ φηλάρρενα μοιχὸν ἔλαβον;* in hac controversia de sacerdote non minus obscene dixit MVRREDIVS: fortasse, dum repellit libidinem, mani-
E bus excepit. ⌜longe recedendum est ab omni obscenitate et verborum et sensuum; quaedam satius est causae detrimento tacere quam verecun- 20 diae dicere.⌝

VIBIVS RVFVS videbatur cotidianis verbis usus non male dixisse: 'ista sacerdos quantum mihi abstulit!'

3 E ⌜INCESTA SAXO DEICIATVR. Incesti damnata, antequam deiceretur de saxo, invocavit Vestam. deiecta vixit. repetitur ad poenam.⌝ 25

9 *Priap. 3, 7 sq.* quod virgo prima cupido dat nocte marito dum timet alterius vulnus inepta loci

1 murredisus **A** | an] hanc **AB** || 2 virginitate (-tem **V**) te **AV** || 3 contraversiam *a. c.* **V** || 4 quid **V** *corr.* **V²** || 5 novimus *ed. Rom.* noluimur **A** noluimus **BV** || 6 tam **A** || 7 audiebat *dett.* adiebant α | desertissimus **A** diss- **B** || 8 venostissimus **V** || 8.9 passurus est **A** passurus erat *Kiessl.* || 9 illud *dett.* illum α || 10 crecis **AB** || 11 et non] non et *vulg.* | sibi *dett.* tibi α | penetraverunt] impetraverint *Haase, Madv.* || 12 tribadas τ tribus adas α || 13 exigi *ex* -it **V** || 14 ἐγὼ δ'] εγωα **A** esωa **BV** | *ἐσκόπησα Müll.* eZNCOΠNCe (-HCa **V**) **AV** CZNCOΠHCa **B** | *πρότερον Burs.* TIωTePON **AB** TIωPON **V** *πότερον Haase* | TON anapa α | *εἰ suppl. Burs.* | *ἐγγεγένηται Thomas* ΓeΓeNNTaI (sese- **AV**) α *γεγέννηται Burs.* | *ἢ*] M **A** || 15 ΠPOCePPaTITale (-ele **A**) α || 16 non] num *Schott* | *lac. statui* || 17 *εἰ δὲ*] eiae α *ἐγὼ δὲ dubit. Sh. Bailey* | *φηλάρρενα Jahn* *φιλ-* (*φια-* **V**) α | eAAbon α || 20 et *ex* est **V** est **AB** | causae *dett.* caesae α | tacere] facere *Haase* (*sequ.* dicere *non recipiens*) || 21 dicere **E** *om.* α || 22 vivius α || 23 mihi] militi *Schult.* | *lac. susp. Watt. fingit Vibius, ni fallor, virum quendam dixisse se huic puellae capturas dedisse.* sacerdos *ironice pro* meretrix *ponitur* || 24 incesti **E** -ta α || 25 deiacta **A** | vixit **E** *om.* α | penam **V²** -nem α

⟨Porci⟩ Latronis. Hoc expectatis, ut capite demisso verecundia se 1
ipsa, antequam impelleretur, deiecerit? ⌜id enim deerat, ut modestior in E
saxo esset quam in sacrario fuerat.⌝ constitit et circumlatis in frequen-
tiam oculis sanctissimum numen, quasi parum violasset inter altaria[que],
5 coepit in ipso quo vindicabatur violare supplicio: hoc alterum damnatae
incestum fuit. Damnata est, quia incesta erat; deiecta est, quia damnata
erat; repetenda est, quia et incesta et damnata et deiecta est. ⌜Dubitari E
potest, quin usque eo deicienda sit, donec efficiatur propter quod deiecta
est? Patrocinium suum vocat pereundi infelicitatem. Quid tibi, importuna
10 mulier, ⟨im⟩precer, nisi ut ne bis quidem deiecta pereas?⌝ Veniet ad co-
lendum Romani imperii pignus etiamsi non stupro, at certe carnificis
manu incesta? 'Invocavi' inquit 'deos'; statuta in illo saxo deos nomi-
nasti et miraris, si te iterum deici volunt? si nihil aliud, loco incestarum
stetisti.

15 Cesti Pii narratio. Quid agam? ⌜exponam, quando stuprum commise- 2 E
rit, cum quo⌝, quibus consciis? ⌜ista quia probavi, damnata est⌝; quid
postea accessit, quod illam virginem faceret? quod iacuit in carcere,
quod ducta est ad saxum, quod inde proiecta? Ait se innocentem, quia
perire non potuit: ita lex de sacerdote impura in iudicio quaeri voluit,
20 de iudicibus in supplicio? ampliatur a iudicibus in poenam? postulat,
ut, cum contra poenam causa tuta non fuerit, contra causam tuta poena
sit; ⌜non putas legem cavisse, ut perires, quae cavit, quemadmodum E
perires?⌝ Exoremus te, mulier, ut iterum absolvaris? Aut tu sacerdotium
violasti aut hi sacerdotem. ⌜Male de diis existimas, si sacerdoti suae tam E
25 sero succurrunt.⌝ Lata est sententia, pronuntiatum est, damnata es;
interrogo te hoc loco, mulier, responde mihi: sunt dii?

Arelli Fusci patris. Iterum experiamur. quid times propitios deos? 3
'Erat' inquit 'praeruptus locus et immensae altitudinis ⟨tristis aspec-
tus⟩': decebat, ubi incestam lex mori voluit. stat moles abscisa in pro-
30 fundum, frequentibus exasperata saxis, quae aut elidant corpus aut de

1 Porci *suppl. Müll.* | Latronis *om.* **V** *suppl.* **V**^{2} | expectastis (*et deinde* deiceret) *Burs.*, *edd.* | demisso *ed. Frob.* di- *α* || 2 deierit **A** | enim **E** *om.* *α* || 3 circumlatis **V**^{2} -lapis *α* || 4 numen *dett.* nomen *α* | altaria **V**^{2} altariaque (quae **V**) *α* || 5 damnatum **B** || 8 sit **E** es *α* est **V**^{2} || 9 patrocium **A** || 10 imprecer *τ* preceris **AB** preceteris **V** precer **E** | veniet *ed. Herv.* -nit *α* || 11 stupro **V** spro **AB** || 12 invocuui **A** | statuta] statu **AB** | illo saxo **V** illos saxu (statu saxu *a. c.* **B**) **AB** || 13 miraris *ex* mur- (*ut vid.*) **A** || 16 istam **A** || 18 ducta *dett.* dicta *α* || 19 sacerdote impura *Burs.* -dotum iure *α* -dote [m (= in) iure] *Novák credens* in iure *lect. variam vocum* in iudicio *esse coll. VII 1, 22* supplicium quam iudicium, *fort. recte* || 20 amplietur *Schult.* | in poenam] inponam **B** *corr.* **B**^{2} || 22 potas **B** || 24 hi] dii (*ex* hii, *ut vid.*) **V**^{2} | sacerdote *a. c.* **A** || 25 secro *a. c.* **V** | es] est *a. c.* **A** || 26 interrogo te **V**^{2} interrogate **AB** -rogat te **V** || 27 propocius *in* -ios *corr.* **B**^{2} propitius **V** || 28 tristis aspectus *suppl. Konitzer* (*cf. p. 28,2*) || 29 decebat ubi *scripsi* dicebam tibi *α*

integro gravius impellant; inhorrent scopulis enascentibus latera. [et
immensae altitudinis tristis aspectus] electus ⟨is⟩ potissimum locus, ne
damnati saepius deiciantur.
FVLVI SPARSI. A superis deiecta, ab inferis non recepta, in cuius poenam
saxum extruendum est. 5
4 IVLI BASSI. Nihil putaram amplius adici posse audaciae istius, quam
quod in illa rupe Vestam nominaverat; tamen ab ipso supplicio in tem-
plum usque revoluta quidquid secundum deos sanctissimum est contactu
suo polluit et, quam a saxo nusquam reverti fas est nisi ad saxum, quanto
minus quam in templum resiluit! Hoc potius venit, ubi damnatur, quam 10
illo, ubi absolvitur.
ALBVCI SILI. Si quis ⟨ad⟩huc dubitabat de deiecta, veniat et sibi ipse
credat: haec impudentia virginis est? in urbe tam beata cum tot super-
fluant virgines, cum tot principum filiae sint, postulat, ut praeteritis
his potissimum ab inferis eruatis sacerdotem. 'Quare ergo, si incesta sum, 15
vivo?' nescio; hoc unum scio, nec fieri quod non potest nec portentum
esse quod potest. Absit nefas, [et] ut id saxum absolvat, quod tantum
damnatas accipit.
5 ARGENTARI narratio. Paene, iudices, narrare coepi, qualis esset rea;
sed quid efficiam, cum illam incestam probavero? nempe ut de saxo de- 20
icienda videatur; iam visa est. non imitabor istius impudentiam, ut re-
petendo iudicium, quod factum est, improbasse videar. quod exigebatur
probavi, quod iudicastis exsequor.
CORNELI HISPANI. Deos deasque invoco, quos priore iudicio non fru-
stra invocavi: incesta quam tardissime pereat! 'Invocavi' inquit 'nu- 25
mina': quid invocas, mulier? si innocens es, dii non sunt. Videte, quan-
tum sacerdos peccaverit, quae nec absolvi potuit nec mori. Aut tu sacer-
dotium violasti aut nos sacerdotem. Erras, ⟨si⟩ satis ad sacerdotium pu-
tas perire non posse.
6 ROMANI HISPONIS. Ab Tarpeio ad Vestam, cuius vittam carnifex rupit; 30

1–2 et immensae (-sa α) – aspectus *del. Konitzer* || 2 is *suppl. Schult.* | ne *ed. Frob.* ut **AB** *et* (*ex* aut) **V** || 4 sparsiz **V** | superius *a. c.* **V** || 5 xaxum **B** || 6 Iuli *anon. apud Schottum* iouii α | putaram *Gertz, Köhler* (putaveram *iam Kiessl.*) putaeam (-ām **A**) α putabam *dett.* || 7 rupe *Haase, Konitzer* in (*del.* A^2V^2) cruce α | tamen *Watt, ego* enim α ⟨ab ipso⟩ enim τ ⟨at⟩ enim *Kiessl., alii* en *Gertz* || 8 contacta **A** || 9 saxo V^2 xaxo **AB** xaxa **V** || 12 albutius illii **A** albucii sillii **BV** | adhuc *dett.* huc α | et *ex* ut **V** | ipsi **V** || 13 superfluant *Burs.* superuant α superbiant *Madv.* || 14 virgines *dett.* -inem α || 16 hoc] hac **A** | potentum **B** || 17 et *del. Ribbeck* te *Gertz* | quōd **A** || 19 coepi V^2 -que pii α || 21 istius *ex* iustius (*ut vid.*) **A** || 22 videar *dett.* -etur α | exigebatur V^2 -iebatur α || 23 iudicastis V^2 -atis α || 25 numina V^2 nom- α || 26 es *p. c.* **V** est α || 27 Aut tu *e. q. s.*] *cf. p. 27, 23sq.* || 28 violasti – sacerdotium *om.* **A**, *asterisco lac. ind. manus alia* (A^2?) | errat **BV** *corr.* V^2 | si *suppl. ed. Frob.* || 30 Hisponis *ed. Frob.* hispani α | ad Vestam ad (*sed* ad² *del.*) **B** | vittam *p. c.* **V** vitam α

a templo ad saxum, a saxo ad templum: hac pudicae sacerdotis inter supplicia et vota discursus est. Inter superos ⟨inferos⟩que iactata in novam poenam revixisti.

POMPEI SILONIS narratio. Quod ad rerum expositionem pertinet, iudi-
5 ces, non committam, ut ultionem deorum immortalium morer. Incesta saxo deiciatur: lege damnata est, habetis iudicium; deiecta est, habetis exemplum.

VIBI GALLI narratio. Brevis expositio rerum est: adversariam incesti postulavi, accusavi, damnavi, carnifici tradidi. ⟨si⟩ permittis, iam ab rea
10 accusator recedam; eamus ad absolutionem tuam. ⌜Ita dii damnatam malueront absolvere quam sacerdotem?⌝ Sero innocentiam damnata concupisti, vitam deiecta. E

⌜Ex altera parte.⌝ FVLVI SPARSI. ⌜Damnata deiecta est, absoluta descendit.⌝ 7 E

15 ARELLI FVSCI patris. ⌜Putares puellam demitti, non cadere.⌝

CESTI PII. Nullam habebat gratiam, in templo vixerat; itaque tantum deos invocabat. ⌜Lex sacerdotem non usque ad saxum differret, nisi expectaret deorum sententiam.⌝ E

CORNELIVS HISPANVS descripsit ⌜altitudinem montis etiam secure de-
20 spicientibus horrendam⌝ et adiecit: carnifex quoque recedens impellit. Nihil fecit tamquam rea; contumax est innocentia. turpe putabat sacerdos rogare nisi deos. E

MARVLLI. Mirandum est, si oppressa est virgo sine gratia? cuius enim genibus submisit manus, quem deprecata est, quae tarde rogavit etiam
25 deos?

Divisio. LATRO ⟨in⟩ has quaestiones divisit: Vtrum lex de incesta tantum sit, vel quae deiciat⟨ur⟩ nec pereat, an etiam damnata, si innocens post damnationem apparuit, deici [non] debeat. an haec innocens sit. an haec deorum adiutorio servata sit. 8

30 CESTIVS et illa subiunxit huic ultimae quaestioni: an dii immortales rerum humanarum curam agant. etiamsi agunt, an singulorum agant. si singulorum agunt, an huius egerint. impro⟨ba⟩bat ALBVCIVM, quod haec

1 templum] templo *a. c.* **A** || 2 superos inferosque **V**^{2} *dett.* superosque *α* || 4 rurum **A** || 5 morer *dett.* (morer. bis) moribus **AV**^{2} morebus **BV** morer verbis *Haupt* | incesta **V**^{2} incosta **AV** -consta **B** || 6 est^2 **V**^{2} es *α* || 9 si *supplevi* | permittitis *dett.* || 10 recedam eamus *dett.* recedo eamus **A** recedeamus **B** recedaeamus **V** || 11 maluerunt **E** *om. α* || 13 Fulvi *Burs.* fili *α* | absolva *a. c.* **V** || 15 demitti **E** (*cf. adnot. ad p. 61, 31* di- *α* | cadere (-rei **B**)] deici **E** || 16 Cesti Pii] corripii (*haud scio an ex p. 30, 27*) **A** | nulla **A** | vixerat *Faber* dix- *α* || 17 sacerdotum **A** | differet **V** *corr.* **V**^{2} || 19 cornelii hispani *α corr.* **L** || 23 marylli **BV** marilli **A** || 26 in *suppl. dett.* | de *ed. Herv.* ex *α* || 27 deiciatur **V**^{2} -iat *α* || 28 non *del. Schott* || 30 illas *τ*, *edd.;* illa *def. Hoffa* || 31 humarum **A** | agant^1 **V**^{2} -ent *α* | agant^2 *in* -unt *mut.* **B** || 31–32 si singulorum agunt *om.* **B** || 32 an huius **V**^{2} **D** tanius *α* | improbabat *ed. Herv.* -probat *α* | albutium **B**

non tamquam particulas incurrentes in quaestionem tractasset sed tamquam problemata philosophumena.

FVSCVS ARELLIVS pater sic divisit: utrum incestae poena sit deici an perire. utrum providentia deorum an casu servata sit. si voluntate deorum servata est, an in hoc, ut crudelius periret. 5

9 Hic color fere sententiis, quas praeposui, permixtus est; quid tamen CESTIVS senserit, indicabo: contra sacerdotem qui⟨dam⟩ dixerunt videri deos infestos illi, in hoc eam servasse, ut diutius torqueretur; aiebat Cestius malle se casu videri factum quam deorum voluntate; nam si semel illos intervenire huic rei fatemur, manifestius erit ⟨a⟩ poena ser- 10 vatam ⟨es⟩se sacerdotem quam in poenam. itaque non probabat illud TRIARI: remissam tibi poenam putas? ampliata es. ea ipsa, inquit, ampliatio, quae apud iudices fieri solet, ex qua verbum in sententiam petitum est, non est damnantis sed dubitantis.

10 Declamaverat apud illum hanc ipsam controversiam VARVS QVINTI- 15 ⟨LI⟩VS, tunc Germanici gener, ut praetextatus; cum descripsisset circumstantium ⟨indignationem⟩, quod tam cito oculis poena subduceretur, dixit: exaudierunt dii immortales publici[um] voti preces: incestam, ne cito supplicium transcurreret, revocaverunt. CESTIVS multa contumeliose dixit in istam sententiam: sic, inquit, quomodo quadrigas, revocaverunt? 20 nam et ante posuisti ⟨istam⟩ similitudinem, quia et haec de carcere exierat. cum multa dixisset, novissime adiecit rem, quam omnes improbavimus: 'ista neglegentia pater tuus exercitum perdidit.' filium obiurgabat, patri male dixit.

11 PASTOR AIETIVS hanc controversiam apud Cestium dixit iam senator, et 25 hunc colorem optimum putavit: sic veneficiis corpus induruit, ut saxa reverberet. multum CESTIVS hunc corripuit et dixit: hoc est, quare ego

2 filosofumena **A** *et p. c.* **V** filioso fumena **B** *et a. c.* **V** filosofomena **V**^{2} ‖ 3–4 incestae – utrum *om.* **A**, *asterisco lac. ind. alia manus* (**A**^{2}*?*) | an perire **V**^{2} apariare **BV** ‖ 4 voluntate deorum **V**^{2} -tates servorum α ‖ 6 praeposui **V**^{2} -potui α ‖ 7 indicabo *dett.* iud- α | quidam *Schult. quod dubit. accepi* qui α ‖ 8 infesto **A** | torqueretur *dett.* loqueretur α | aiebat **V**^{2} ag- α ‖ 10 intervenire *dett.* -iret α | a poena *scripsi* poenam α ⟨contra⟩ p. *Gertz* ‖ 11 esse **D** se α | itaque *Burs.* aptaque α | illud *Faber* illum α ‖ 12 es *Madv.* (*cf. p. 27, 20*) est α | ea *Jahn* et α ‖ 13 ex *Burs.* ea α | quae **A** | sentiam **AB** ‖ 15 Quintilius *ed. Herv.* quintius α ‖ 16 circumstantium τ -ntem α ‖ 17 indignationem *suppl. Kiessl.* | poena *dett.* -nam α ‖ 18 publici *Burs.* publicium (puppl- **V**) α publica vota ⟨et⟩ *Müll.* ‖ 19 transcucurreret **BV** | multa **L** -to α ‖ 20 istam *Schult.* ipsam α ‖ 21 posuit *dett.* | istam *suppl. Müll.* ‖ 23 ista *dett.* sista **AB** si ista **V** | neglegentii **B** ‖ 25 aiecius **AV** *corruptum susp. Gertz* | dixit *post* senator *habet* **V** ‖ 26 veneficiis *dett.* bene- α ‖ 27 reverberaret **D** reverberent *Gertz* | inultum τ, *Konitzer, sed* multum *def. Opitz et Novák coll. VII 1, 14; 3, 5 al.* | hunc *Faber* hanc α | ego *dett.* ergo α ergo quare *Haase*

auditores meos vetem ad alios audiendos ire. haec mala mihi facit ille, qui aut athleta aut phthisicus est. dicebat autem in ALBVCIVM, qui illis diebus dixerat in hac controversia 'durius saxo'; et in BASSVM IVLIVM multa, qui dixerat 'virgo desultrix'.

5 OTHONEM IVNIVM patrem memini colorem [in]stultum inducere, quod ⟨eo⟩ minus ferendum est, quod libros colorum edidit: 'fortasse' inquit 'poenae se praeparavit, et, ex quo peccare coepit, cadere condidicit.'

SILO POMPEIVS hunc colorem temptavit: praestatur, inquit, quaedam 12
10 ⟨et dam⟩natis sacerdotibus verecundia: erubuimus quicquam ex damnatae veste detrahere.

HISPANVS dixit: ita putaveras una te poena posse defungi, cum in saxo deos nominasses?

TRIARIVS indignantium voces descripsit et dicentium: quia non potes
15 bis mori, ⟨semel morere!⟩

MARVLLVS dixit: constituta in saxo invocavit deos; publica indignatio exorta est: 'audet ista nominare deos, audet hoc loco! quid autem habet iam, quod illos roget, nisi bonam mortem?'

DIOCLES CARYSTIVS dixit: *καταπήδα καὶ δεύτερον καὶ τρίτον καὶ*
20 *μέχρι ἂν οὗ πέσῃς ἐφ' ὃ βέβλησαι.*

⌜ADVLTERVM CVM ADVLTERA QVI DEPRENDERIT, DVM VTRVMQVE COR- 4 E
PVS INTERFICIAT, SINE FRAVDE SIT. LICEAT ADVLTERIVM IN MATRE ET FILIO VINDICARE. Vir fortis in bello manus perdidit. deprendit adulterum cum uxore, ex qua filium adulescentem habebat, imperavit filio, ut occi-
25 deret: non occidit, adulter effugit. abdicat filium.⌝

1 vetem *scripsi* mutem α invitem *dett., edd.* | mala *scripsi* male α | ille *i. Albucius, ut mox dicit ipse Seneca* || 2 athleta *ed. Rom.* antcleta (ancl- **B**) α | phthisicus *Haase, Burs.* pthuicus α | albutium **AB** || 3 durius *ed. Frob.* duris α || 4 desultrix *Gertz* desub (desulb **A**) saxo α || 5 Othonem *ed. Herv.* obtonium **AV** ohtonium **B** | memi **A** | stultum *Haase, Burs.* instultum α insulsum *dett.* || 5–6 quod ⟨eo⟩ minus *C. F. W. Müll., Thomas* quominus α quod minus **D** || 6 libros colorum] libero so olorum **A** libros oolorum **B** libro so olorum **V** *corr.* **V** *vel* **V**[2] || 7 cepit **A** | condidicet **V** || 10 et damnatis] et *suppl. Haase,* dam- *suppl. ed. Herv.* natis α | verecundia erubuimus *dett.* -cundi derub- α || 14 descripsit et *dett.* descripsisset α || 15 bis *Madv.* vis α | semel morere *supplevi* || 16 marillus α | constituta in *dubit. scripsi* **D** (constituta) *secutus* constiti non α constitit in *Burs., fort. recte* || 19 caristius α | *καταπήδα Wb.* hlaaT UAA **A** halaaПIAA (П≡AA **B**) **BV** *καὶ ἅπαξ Burs.* | kaloeγtepon α || 19–20 *καὶ τρίτον καὶ μέχρι ἂν οὗ Burs.* ait (ant **B**) pIItonit (putonit **A**) ai HeXPaNO (MeXPaNO **V**) α | BEBaHCali α || 21 dependerit **A** -prehenderit **B** | utrumque *p. c.* **V**, utrum α || 22 adulterium *p. c.* **V** adulterum α || 23 deprehendit **V** || 25 occidat *a. c.* **V** | adulteres fugit **A** | abdicat *ex* adicat **V** eadicat **AB**

1 PORCI LATRONIS. Adulteros meos tantum excitavi: me miserum, quamdiu iacuerunt, postquam deprehenderam! Ego te non abdicem? maluissem posse occidere! O acerbam mihi virtutis meae recordationem, o tristem victoriae memoriam! ille onustus modo hostilibus spoliis vir mili-
E taris adulteris meis tantum maledixi; ⌜solus ego ex omnibus maritis nec 5
dimisi adulteros nec occidi.⌝ 'Quid ridetis?' inquam, 'habeo manus!' voca⟨vi⟩ filium. Tu viri fortis filius, qui stringere ferrum non potes? Ne truncus quidem capi potui nisi domi. Vtcumque tamen potui, obluctatus sum et truncum corpus opposui. exierunt adulteri tantum meo sanguine cruenti. 10

CORNELI HISPANI. 'O dignum, cui aut pudica contingat uxor aut impudica, dum armatus est!' Te, res publica, invoco, quae manus meas
E possides. ⌜Quis non putet aut me sine filio fuisse aut filium sine manibus?⌝ .

2 E CESTI PII. ⌜Conceptus est iste — ex quo, sciemus, cum adulteros de- 15
prendero. Numquam putavi futurum salva re publica, ut vir fortis sentiret se manus perdidisse.

MARVLLI. Adulteros meos usque ad limen prosecutus sum. Cucurri miser ad ferrum, quasi manus haberem.

E TRIARI. Deciderunt arma cum manibus. ⌜tunc primum sensi me manus 20
perdidisse.⌝ descriptio pugnantis viri fortis. dii boni, et has aliquis manus derisit?

P. ASPRENATIS. Arcessitus, ut occideret adulteros, venit, ut dimitteret. Ita ego manus etiam pro adulteris perdidi? steti deprehensus ab adulteris meis: patris desertor, matris leno, quem, puto, iam creditis non esse 25
filium viri fortis, tertius in cubiculo derisor stetit.

3 E FVLVI SPARSI. ⌜In bello suas, in domo etiam filii manus perdidit.⌝ Processit in bellum hic unus omnium adulescentis filii vicarius. In acie vicit, domi captus est. monstrat inter spolia viri fortis volutantes adulteros: 'adulescens, venit tempus militiae tuae.' indigna res: deceptus 30
E est; ⌜tam frustra ad filium quam ad gladium cucurrit.⌝ ridebant adulteri truncas viri fortis manus circa sua arma labentis.

1 quamdiu] qucondi **A** || 2 acuerunt **A** | abdicem? maluissem *scripsi* abdicamus uem **AB** abdicem quem **V** || 3 possem **V**² vellem (*pro* (q)uem) posse *Gertz* | o acerbam *dett.* dacerva **AB** dacerba **V** dacerbam **V**² || 4 onustus *dett.* honestus *α* || 6 habeo] non habeo **V**² || 7 vocavi *Kiessl.* voca *α* | qui *p. c.* **V**²⁽?⁾ quis *α* || 8 truncus *dett.* te uncus *α* || 9 tantum ⟨non⟩ *Köhler* || 11 conelii **AB** | ispani **AV** | *alterius cuiusdam de se iudicium refert pater* || 13 sine²] sene *a. c.* **V** || 15 depraehendero **B** || 18 marilli *α* | prosecustus **B** || 19 quasi *p. c.* **V** quisi *α* || 20 manus **E** *et suppl.* **V**² *om. α* || 23 P.] cum **V** | aprenatis *α* a patre natus **V**² | accersitus **V**² | adulteres **B** || 24 perdidi steti] perdidisti **A** || 26 viri **V**² videris **A** videri **BV** || 27 suas *p. c.* **V** osuas *α* || 28 bellum *ex* -om **V** | onium **AB** | adlascentis **A** || 29 monstrat *dubit. scripsi* portat *α* | voluntates *a. c.* **B** || 30 indigna res *Kiessl.* indignare si *α* || 31 est *Kiessl.* es *α*

ARGENTARI. ⌜Ante patriae quam patri negavit manus.⌝ Libenter cau- E
sam eius suscepi; quis enim illum non vindicet? Quid hoc infelicius, quem
adulteri tunc riserunt, cum deberent mori? Vir fortis in civitate truncus
integros adulteros spectat?

5 IVLI BASSI. Non est, quod putetis puniri illum; ad suos dimittitur. ⟨di- 4
mittitur⟩, inquam, ad matrem suam, nescio an et patrem; meruit here-
ditatem illius, quem occidere parricidium putavit. Nulli umquam plus
debuistis viro forti: ⌜usque eo pro vobis pugnavit, ut pro se non posset. E
Adulescens, quos dimisisti sequere.⌝

10 Pars altera. VIBI GALLI. 'Matrem' inquit 'non occidisti': quem minus 5
hoc crimine perdere debui quam patrem? Pater occidere iussit, lex
vetat. non comparassem patri legem, nisi cum illa lex fuisset. ⌜Alterum E
putavi parricidium matrem coram patre occidere.⌝

ARELLI FVSCI patris. O misera pietas, inter quae parentum vota con-
15 stitisti! ⌜Non semper scelera nostri iuris sunt, et truces quoque animos E
misericors natura debilitat.⌝

Divisio. LATRO hac usus est divisione: an licuerit filio tunc vindicare, 6
⟨an⟩ oportu⟨er⟩it. an, si licuit et oportuit, ignoscendum sit illi, si non
potuit indulgentia repugnante. an licuerit, in illa divisit: an tunc liceat
20 adulterium filio vindicare, cum maritus ⟨in eo loco⟩ non est; an tunc
liceat, ubi maritus in eo loco est, quasi omnino non esset. an oportuerit,
tractationis quidem est, quam ut quisque vult variat, Latro sic tamen
ordinavit: oportuit, etiamsi pater non iuberet, occidere adulteram viri
fortis uxorem. oportuit iubente patre, etiamsi ipse posset occidere. opor-
25 tuit, cum et iuberet et ipse non posset.

Novi declamatores illam quaestionem temptaverunt ex verbo legis
natam ADVLTERVM CVM ADVLTERA QVI DEPREHENDERIT, DVM VTRVM-
QVE CORPVS INTERFICIAT, SINE FRAVDE SIT: an nemo possit occidere nisi
qui deprehenderit. temptaverunt et illam: an non possit abdicari filius
30 ob id, quod illi facere sua lege licuit.

Color pro adulescente unus ab omnibus, qui declamaverunt, introduc- 7
tus est: non potui occidere, ex illa Ciceronis sententia tractus, quam in

5 dimittitur *suppl. Schult.* || **8** debuistis V^2 -isti α || **8–9** pugnavit – adulescens *om.* **A**, *asterisco lac. ind.* A^2 *vel alia manus* || **9** dimisisti **E**, *dett.* edim- **A** edem- **BV** em- V^2 | sequere **E** *dett.* quaere α || **10** uiuii AV^2 uiuu **BV** | quem *ed. Rom.* quam α || **14** inter quae parentum] interque aue (*del.* A^2) patrem tum (parentum V^2) α || **15** quoque **E** quosque α || **17** licuerit V^2 voti erit **A** voverit **BV** | tunc] an V^2 || **18** an[1] *h. l. suppl. Burs.* | oportuerit *ed. Frob.* -tuit α || **19** indulgentiam **A** || **20** filium *a. c.* **V** | in eo loco *suppl. Watt* || **21** liceat V^2 habeat α || **22** variat V^2 varia α || **23** oportuit – occidere *bis scr.* **BV** | oportet B^b *et a. c.* V^b | occidere (*ex* -ret V^a) B^bV^{ab} -eret AB^a || **24** possit AB^bV^b || **29** illum **A** | non *del.* A^2 || **30** sua] salva **D** | non licuit V^2

simili controversia dixit, cum abdicaretur is, qui adulteram matrem occi-
E dendam acceperat et dimiserat: ter non *** LATRO descripsit ⌜stuporem totius corporis in tam inopinati flagitii spectaculo⌝ et dixit: ⌜pater, tibi manus defuerunt, mihi omnia.⌝ et cum oculorum caliginem, animi de-
E fectionem, membrorum omnium torporem descripsisset, adiecit: ⌜ante- 5 quam ad me redeo, exierunt.⌝ GORGIAS inepto colore sed dulci ***

PAMMENES ex novis declamatoribus dixit: *** GORGIAS egregie dixit: *** PAMMENES dixit: ***

8 E FVSCVS ARELLIVS dixit: ⌜maius erat scelus quod imperabas quam quod deprehenderas.⌝ 10

ALBVCIVS non narravit, sed hoc colore egit ab initio usque ad finem: ego me defendere debeo? si quid mihi obiectum erit, aut negabo aut ex-
E cusabo. ⌜si quid exegeris maius viribus meis, dicam: ignosce, non possum. ignoscit filio pater navigationem recusanti, si non fert mare; ignoscit non sequenti castra, si non potest, quamvis pater ipse militaris sit:⌝ 15 non possum occidere. agedum ⌜ipsam legem recita: LICEAT ET MARITO⌝, LICEAT ET PATRI, ⌜LICEAT ET FILIO: quare tam multos nominat, nisi quod putat aliquos esse, qui non possint?⌝ et in descriptione dixit: cum me vocavit pater, 'hoc' inquam 'putat supplicium futurum morte gra-
E vius, si adulteram filio ostenderit.' et illud dixit: ⌜exierunt adulteri inter 20 patrem debilem et filium stupentem.⌝

SILO hoc colore narravit: non putavi mihi licere.

9 BLANDVS hoc colore: utrimque fili nomen audio: pater rem petit iustiorem, mater faciliorem. et illud post descriptionem adiecit: fatebor vobis, parricidium coram patre facere non potui. 25

CESTIVS hoc colore egit: prosiluit, inquit, protinus mater et amplexu suo manus meas alligavit. Ago confusioni meae gratias, quod nihil in illo cubiculo vidi praeter matrem et patrem. ⟨Pater⟩ rogabat, ut occiderem, mater, ut viveret; pater, ne nocens impunita esset, mater, ut ego innocens essem; pater recitabat legem de adulteris, mater de parricidis. 30 et ultimam sententiam dixit: occidere [si] matrem ⟨si⟩ turpe est noluisse, non potui.

ARGENTARIVS dixit: non est, quod me ex hoc habitu aestimetis: quod

1 controversiam *a. c.* **V** | abdicaret **A** | is **V** *vel* **V**² his *α* || 2 *lac. ind. Burs.* || 3 tam **E** tantum *α* tanto **V**² || 4 et *Schult.* sed *α* || 5 torporem *Schult.* tortionem (*ex* tert- **V**) *α* || 6 sed *dett.* se ad *α* || 7 painmenes **A** | novis *Faber* bonis *α* | clamatoribus **B** || 8 paminenes **A** || 12 abiectum **A** | erat **B** *corr. manus alia* || 13 maius] magis **B** || 14 si **E** *τ* *om. α* | ferre (*ut vid.*) **A** | ignoscit *p. c.* **V** -sci **AB** *et a. c.* **V** || 16 merito **A** || 17 liceat et filio **E** *om. α* || 18 descriptione **V** -nem **AB** || 19 putavit *ex* putat **V** || 20 ostenderit *Burs.* -eret **BV** hoc color **A** (*sc. e l. 22 propter similitudinem vocum* filio *et* silo) || 24 fatebor *dett.* pat- *α* fateor **V**² || 25 vobis **A**² urbis *α* || 26 colore **V** -ori **AB** || 28 patrem **V**² -tre *α* | pater *mg.* **V**² *om. α* || 30 parricidis **V**² -diis *α* || 31 si *transp. Schott*

manus habeo, tunc non habui. et illud dixit: dat poenas tibi: perdidit virum, perdidit filium: aegrotanti non adsidebo, egentem non alam. omnia mihi libera sunt: iam vitam illi non debeo.

10 Ex altera parte multa sunt pulcherrime dicta, sed nescio an Graecis 5 nostri cessuri sint. in hac controversia dixit DAMAS: *** habet aliquid corrupti haec sententia.

LATRO dixit: quantum ego tunc questus sum cum fortuna mea, quod non et oculos perdidissem!

SILO POMPEIVS dixit: fili, aut oculos erue aut manus commoda. 10 Omnes aliquid belli dixerunt illo loco, quo deprensi sunt adulteri ⟨et⟩ dimissi. LATRO dixit: adulteros meos tantum excitavi. FVSCVS ARELLIVS illius sententiae frigidius dixit contrariam [illi sententiam]: adulteros interventu meo ne excitavi quidem. VIBIVS RVFVS dixit: adulteri marito non adsurrexerunt. POMPEIVS dixit: adulescens, denique adulteros ex- 15 cita. postquam tu venisti, securius iacent. LATRO dixit: 'erratis, qui me putatis manus non habere.' filium vocavi; ut intravit, ab adultero salutatus est. 11 FVSCVS dixit: fili, tuam fidem! ostende te integro manus me non perdidisse. controversiam mihi de te facit adulter: veni, utrius sis filius, indica. P. VINICIVS et pulchre dixit et nove ⟨sen⟩sum etsi ab 20 omnibus bene dictum: inrupi in cubiculum adulterorum — quid mentior, miser? aperto cubiculo expectabant adulteri. CESTIVS dixit: voca⟨vi⟩ filium; risit adulter, tamquam qui diceret 'meus est'.

VIBIVS RVFVS dixit: adulter meus exit, et commodo suo. HYBREAS hunc sensum optime dixit: *** DIONYSIVS, filius eius Dionysii, qui Cice- 25 ronis filium docuit, elegans magis declamator quam vehemens, hunc sensum et vehementer dixit et eleganter: *** 12 VIBIVS RVFVS dixit: quam otiosi, quam securi adulteri transierunt praeter oculos meos, praeter filii manus!

LATRO cum exeuntis adulteros descripsisset, adiecit: adulescens, pa- 30 rentes tuos sequere.

2 adsidebo *Schott* -sidero α -sedero **V^2** || 3 vita **V** *corr.* **V^2** || 4 an] a **V** *corr.* **V^2** || 5 sint *ed. Rom.* sunt α | Damas **D^2**, *Schott* amas α || 7 quantum *dett.* quam tu α || 8 non et τ nocet **A** nocit **BV** || 9 erue *ex* serve **V** serve **AB** || 10 illo *dett.* illi α | et *suppl. Schult.* || 11 *cf. p. 32, 1* || 12 illius sententiae *Vahlen* iniussae nuntiae α illi sententiae *Gruppe* | frigidius **V^2** -dus α | illi sententiam *del. Konitzer* || 13 interventum eo **V** -ventu eo **V^2** || 15 *sq. cf. p. 32, 6 sq.* || 17 filiam **A** | tua fide **V^2** | ostende te **B** *et* (*ex* ostendet te) **V** ostendite **A** || 18 perdidisse **V^2** -ssem α | mihi **V^2** mi α | veni **V^2** -nit α veni et *Burs.* || 18, 19 filius sis **V** || 19 indica *dett.* iudica α | P. Vinicius *Faber* punicius α | pulchre *ex* -er **V** | sensum etsi *scripsi praeeunte Summers* (⟨sen⟩sum [psit]) sumpsit α || 20 omnibus *Schult.* hominibus α | dictum *Summers* dictae α || 21 vocavi *dett.* voca α || 22 filiu **V** | tamquam **V^2** (*de* **V** *non liquet*) iamquam **AB** || 23 exit et] exiit *Burs.* | ybreas **A** || 24 dionisius *et* dionisii α || 25 eligans **A** | quem **V** || 25, 26 hunc sensum **V^2** hure ensum α || 26 eliganter **A** || 27 praeter[2]] propter **A** || 29 Latro] Latro dixit (*sed corr.*) **V** | exeuntes **V^2** -ntibus α | descripsisset **V** di- α

NICETES illam sententiam pulcherrimam, qua nescio an nostros antecesserit: *** sed illud ALBVCI utique Graecos praeminet: cum pugnantem se acie descripsisset, dixit: me miserum, quas manus adulter effugit!
E et illud Albuci: ⌜'non potui' inquit 'matrem occidere': quo excusatior sis, adice et 'patrem'.⌝ Albucius sic narravit, tamquam filio sciente 5
factum esset adulterium; suspectum quasi conscium matri suae fecit.
P. ASPRENAS dixit: exit novissime maritus et dedit adulteris suis locum.
idem dixit: matrem occidere non potes? adulterum certe occide. an et iste pater est?

Dixerat NICETES: *** MVRREDIVS, dum hanc sententiam imitari vult, 10
stultissimam dixit: reliqui in acie pugnantes manus.

5 E ⌜RAPTA RAPTORIS AVT MORTEM AVT INDOTATAS NVPTIAS OPTET. Vna nocte quidam duas rapuit. altera mortem optat, altera nuptias.⌝

PORCI LATRONIS. Iam se parabat in tertiam, nisi nox defecisset.
E ⌜Stupro accusatur, stupro defenditur; cum altera rapta litigat, alteram 15
advocat. Vindicate, patres⌝, vindicate, fratres, vindicate, mariti; ⌜fortior publicae disciplinae severitas surgat: iam binae rapiuntur!⌝

MENTONIS. Postero die erat in huius domo fletus, lamentatio matris spes suas deplorantis, cum interim ex alia domo alia vociferatio oritur,
E alius tumultus: ⌜coit populus velut publico metu exterritus; vix credit 20
duos tantum fuisse raptores⌝, cum interim producitur publicus pudicitiae hostis, quem una nocte unius virginis iniuria non satiaverat.

E CESTI PII. ⌜Alteram iniuriae rapuit, alteram patro⟨ci⟩nio.⌝ Quantum suspicor, ne rapta quidem es. quaeris argumentum? non irasceris. quomodo istud fit? duabus iniuriam fecit, una queritur? 'Misericors sum' in- 25
quit: gaude, habes qui te vindicet. Vide, qualem habitura sis virum: non est una contentus.

ARGENTARIVS eundem sensum dixit hoc adiecto: non est una contentus, ⟨ne⟩ una quidem nocte.

2 illud Albuci utique *Madv.* illum albucium (-tium **A**) qui *α* ‖ 3 ⟨in⟩ acie *Schott* ‖ 4 quo excusatior] quae excusatur **V**[2] ‖ 5 sis *τ* sic *α* | et 'patrem' *interpunxi* 'et patrem' *vulg.* | tamquam *Burs.* vitam quam *α* ut tamquam **V**[2] ‖ 7 Asprenas **L** astrenas *α* | exiit novissime *Schott* extenuissime *α* ‖ 8 occides *Kiessl.* ‖ 11 dixit **V**[2] -xi *α* | relinqui *α corr.* **V** *vel* **V**[2] ‖ 12 raptoris] raptor *α corr.* **V** *vel* **V**[2] | oportet *a. c.* **V** ‖ 13 quidem **B** | altera[1]] alteram *α corr.* **V** *vel* **V**[2] ‖ 14 latrones **AB** | parabat *dett.* sperabat *α* | *cf. p. 40, 12* | tertia *ex* -iam **V** | deficisset **AB** ‖ 15 stupro[1]] -ri **A**[2] -ra **V**[2] | accusatus **V** | stupro defenditur **E** stuprum defendit *α* ‖ 16 fratres *dett.* patres *α* | fortior **EV**[2] portior (-cior **B**) *α* ‖ 17 disciplinae publicae **V** | severitas surgat **E** *τ* securitas surgit *α* ‖ 18 postero *Sander* (*cf. p. 37, 11*) -era *α* ‖ 22 satiaverat *Gertz* fatigaverat *α* ‖ 23 pi **AV** *corr.* **V**[2] | patrocinio **V**[2] patronio **BV** *et* (*ex* patronia) **A** ‖ 24 non] *ex* ne *corr.* **V** *vel* **V**[2] ‖ 26 qui] *fort.* quae *Faber* ‖ 28 est **V**[2] et *α* | contenus **A** ‖ 29 ne *suppl. ed. Frob.*

POMPEI SILONIS. At quam bene mimum egit! quomodo raptam se 2
questa est, qua vociferatione! quam paene illi optione cessimus!
TRIARI. ⌜Perieras, raptor, nisi bis perire meruisses.⌝ E
IVNI GALLIONIS. Sumatur de illo supplicium, constituatur in conspectu
5 publico, caedatur diu: toto die pereat qui tota nocte peccavit. Subito
fastidiosus raptor occurrit et ait: 'iam nec nuptias volo.' Stulta, decipe-
ris: dicam, si vis, quid dixerit tibi; idem enim dixit et huic: 'dum te puto,
in illam incidi.'
ARELLI FVSCI patris. Retro amnes fluant et sol contrario cursu orbem
10 ducat, confugiat sacrilegus ad aras: raptorem rapta vindicat.
Ex altera parte. POMPEI SILONIS. Postero die cum illi narratus esset 3
nocturnus error, dum putat se in unam incidisse, huic priori supplices
summisit manus, hanc prius deprecatus est, exoravit. propter hoc,
puto, ista magis raptori irascitur. Altera ex puellis raptorem mori vult,
15 altera servari; reum alter iudex damnat, alter absolvit: ⌜inter pares E
sententias mitior vincat.⌝ Dicam quod sentio: magis irasceretur, si unam
tantum rapuisset; diceret: 'ergo ego sola digna visa sum, cui iniuriam
faceret?'
ARGENTARI. ⌜Refer nunc Verginiam, refer Lucretiam; plures tamen E
20 Sabinae sunt.⌝ Ex tribunis potentior est, qui intercedit. Non est invidiosa
potestas, quae misericordia vincit. Quid cessas, puella? pro marito roga.
haec sententia deridebatur a CESTIO quasi improba.
Divisio. In hac controversia de prima quaestione nulli cum altero con- 4
venit. LATRO primam fecit quaestionem: non posse raptorem, qui ab
25 rapta mori iussus esset, servari. si legatus, inquit, exire debet, peribit;
si militare debet, peribit; si lege †ducere† debet, peribit; si raptam du-
cere debet, aeque peribit. ⌜Si is te ante rapuisset et nuptias optasses⌝, E
interposito ⌜deinde⌝ tempore, ⌜antequam nuberes, hanc vitiasset, ne-
gares illum debere mori rapta iubente?⌝ atqui nil interest, nisi quod di-

2 paene] bene V² | illic α *corr.* A² V² | optionem V² || 3 *cf. p. 173, 8* | bis E τ vis (*in* V *eras.*) α || 4 conspectu *dett.* -tum α D² || 5 publico *Jahn* -ice α | cedatur α (*et sim. saepe, quod perraro adnoto*) | toto die *Schott* totus hodie α || 7 elixerit B | idem] in diem B | huic *dett.* hinc α | pute B peto *edd.* || 8 incidit A || 9 retro V² regno α | fluant V² fruar α || 10 ducat *Burs.* decet α revocet V² || 11 postera A || 12 huic priori *p. c.* V *vel* V² hinc prioris α || 15 inter pares A² in terra res α inter dispares V² || 16 una B || 17 visa sum cui *p. c.* V *vel* V² visum cum α || 19 refert *bis* α *ras. bis corr.* A *vel* A² | virginiam *ex* verg- V² | lugretiam α *corr.* V² || 20 Sabinae τ sibine (sibi *del.* V) α | sint V² | tribus V² | intcedit B || 22 deridebantur B || 24 posse] ēē (= esse) *in* posse *ita corr.* A, *ut* eposse *scr.* || 25 uisus A || 26 legem dicere V² lege ⟨ius⟩ dicere *Müll.* lege iudicare *Gertz* [lege] ⟨ius⟩ dicere *Wb.* | raptam V² rapatam α || 27 aeque *om.* A | is te ante *Kiessl.* is ante AV is te B te ante E | optasses *duo codd. Schotti* -sset α || 28 nuberes *duo codd. Schotti* -eret α

gnior est raptor morte, cuius inter duos raptus ne una quidem nox in-
terest. si rapta nupsisses, deinde post tertium diem rapuisset aliam, ne-
gares illum mori debere? atqui quid interest, nisi quod honestius tunc
5 maritum defenderes quam nunc raptorem defendis? Alteram fecit: an
E rapta, quae nuptias optat, ⌜nihil amplius raptori praestare possit quam 5
ne sua lege pereat, contra alienam legem nullum ius habeat.⌝ optasti
nuptias: non occidetur tamquam raptor tuus, at idem eadem nocte, qua
te rapuit, ⟨si⟩ stationem deseruit, fuste ferietur; si sacrilegium fecit,
E occidetur, licet tu dicas: 'quid ergo? ego non nubam?' ⌜tu raptori prae-
stas, ut illum ipsa non occidas; non potes praestare, ne quis occidat.⌝ 10
quomodo sacrilegus quamvis a te servatus periret, sic alterius puellae
raptor licet a te servatus peribit. si rapuisset te, deinde in adulterio
deprehensus adservaretur in tormentum diutius pereundi, tu interim
educta nuptias optasses – datur enim optio et in absentem – vetares
illum occidi a marito? quid interest, qua lege pereat, nisi quod modestius 15
alienam legem interpellares quam tuam?

6 Tertiam fecit: cum quod utraque optat fieri non possit, an ea eligenda
sit optio, qua ultio ad utramque perveniat. ait quae mortem optat:
'mea optio et te vindicat, tua me non vindicat; et hoc tibi mea optio
praestat, quod †et† mihi occiso raptore invidiam.' illa respondet: 'optio 20
tua me non vindicat: vindictam tu meam putas non fieri quod volo,
E fieri quod nolo? etiam ⌜contumeliosum mihi erit te dignam videri, in
cuius honorem ⟨occidatur, me indignam, in cuius honorem⟩ servetur.⌝
isto modo et mea te vindicat: nempe lex duas poenas scripsit vitiatori;
alteram passurus est. non eris inulta, nam raptor non erit impunitus: 25
habebit poenam, indotatam uxorem.' respondet eodem modo: morietur
⟨utrique, tibi servabitur⟩ sed non mihi.

Quartam fecit quaestionem: si non potest utriusque rata esse optio,
utra, quae ⟨vale⟩at, dignior sit. ultimam non quaestionem sed tracta-

1 nec **B** || 2 rapta nupsisses *Gron.* raptari upsisset **A** rapta nupsisset **BV** || 3 atqui] atquid **AB** | honestus **AB** || 5 raptori praestare] raptor ipse stare **AB** || 6 nullum *ex* -us **V**^{2} | optasti *ex* potasti (*ut vid.*) **A** || 7 tuus at] tus ad **AB** || 8 si^1 *suppl. Schott* | si^2 *om.* **V** *suppl.* **V**^{2} || 10 ipsam **A** || 11 servatus] fruatur **A** || 12 raptor licet a te *Haase Schottum secutus, qui* raptor *et* a te *prop.* protervitate α raptor vel a te *Gertz* || 14 veteres **V** *corr.* **V**^{2} || 17 non *om.* **A** | an *Schott* in α || 18 qua] quam **B** *et a. c.* **V** | perveniat] *fort.* -tineat, *cf. p. 39, 11 et 14* | ait quae] atqui **V**^{2} || 19 me non] nemo **V** *corr.* **V**^{2} | et^2] nec *vulg.* || 20 et mihi] mihi ex (*l. 19* nec *pro* et^2 *legens*) *C. F. W. Müll.* | raptore *dett.* rapere α **D**^{2} || 22 erit *ex* trit **V** || 23 occidatur – honorem^2 *hab. dett., om.* α; *in* **E** *legitur* in cuius honorem homo occidatur, me dignam non videri in cuius honorem *e. q. s.* *in* **A** *lac. asterisco notatur* || 25 nam *ex* non **V** || 26 respondet **V**^{2} -nde α || 27 utrique – servabitur *suppl. Wb. praeeuntibus Kiessl., Gertzio* || 28 *post* quartam *hab.* mihi (*e l. 27*) α, *del.* **A**^{2} | esset *a. c.* **V** || 29 quae valeat *Novák, Gertz* (*cf. p. 39, 26*) -que ad α | ultimam *ed. Rom.* victima α ultima τ

tionem ⟨fecit: neminem⟩ non raptorem impunitum futurum, si haec via impunitatis monst⟨ra⟩retur, ut, qui plures rapuisset, tutior esset; neminem non inventurum aliquam humilem, quae se in optionem commodaret.

5 Fvscvs Arellivs primam quaestionem hanc fecit: ⟨an⟩, qui duas rapuit, perire utique debeat: lex, inquit, quae dicit: RAPTA RAPTORIS AVT MORTEM OPTET AVT NVPTIAS de eis loquitur, qui singulas rapuerunt. non putavit quemquam futurum, qui una nocte raperet duas. non quaero, quid optetis; quod severissime optare potestis occupo: necesse est rap-10 torem mori. quare? utrique raptae ultio debet contingere: utramque non potest ducere, utrique mori potest. una pars legis ad hunc raptorem pertinet, in qua mors est. putate enim utramque nuptias optasse: quid futurum est? in raptoris matrimonium ambitus erit. putate illum plures rapuisse quam duas: quid fiet? una nubet? nuptiae ad unam pertinebunt, 15 mors ad omnes. qui duas rapuit, utique debet mori. quare? dicam. quod ⟨quaeque⟩ vult eligat: aut ⟨mortem aut⟩ nuptias optabunt aut altera mortem, altera nuptias; si nuptias ⟨utraque aut altera mortem, altera nuptias⟩ optaverint, non poterit fieri quod utraque volet. uno modo poterit fieri quod utraque volet: si utraque mortem optaverit. ergo 20 fiat quo uno duae vindicari possunt. hic tractavit: ne exemplum quidem utile esse non utique perire eum, qui duas rapuerit; nam hunc morem perniciosissimum civitati introduci, ut aliquis propter hoc non pereat, quia perire saepius meruit. reliquam partem controversiae Fuscus in haec divisit: utra optio honestior sit, utra iustior, utra utilior. (7, 8)

25 Cestivs hanc partem controversiae sic divisit: utra puella dignior sit, quae valeat; utra optione raptor dignior sit. Cestius et coniecturalem quaestionem temptavit: an haec cum raptore colluserit et in hoc rapta sit, ut huic opponeretur. Latro aiebat non quidquid spargi posset (9)

1 fecit *suppl. Otto* | neminem (*cf. l. 2*) *suppl. Haase, C. F. W. Müll.* ⟨quem⟩ non raptorem *Burs.* (fecit *non supplens*) || 2 imputatis **AB** | monstraretur *Haase* monstretur α | qui] *fort.* quo || 3 aliquam **D** -quem α | optionem *ed. Frob.* -ione α || 5 an *suppl. Haase* || 6 raptori **AB** || 7 optat *a. c.* **V** || 9 quid *ex* quod **V** | quod *ed. Herv.* quid α || 10 utramque enim non **V** || 11 potest[1] *Gertz* potes **ABV**^{2} putes **V** | potest[2] *Gertz* potes α || 12 qua *dett.* quo α | putate *a. c.* **V** putat **AB** puta *p. c.* **V** *vel* **V**^{2} | utraque **A** || 15 utique *Burs.* (*cf. l. 6 et 21*) utrique α || 16 quaeque *suppl. Wb.* | mortem aut *suppl. Müll.* ⟨mortem utraque aut⟩ *Gertz* || 17 si nuptias *om.* **AB** si ⟨aut⟩ nuptias *Gertz* || 17–18 utraque – nuptias *suppl. Schenkl* || 18 optaverint **V**^{2} -erunt α || 19 fieri *dett.* fleri **BV** (**A** *propter maculam non legitur*) | optaverat *a. c.* **V** | ergo *ex* ego **V**^{2} || 20 quo *dett.* (id quo) quod α | exemplo *Schott* || 21 est **V** | perire *Schott* proripere α | nam *Otto* ne α *del. Schott; ut particulam affirmativam* ne *def. Watt* | hinc *Schott* || 23 controversia **V** *corr.* **V**^{2} || 24 haec **V**^{2} hoc **V** *om.* **AB** | utra[1] *ex* utraque **V** *vel* **V**^{2} || 25 sic] sit **V** *corr.* **V**^{2} | puellae ⟨optio⟩ *Schult.* (*cf. p. 38, 28 sq.*) || 26 ultra **AB** | raptoris **V**^{2} | coniacturalem **B** || 28 uhic **A** | agebat **B** | possit *a. c.* **V**

suspiciose, id etiam vindicandum: colorem hunc esse, non quaestionem; eam quaestionem esse, quae impleri argumentis possit. Cestius aiebat et hanc posse impleri argumentis *** hunc sensum a Latinis iactatum NICETES dixit: *ἐπὶ τὴν τρίτην νὺξ ἔκλινεν.* GLYCON dixit: *** DIOCLES CARYSTIVS dixit: *** hunc sensum VIBIVS RVFVS subtiliter dixit: 5 volo tibi malam gratiam cum sponso tuo facere: habet amicam. in hac controversia dixit ALBVCIVS: ambulet in masculos. adeo nullum sine amatore vitium est, ut hoc quidam disertum putaverint; ego tamen magis miror hoc potuisse Albucium dicere quam aliquos potuisse laudare.

Ex Latinis dixit TRIARIVS: gratulor vobis, virgines, quod citius il- 10 luxit. ARGENTARIVS dixit: quaeritis, quid isti finem rapiendi fecerit? dies. LATRO: iam se parabat in tertiam, nisi nox defecisset.

6 E ⌜Captus a piratis scripsit patri de redemptione; non redimebatur. archipiratae filia iurare eum coegit, ut duceret se uxorem, si dimissus esset; iuravit. relicto patre secuta est adulescentem.⌝ redit ad patrem, 15 ⌜duxit illam. orba incidit: pater imperat, ut archipiratae filiam dimittat et orbam ducat. nolentem abdicat.⌝

1 PORCI LATRONIS. Pro di boni, et haec puella hospitio patris excepta E est? prohibeo domo terra prohibendam. ⌜Bonae spei uxor, bonae spei nurus, quae amare potest captivum, odisse vel patrem. 'Captus' inquit 20 'in tenebris iacebam'; narra, obsecro, soceri tui beneficia.⌝ Possum, iudices, esse securus? filius meus ait se uxori parricidium debere.

CESTI PII. Quis interfuit nuptiis tuis? pater? denique puellae pater?

2 Ex altera parte. IVLI BASSI. Hodie captivus essem, nisi haec archipiratae filia fuisset. Vt dixi: 'patrem habeo', inter bonos captivos se- 25 positus sum. Archipiratae filia vocatur, puto, ex aliqua nata captiva; certe animum eius natura a patre abduxerat: misericors erat, depreca-

1 suspiciose id etiam *Haase, Lindner* suspicio sed etiam **AB** suspitiose decet iam **V** | indicandum *Kiessl.* || 2 impleris **AB** *corr.* **A** *vel* **A**[2] || 3 iactatu **B** || 4 eni **A** | *τὴν*] TP **V** | *ἔκλινεν Thomas* eXlNeN (-MeN **B**) *α* *ἔλιπεν Burs.* | clicon **AB** cliclon **V** || 5 caristius *α* | rufufus *a. c.* **A** || 6 sponso tuo] spontuo **AB** | anticam **A** | hac *ed. Schott.* hoc *α* || 7 controversiam **V** | albutius **B** | ambulet *Schult.* -lat *α* | masculis **A** || 8 desertum **AB** || 9 albutium **B** | lavari **A** lavare **B** || 10 gratulor *dett.* gravior *α* || 11 rapiendi *ex* rapt- (*ut vid.*) **A**[2] || 13 de **E** *τ* *om. α* | redemptione **E** *τ* -nem *α* || 15 est] est eum *a. c.* **V** || 16 *fort.* orba ⟨dives⟩, *cf. e. g. p. 42, 30 sqq. et p. 42, 5 ubi idem illud* dives *excidit, ut vid.* | dimittam **V** *corr.* **V**[2] || 17 orbem **V** *corr.* **V**[2] | inducat *a. c.* **A** || 18 di] ai **B** || 19 terra **V**[2] -am *α* | spei[2] *om.* **AB** *fort. recte* || 20 vel captivum **E** | vel *del.* **V**[2] || 21 iacebat **V** *corr.* **V**[2] | obsecror (*ex* -cor **A**) **AB** || 23 cest pii **V** | tuis *Schott* suis *α* istis *Ribbeck* tuus *Gertz* || 24 Iuli *Haase, Burs.* fili *α* | *an* hodie⟨que⟩ *?* || 25 dixit *a. c.* **B** || 26 *fort.* vocabatur, *cf. imperfecta l. 27 sqq.* | natam *Schult.* || 27 certa **A** | erat *ex* est *inter scribendum* **V**

batur, flebat, movebatur periculis omnium. nihil in illa deprehendi
poterat piraticum. Promisi nuptias et quasi aliquam sacram testationem
tuum nomen inserui. ⌜Eo loco me non deseruit, in quem venire etiam E
patres timuerunt.⌝ Artius nos fortuna alligavit, [nisi corpus omnia vin-
5 culis] quam ut orba posset divellere. ⌜Vidisses⌝ tectum pannis corpus, E
omnia ⌜membra vinculis pressa, macie retractos introrsus oculos, obtri-
tas catenis et inutiles manus; talem quis amare nisi misericors posset?⌝
Decepi te, puella, alia pollicitus: 'cum veneris in patriam mecum, ibi 3
tibi gratiam referam; hic catenatus, egens, squalidus quid possum?
10 pater meus, socer tuus' – hoc enim te iam pridem vocabat – 'socer'
inquam 'tibi tuus gratiam referet.' Quidam avitas paternasque flagitiis
obruerunt imagines, quidam ignobiles nati fecere posteris genus. in illis
non servasse quod acceperant maximum dedecus, in illis quod nemo
dederat fecisse laudabile est. si possent homines facere sibi sortem
15 nascendi, nemo esset humilis, nemo egens: unusquisque felicem domum
invaderet. sed quando non ⟨pos⟩sumus, natura nos regit et ⟨in⟩ quem-
cumque vult casum quemque mittit. tunc sumus aestimandi, cum sumus
nostri. quis fuit Marius, si illum suis inspexerimus maioribus? ⌜in VII 4 E
his consulati⟨bus⟩ nihil habet clarius quam se auctorem. Pompeium si
20 hereditariae sustulissent imagines, nemo Magnum dixisset. Servium re-
gem tulit Roma⌝, in cuius virtutibus humilitate nominis nihil est clarius.
⌜quid tibi videntur illi ab aratro, qui paupertate sua beatam fecere rem E
publicam?⌝ quemcumque volueris revolve nobilem: ad humilitatem per-
venies. quid recenseo singulos, cum hanc urbem possim tibi ostendere?
25 nudi stetere colles, interque tam effusa moenia nihil est humili casa no-

1 flevat **AB** || 2 promisi **V**² -sit *α* || 3 tuum **V**² tum *α* | inserui **V**² -uit *α* | venirem **A** || 4 patri inuerunt **AB** pater timuit **E** | nisi – vinculis (*e l. 5–6 sumpta*) *del. ed. Rom.* || 5 possit *dubit. Petschenig* | divellare **A** devellere **V** | pannis **A**²**V**² panis *α* || 6 membra *om.* **AB** | macie *dett.* -iem *α* | introrsus] inrursus **AB** intursus **A**² | obtritas] obrias **AB** attritas **E** || 7 potest **E** || 8 decepi te] decipite **A** | talia *τ* | cum *Müll.* sum *α* sum: ⟨cum⟩ *C. F. W. Müll.* si *Schenkl* | veneris *Burs.* venenis **AB** venies **V** | ibi] ivit **AB** || 10 socer²] -eri **AB** || 11 refert **B** || 14 laudabile est *Schott* -biles *α* -bile *Castiglioni* | facere **V**² fecere **A** tacere **BV** || 16 quando *scripsi* quamdiu *α* quamdiu ⟨nati⟩ *Novák* | possumus *Erik Wistrand* sumus *α* | et quemcumque *bis scr.* **B** | in *suppl. dett.* || 17 casum quemque *Burs.* (*nescio quo auctore, sed ex* **AB** *facile restituitur*) casumque ēque (est que **V**) *α* | mittit *dett.* -itur *α* | tunc sumus *C. F. W. Müll.* hic simus *α* hinc sumus *edd. vett.* || 18 maioribus **V**² moribus *α* || 18, 19 VII his *scripsi praeeunte Gertzio* (VII illis) mites *α* inmunes *s. l.* (*sed eras.*) **V** tot **E** multis *Haase* || 19 consulatibus **E** consiliati (-suliati **V**²) *α* | carius **AB** || 20 hereditarięt̄ **V** | sustulissent *scripsi* exsust- *α* ext- **E** *τ* || 22 aratio **A** || 23 publicam **EV**² *τ* *om.* *α* | volueris *ed. Frob.* -uerimus *α* ⟨re⟩volveris [revolve] *Karsten haud male* | nobile **AB** | humitatem **AB** || 25 nudi ⟨hi⟩ *Schult.* | stertere **A** | tam *τ* tamen *α* | humilili **A** | nobislius **A**

bilius, ⟨etsi⟩ fastigatis supra tectis auro puro fulgens praelucet Capitolium. potes obiurgare Romanos, quod humilitatem suam, cum obscurare possint, ostendunt; sed haec non putant magna, nisi apparuerit ex parvis surrexisse.

5 'Misereri illius oportet, quia orba est.' ista tamen est ⟨dives,⟩ habet propinquos, habet amicos paternos, habet te imbecillitatis suae tutorem fortissimum. omnes uxores divites servitutem exigunt: crede mihi, volet in suis regnare divitiis, et tamen aecum est eam possidere domum, quae mea non erit. si coeperimus esse magis liberi, si paulo speciosior animo eius adfulserit domus, si parum blande fecerimus, relinquet, et tunc est tormentum carere divitiis, cum illas iam senseris. vides, quid inter duas uxores intersit: ista, si nos reliquerit, repetet sua; haec, quod dedit, dimissa non auferet. multi duxere sine dotibus uxorem, quidam dictas non accepere dotes, quidam etiam emptis contenti fuere mancipiis et, cum possent accipere divitias, emere quibus libertatem darent maluerunt

6 quam suam vendere. aliquis in adoptionem iuvenis petitur: si volet ire, quaerat, senex ille qui petit quales et quos habeat maiores, quanta bona; an satis magno se possit addicere. aliquis capere orbos senes vult et suas spes in alienas mortes diffundere: excutiat testamenta, scrutetur census. ubi vero quaeret uxorem, videat, an nupta sua se amet, an nil pluris faciat marito, an misericors sit, an fortis sit, an possit, si quid viro inciderit, mala una tolerare: si his bonis fuerit instructa, dotata est.

E ⌜Non possumus una felices esse: quod solemus, una infelices erimus.⌝ 'Fac' inquit 'quod imperat. nolo propter me patrem tuum offendas; ibo' inquit; 'sola'. tu ibis, quoque, infelix, quas petitura regiones? est enim tibi aliquis locus? pater tuus nobis maria praeclusit, meus terras.

7 Cesti Pii. Solent qui coguntur a patribus, ut uxores ducant, illa dicere: 'non sumus etiamnunc apti nuptiis.' ego contra refugio uxorem, quia uxorius sum.

Arelli Fvsci patris. Impotens malum est beata uxor. cum immensum pondus auri orba attulerit, cum pecunia arcas nostras oneraverit, quid

1 etsi *suppl. Schult.* | fastigiatis **BV** || **2** quod] cum **V** || **5** misereri **D** -ere *α* | est² *del.* **V²** | dives *supplevi* || **6** utorem **AB** || **8—9** quae mea non erit *scripsi* quam me (meam **V²**) agnoverit *α* || **9** magnis **AB** || **10** param **AB** | fecerinus **V** | relinquit **BV** || **11** divisit **AB** | senserit **B** || **12** reliquerit **V²** -linqu- *α* | sua *Faber* suos *α* ⟨res⟩ repetet suas *Burs.* | dimissa **A²** de- *α* || **13** uxorem *dett.* haerem **AB** aeram **V** uxores *cod. Vat. Schotti* || **14** accipere **AV²** | etiam] autem **V** | contentis **AB** || **17** quaeret **V** | quale sed **A** | quot *Gertz, edd., at cf. e. g. Cic. inv. 2, 177 fin.* || **18** orbes *a. c.* **V** || **19** scrutet **AB** | census **T** sensus *α* || **20** an¹] ad **AB** | nupta sua se *scripsi* nuptias suas *α* | amet] iam et **AB** || **21** viro **A²** vero *α* || **22** mali **V²** | una **A²** vena *α* velit **V²** | his *ex* bis **A²** || **24** praeter **AB** || **25** peritura **AB** *corr.* **A²** || **26** tus **AB** | meas *a. c.* **B** || **27** solunt *a. c.* **V** || **29** qua **AB** || **30** insotens **V** -solens **V²** || **31** honeraverint **AB**

aliud quam beati serviemus? Altera filium dat tibi, altera patrimonium: pater, utra magis dives est? Locuples est, pater, quam mihi concilias; o si scires, quam dives et haec fuisset! 'Orba' inquit 'est': et haec orba est. inter duas orbas ea mihi curanda est magis, quam orbam ego feci.

5 Divisio. In hac controversia nihil litium fuit; fere omnes consentiunt. 8 LATRO primam quaestionem fecit: an pater propter matrimonium abdicare filium possit, cum liberum cuique huius rei arbitrium sit. GALLIO subiecit huic: etiamsi potest imperare filio, ut uxorem ducat, an ei, qui iam habet. LATRO secundam fecit: si ius est patri etiam propter matri- 10 monium abdicandi, an huic liberum non fuerit parere, cum iurasset. hoc in haec divisit: an nemo iure iurando teneatur, quo per necessitatem adactus est. an expleverit ius iurandum ducendo illam uxorem. an, etiamsi non explevit, non teneatur religione qui coactus aliquid contra ius iurandum facit; hunc autem cogi a patre. si per ius iurandum [facit 15 hunc] potest parere patri, an debeat. hic de meritis puellae et moribus.

Colore hoc usus est Latro pro patre: ⌜puellam non misericordia motam 9 E sed libidine⌝, et ideo non esse beneficium. in argumentis eleganter hanc partem tractavit: etiamsi beneficium dedisset, non esse sic referendam gratiam. deinde beneficium esse quod iudicio detur, non quod furore 20 aut morbo.

HISPO ROMANIVS alio colore dixit illam non amore adulescentis sed odio patris sui secutam: voluit illi et amoris commendationem detrahere.

BVTEO longe arcessito colore usus est; voluit enim videri non invito 25 patre sed secreto suadente, palam dissimulante totum hoc gestum: †re illaē† honestam condicionem nuptiarum inventam, cum alio nullo modo posset; neque enim aliter effugere illos potuisse nisi patiente patre. sed aiebat LATRO non esse tanti detrahere illi commendationem soluti 10 adulescentis, ut detraheretur invidia relicti patris.

30 FVSCVS ARELLIVS egregie declamavit; non enim propter nuptias orbae

1 beatae V[2] | altera[1]] alteru *a. c.* V || 2 loples A | mi AB || 3 o si scires] osscires A | fuisses *a. c.* V || 4 inter] in AB || 5 fuit *Haase* fuisse α fuit sed *Gertz, sed* -se *ex primis litt. vocis* fere *ortum aeque veri simile vid.* || 6 matrimonium D[2] patri- α | abdicere A || 7 callio α || 9 patri *ex* -ris V *vel* V[2] | matrēmonium A || 12 an actus A | ius iurandom *a. c.* B || 14 si per *Kiessl.* super α || 14.15 facit hunc (*e l. 14*) *del. Kiessl.* || 15 potest *Burs.* potes AB putes V | patria AB | an] hanc B || 16 puellam *ed. Rom.* -lae α || 19 iudico V *corr.* V[2] || 21 Romanus α || 22 secuta est V *corr.* V[2] | illi *Haase, Burs.* (*cf. l. 28*) ille α || 24 videri τ nudari α || 26 re] ratione (*et* illa) *Schott, fort. recte* a patre *Kiessl.* arte *Gertz* | illēe (illāe *teste Muellero*) A illāe B illam V illae V[2] illa esse D illic T illam esse *Kiessl.* filiae esse *Madv., alii alia* | honesta V[2] | condictionem V *corr.* V[2] | inventa est A | *fort.* alio⟨qui⟩, *si* nullo modo = *omnino non* | nullo *bis* A || 27 potuisse *Schott* -sset α || 28 ese AB | soluti *Schott* solum α || 30 orbam V

dimitti illam, sed quasi orba non esset, eici iussit: non aliam sibi magis placere sed illam displicere dixit et hoc, quod LATRO transcurrerat, pressit: timere se puellam temerariam, inter piratas natam, inter piratas educatam, impiam in patrem.

GALLIO illud, quod omnes scholastici transierunt, dixit: timere se, ne (5) haec speculatrix esset et piratis occasiones omnes indicaret, aut certe, ne videretur; nolle se suspectum esse rei publicae.

*** illi iurasse; timuit, ne puella videretur improbe ius iurandum ex-

11 egisse: ne quid liberi sibi esset, adiecit iurasse se per patrem. TRIARIVS dum sententiam parem illi captat, inepte dixit iurasse se et per orbam. (10) aiebat enim CESTIVS valde fieri ⟨praescium, si per⟩ hanc orbam et iam iurasset. LATRO aiebat *** quoque ius iurandum ineptum esse; nihil enim minus convenire quam aliquem per patrem iurare patrem relicturae.

Omnes honestam mentem puellae dederunt, omnes dixerunt eam (15) ⟨etiam⟩ misericordia motam, non amore. solus POLLIO iudicio fecisse vult eam [etiam misericordia discessisse]; dixit enim illam non potuisse cum piratis vivere: ut primum honestam occasionem invenerit discedendi, discessisse.

12 Q. HATERIVS a parte patris pulcherrimam imaginem movit: coepit (20) enim subito, quo solebat, cursu orationis ⟨de⟩scribere, quasi exaudiret aliquem tumultum, vastari omnia ac rapi, corruere incendiis villas, fugas agrestium; et cum omnia implesset terrore, adiecit: quid exhorruisti, adulescens? socer tuus venit.

GLYCONIS valde levis et Graeco sententia est: *καταπόντωσον τὸν* (25) *ἴδιον γενέτορα· ἔχομεν πατέρα.* tolerabilem dixit illam rem, cum iuris iurandi vim describeret: hoc esse, quod foedera sanciret, quo astringe-

1 quasi *scripsi* quamvis **α** || **3** temeriam *ex* temeream **A²** | piratas² **V²** pirats **AB** -tis **V** || **5** callio **α** || **7** suspectum *Schott* -tam **ABV²** -ta **V** | esset *a. c.* **V** || **8** *lac. ind. Schult., Iuli Bassi nomen excidisse susp. Wachsmuth* | illi iurasse] Iulius Bassus *Nipperdey opusc. 589, Kiessl.* | ne] ne a **V** || **9** quid **V²** qui **α** | se *om.* **V** || **10** parem illi *scripsi* puerilem **α** | ineptae **A** inepta edixit **B** || **11** praescium (*sc. iuvenem*) si per *supplevi* | orbam **V** -bem **AB** | et iam (*sic, non* etiam *scribendum puto*)] etiamsi **V²** || **12** ⟨Bassi⟩ quoque *Nipperdey* ⟨alterum⟩ qu. *Vahlen* | ineptum *dett.* -ceptum **α** || **15** mentem *Thomas* matrem **α** | eam **V** (*quae lectio verbis l. 17 falso insertis supportatur*) qua **AB** || **16** etiam *supplevi* (*cf. l. 17*) | non amore *sc. tantum, cf. Axelson, Senecastudien 62 sq.* || **17** etiam (etiam a **AV**) – discessisse *del. Kiessl.;* discessisse (*cf. l. 19*) *del. etiam Schult.* | illa **V** || **18** primum *ed. Frob.* -mam **α** || **20** quiaterius **α** || **21** sobito **A** | describere *Haase* scribere **α** || **22** corruere *Novák* (conr-) convenire **α** comburi *vulg.* || **25** clyconis **AB** cli- **V** | Graeco *scripsi* graeca **α** | *καταπόντωσον Thomas* ΚΛΤΑΛΝΤΟSON (-SCN **B** -SCH **V**) || **26** *ἴδιον*] ΙΛΙΟΝ **α** | *γενέτορα Burs.* TeNeNONΠ **α** | torabilem **V** *corr.* **V** *vel* **V²** | cum iuris **L** cum ius **AV** cuius **B** || **27** iurandum **A** | sanciret *dett.* -ire **α** | quo **V²** quod **α**

rentur exercitus: ὅρκος ἐστὶν πεῖσμα καὶ παρὰ πειραταῖς πεπιστευμένον.

ARTEMON circa eundem sensum versatus est a parte adulescentis; cum dixisset relictum patrem, adiecit: λοιδόρει νῦν τὸν ἀρχιπειρατήν, τὸν
5 μιαιφόνον, τὸν ἱερόσυλον· πρόσθες, εἰ θέλεις, καὶ τὸν ἐπίορκον.

⌜LIBERI PARENTES ALANT AVT VINCIANTVR. Quidam alterum fratrem 7 E tyrannum occidit, alterum in adulterio deprehensum deprecante patre interfecit. a piratis captus scripsit patri de redemptione. pater piratis epistulam scripsit: si praecidissent manus, duplam se daturum. piratae
10 illum dimiserunt. patrem egentem non alit.⌝

PORCI LATRONIS. Da mihi epistulam esurientis istius: 'manus' inquit 'praecidantur'; in quam⟨cumque⟩ corporis partem potius saevitia incurrat: cetera membra mea sunt, manus publicae sunt. Numquid ⟨nimium⟩ peto tyrannicida: 'talem me dimittite, qualem a piratis rece-
15 pistis'? Non habeo, quod de fortuna queri possim [eum]: qui manus meas ⟨praecidi voluit, ad manus meas⟩ confugit. ⌜'Si praecideritis'⌝ E inquit 'manus'; ⌜si irasceris, scribe potius 'si occideritis'; tyrannicida exitum tyranni rogo. Non timeo, ne, quas manus piratae solverunt, iudices alligent.⌝ Ex omnibus, quae mihi fortuna terra marique privatim 2
20 mala publiceque congessit, tyrannum adulterumque, piratas, nihil expertus sum durius quam patrem: tyrannus, cum timeret manus meas, non praecidit. iniuria matrimonii nihil abstulit corpori. piratae, quasi beneficio meo viverent, gratis miseriti sunt. unum hostem inexorabilem habui. o felicem rem ⟨publicam⟩, quod sub isto inimico non ante tyran-

1 OPHOC PCTIN *α* | πεῖσμα *Schott* ΠesMΛ (ΠHsMΛ V) *α* δέσμα *Burs.* | ΠePΛTΛIC *α* | πεπιστευμένον *Diels* HeMC (HeM **B** HeMe **V**) TeSMeNō (-No **A**) *α* νενομισμένον *Haase* νεμεσώμενον (= *reverendum*) *Novák* || **4** ΛΟΙΛΟΡΙ **A** | ΛΡΧΕΠePΛΤΗΝ (-neP- **A**) *α* || **5** MeIΛIΦONON (MIΛI- **B** MeIM- **V**) *α* | ἱερόσυλον *Gron.* ePOCeΛON **AV** POCeΛON **B** | ΠPOCONCeI (TIPO- **A**) ΘeΛIC ICΛI TONeΠeOPXON *α* || **7** adulteri **AB** | patre *om.* **V** *suppl.* **V²** || **8** interfecit **E**, *dett.* inf- *α* | a] ac **V** | captus — piratis² **E** *om.* *α* || **9** epistolam (*sic saepe in sequ., quod non adnoto*) *α* | precidessent *a. c.* **V** || **10** patrem] patri ē **AB** || **11** mi **AB** || **12** quamcumque *C. F. W. Müll.* (*qui et* quamvis *prop.*) quam *α* | potius *Burs.* totius *α* tutius **V²** | saevitia **V²** saevita *α* || **13** ⟨rei⟩ publicae *Müll., sed cf. p. 50, 16* | nimium *h. l. suppl. Wb.; post* Num *suppl. Gertz* || **14** tyrannicida *Schult.* -dam *α* || **15** de *om.* **B** | possim [eum] *scripsi* posse meum **A** possem eum **BV** possim eum *dett.* possim mea *Müll.* || **16** praecidi — meas *suppl. Müll.* | configit **V²** || **17** si¹ **E** *om.* *α* | tyrannicida **BV²E** -de **A** daē **V** | exitum *ex* eitum **V²** || **18** ne **E** *om.* *α* | quas *ex* quasi **V** *vel* **V²** || **19** alligent **E** *τ* -gant *α* || **20** tyrannum — piratas *del. Haase* | expertus **V²** -tius *α* || **22** non **V²** *om.* *α* | iniuria *ex* -ra **V²** || **23** beneficio *i. e. tyrannicidio* | exorabilem **B** || **24** o felicem rem publicam *Burs.* quod felicem rem (felici re **V²**) *α* | sub isto (inimico = *patre*) *Gertz* subito *α* sublato (inimico = *adultero fratre*) *Faber, edd.* | tyrannicidium *Faber*

nidem navigavi! 'Genui' inquit, 'educavi': nempe istud beneficium et tyranno praestitisti et adultero. Has manus si per te redimere non potes, rem publicam appella. Adulter cum manibus sepultus, tyrannus cum manibus proiectus est. ⟨In⟩ magnis sceleribus iura naturae intereunt: non magis tu pater es quam illi fratres. Audite novam captivi vocem: 5
tutus sum, si pater meus nihil habet. 'Quidquid habes pro redemptione filii mitte; non est, quod timeas: non deerunt tibi alimenta, cum dixeris
E tyrannicidae ⟨te⟩ patrem.' ⌜Pro adultero filio rogas⟨ti, pro tyrannicida non rogas⟩: quaerite nunc, quomodo tyranni fiant.⌝

3 Cesti Pii. Cedo mihi epistulas patris. quaeris, unde habeam, cum 10
mihi nullas miseris? ⟨piratae mihi dederunt, ut primus legerem miser.⟩
E 'duplam dabo pecuniam': apparet, pro unico filio rogat. ⌜'duplam pecuniam dabo': unam [pecuniam dabo iam] summam pro filio, alteram pro tyrannicida. 'si manus praecideritis': hoc ne ⟨in⟩ adulteros quidem licet.⌝
'Non habui pecuniam': sed rogare illos potes, et audacter roga: in mi- 15
sericordes piratas incidi. Quare non alo? quia captum filium tuum [agere] parum est si dixero non redemisti. Alere non possum: perdidi manus. non credis? epistulas lege: duplam pecuniam dabas, avaris dabas, piratis dabas. sic excusabant piratae ipsi se mihi, cum praeciderent manus: 'pater iussit'; aiebant: 'magnum facinus est, sed magno licet.' 20
4 'Egens sum' inquit: mentiris, cedo mihi patris mei censum. 'Quid ergo, ales patrem?' dimissus fortasse promittam, cum rogaveris; nihil pacis-
E cor: ⌜etiamnunc manus meas petis.

*** Nega tuam esse epistulam, et habes argumentum; dic: 'ego rogare etiam pro adultero soleo'.⌝ 'Qui non aluit' inquit 'patrem, adli- 25
getur': plus de manibus meis timui.

Corneli Hispani. Quid me rogarit pater, nescio: publica vindicta cruentum gladium privato tyranno impressi. Captum me piratae nihil

1 ⟨te⟩ educavi *Gertz* | nempe *ante* genui *collocavit* **V**^{2} || 3 appella **V**^{2} -lat *α* || 4 proiectus *ex* -vectus **V**^{2} | in *suppl. Rebling* || 5 pater es **B** (*sed vix legitur*) pateris (-is *del.* **A**) **AV** | vocem *Kiessl., C. F. W. Müll.* vicem *α* || 6 totus **B** | redeptione **B** || 8 te *suppl. Burs.* | rogasti *Schult.* rogas *α***E** || 8–9 pro — rogas *suppl. Müll.* || 10 cesti pii *in lac. add.* **V**^{2} || 11 piratae — miser *supplevi* ⟨dederunt mihi piratae, quibus miseras⟩ *Gertz* || 12 duplam^1 — rogat *om. sed suppl. mg.* **V** *exceptis verbis* apparet pro, *quae etiam in* **AB** *desunt* (*hab.* **E**) || 13 pecuniam dabo iam (*e dittographia ortum*) *del. Schult.* | summa **V** *corr.* **V**^{2} || 14 in *suppl. Haase, Burs.* | adulteris **V** || 15 non habui pecuniam *sc. pater negaverat se ullas litteras misisse* | roga *dett.* eroga *α* || 16 alo? quia captum] eloquia captu in **A** || 17 agere (*varia lect. vocis* alere *mg. scripta, ut vid.*) *del. Thomas* || 18 dabas^2 *del.* **A**^{2} || 19 ipsi se *Gertz* ipsas *α* ipsi, has mihi *Otto* || 20 agebant **AV** *corr.* **V**^{2} || 21 egens *ed. Rom.* ages *α* || 22 ales *Burs.* alis *α* | promissam *a. c.* **B** | pacicor **AB** || 24 *nomen rhetoris excidisse puto* | dic ego rogare **E** dices erogare *α* || 25 etiam pro **E** *om. α* | soleo **E** *dett.* solo *α* | adliget **AB** || 28 gladium **V**^{2} -dio *α*

amplius quam alligaverunt. 'Duplam pecuniam dabo.' quid? plus polliceris quam petitur? unde tantas patrimoni vires habes? etiamnunc tamquam ⟨quantumlibet facile hausurus ex⟩ tyranni arca loqueris? Corrupit frater uxorem meam, quam nec tyrannus violaverat. Vt pretium piratae 5 constituerunt, gavisus sum: ⟨'salvus sum'⟩ inquam, 'locuples est pater; poterat dare, etiamsi duplam poposcissent!' ⌜Remiserunt me rei publicae E cum manibus, patri cum epistulis.⌝

Pompei Silonis. Pactus sum de redemptione, scripsi patri. quicum- 5 que pro tyrannicida vestro pependistis, certum habeo, solliciti optatis, 10 ut hae litterae ad patrem perveniant. 'Egeo' inquit: sic subito? Quod ex toto emi non debet, duplo emit.

Arelli Fvsci patris. Causam meam tenui apud eos, qui nihil debebant manibus meis. Tunc primum egere ⟨se⟩ querit⟨ur⟩ iste, cum manus meas vidit. Quid mirum, si non putaverant turpe piratae accipe⟨re⟩ 15 mercedem, quam pater dabat? 'Ades, Pietas: si sancte vixi, si innocenter, effice, ut iste manus meas qui odit desideret.' Tarde mihi epistula solvi videbatur. ⌜Hoc⌝ prorsus fabulis, repleto sceleribus ⌜nostro sae- E culo, deerat, ut narretur aliquis solutus a piratis, adligatus a patre.⌝

Blandi. Hic, qui unde vivat non habet, quam care tyrannicidas ve- 6 20 stros emancat! Quid ais, pirata fili, piratarum magister, ⌜eius crudelitatis E emptor, cuius nec pirata venditor⌝ est?

Romani Hisponis. 'Pater piratis salutem': hanc eripis filio. ⌜'duplam E dabo': quid necesse est? potui vilius solvi. 'ut praecidatis manus': obstipuerunt piratae, et⌝ cum dimitterent, dixerunt: ⌜'indica patri tuo 25 non omnia piratas vendere.'⌝

1 quid plus *v, Faber* que ptus *α* qui plus *Schult.* || 2 petitur? unde *Faber* petiturum te *α* petierunt te *v* | tantas *ex* tan V^2 || 3 *post* tamquam *verba* petiturum te tantas patrimoni *in α repetuntur, quo facto haud dubium est, quin genuina aliquot verba exciderint* quantumlibet — ex *supplevi* ⟨potitus⟩ *Gertz* | tyranni *ex* tyrann V^2 || 4 fater **A** || 5 salvus sum *suppl. Sh. Bailey* | locuples, inquam, est *Novák* [in]quam locuples *Sander* | locūples **A** | est *om.* **V** || 6 poterat *Schult.* -eram *α* || 8 pompei silonis *add. in lac.* V^2 || 9 optastis *Schult.* || 10 bae **A** | pervenirent *Gertz* || 11 emi non *ex* eni in V^2 || 12 arelli fusci patris *om.* **V** *suppl.* V^2 | eos A^2 meos *α* || 13 se *suppl. C. F. W. Müll.* | queritur V^2 -rit *α* | tum **AB** || 14 putaverant (= *putassent*) *scripsi* -verunt *α* | turpe] tur **AB** | accipere V^2 -cipe *α* || 15 sancta **V** *corr.* V^2 | vixi si *Haase, C. F. W. Müll.* vixisti *α* vixi et V^2 || 16 mihi V^2 mi *α* | epistolam **AB** || 17 in fabulis V^2 ad fabulas **E** ⟨ex⟩ fabulis *Schult., alii alia, sed trad. def. Hagendahl, cuius tamen interpretationi non assentior* | nostro **E** -ris *α* | saeculo non **V** non *del.* V^2 || 18 narraretur **E** | a^1] ad **AB** | adligatus **VE** -getur **AB** || 19 Blandi *Müll.* -dus ABV^2 (*om.* V^1) | tyrannicidas *Schult.* -dae *vel* -de *α* || 19.20 vestros emancat (*cf. p. 315, 6*) *Gron.* vestros emancipat **AB** vestro se mancipat **V** || 21 venditor est *ex* -orem V^2 || 22 romanis ponis *α corr.* V^2 (*sed* isp- *scr.*) | hanc $A^2 V^2$ hac **AB** ac **V** || 23 praecidatis **E** *dett.* dicatis *α* || 25 piratas **D** -tis *α* -tos V^2

MENTONIS. Adhuc, iudices, tamquam pro meis manibus egi; verum confitendum: vobis remissae sunt. exhibeo, res publica, piratarum depositum tibi: manus hae tuae salvae ad te perlatae sunt. fac quod voles, illud unum rogo: si peccaverunt, cuilibet tu vinciendas trade; si isti trades, sic alligabit, quomodo ⟨qui⟩ voluit praecidere. 5

7 E ALFI FLAVI. Adhuc, ⌜qualem optem patrem, nescio; divitem? debilitat. egentem? adligat. neutrum manibus meis expedit.⌝ 'Duplam dabo, ut manus praecidatis': filium minus crudelem habuisti.

MARVLLI. Vt adlata est epistula, [que] coeperunt iam me piratae solvere; ut recitata 'dupla' in epistula 'pecunia' est, 'hic est' inquam 'pater, 10 quem vobis laudaveram.'

E TRIARI. ⌜Vbi est patrimonium tuum illud, quod tyrannos instruit, quod adulteros facit?⌝ ubi est? certe in me nil impendisti.

8 Pars altera. IVLI BASSI. Infelix futura est etiam victoria mea: si non tenuero causam, fame moriar; si tenuero, hoc tantum consequar, ne 15 E fame moriar. Duxi uxorem nimium fecundam; peperit mihi ⌜tria⌝ nescioquae ⌜prodigia⌝ variis generibus ⌜inter se †et iuditia† furentia; alium qui patriam posset opprimere, alium qui fratrem, alium qui patrem.⌝ Testor, iudices, omnes cives meos: una servivimus; nemo tyrannidem ⟨me⟩ uno sensit magis. argumentum habeo maximum, quod 20 vivo: non pepercissetis mihi, si putassetis me patrem tyranni. Dum inter se pugnant, vicit res publica. reliqui duo, quia non poterant in nos, inter se tyrannidem exercuerunt. Habebat iste nescioquam uxorem, quam in 9 arce cognoverat. Si alligare te possem, proficiscentem alligassem. Non opus est tibi magna impensa ad sustinendum patrem; [magnā omnia 25 sunt] tu mecum alimenta partire. nolo me tam bene alas, quam ego te alui. Nolo ignoscas mihi; quidquid passus es, quidquid timuisti, patiar:

1 iuces **B** | veum **B** || 2 exhibet **B** *corr.* **B²** | rei p. *a. c.* **V** || 3 haec **A** | ad se **AB** || 4 illum *a. c.* **V** | vinciendas **V²** inic- α || 5 trades *Kiessl.* -dis α | sig **AB** | allicabit α *corr.* **V²** | qui *supplevi* | voluit praecidere] solvit: praecidet *edd.* (*Gron.*) || 6 Alfi *vulg.* alei **AB** *om.* **V** alegi **V²** || 7 adligat (all-) **E** τ abdicato **AB** abdicat **V** | expetit **A** || 8 filium *i. e. tyrannum* || 9 marilli **ABV²** *om.* **V** | que *del. edd. vett.* | coeperuntque eam [me] **V²** *sine dubio ad p. 47, 16–17* epistula solvi *respiciens* || 12 Triari *om.* **V** *suppl.* **V²** (-rii) | illud **V²** -lum α || 14 pars altera *om.* **V** | Iuli *Haase, Burs.* ili **AV** illi (*ex* ibi) **B** || 15 tenuere **V** *corr.* **V²** | causam fame **V²** causam (-as **V**) ame α || 15–16 si – moriar *om.* **A** || 16 mi **AB** || 16–17 tria prodigia inter se et me furentia **E** *fort.* variis generibus (= *modis, cf. Sen. epist. 77, 13*) inter se et ⟨eadem⟩ malitia f. || 17 iudicia **A** -cio **V** || 18 opprimere **E** optinere α | fratrem **E** patrem α | aliu **A** || 19 patrem **E** matrem α fratrem τ | cives] vices **V** *corr.* **V²** | servivimus *ed. Herv.* (*cf. Neue-Wagener 3, 448*) -avimus α || 20 me *suppl.* τ || 21 non *ex* ne **V²** | mi **AB** | tinni **A** || 22 relinqui **AB** || 25 impensa *dett.* inm- *vel* immensa α | sustinendam **V** *corr.* **V²** | patrem **V²** matrem α || 25–26 magnā omnia sunt *del. Haase ut ex p. 54, 11sq. illata* || 26 te] te bene **B** || 27 timuisti *ex* -uit (*ut vid.*) **V²** | patiar *Burs.* pater α

posce flagella, scinde rugas, usturos subice ignes, emeritam hanc pau-⟨perta⟩tem, quae tantum in contumeliam suam spirat, quia extingui non potest, exure. si parum est, fac quod ais ne piratas quidem fecisse: manus praecide. exhibeo tibi: hae sunt illae, quae quidlibet scribunt. Vbi
5 est gladius tuus? stringe. tyranno licuit vulnere mori, adulter uno ictu breviter confectus est: pater te pro beneficio similem sortem rogo. Ne tu quidem apud piratas famem timuisti; neminem tyrannus sic torsit.

PORCI LATRONIS. Fili, nihil amplius quam famem deprecor; si tamen 10 inexorabilis es, illud pro beneficio peto, ut aut tamquam adulter moriar
10 aut tamquam [adulter] tyrannus. Par erat utriusque fortuna illo tempore: [ut] tu alligatus eras, ego in senectute immobilis et vincto simillimus; tu in solitudine mei, ego in omnium meorum solitudine; tu lucem non videbas, ego etiam oderam. hoc unum inter nos interest, quod tu etiam a piratis cibum accepisti.

15 BLANDI. Deprecabar non pro adultero sed pro domo, ne fratrem occideret, tyrannicidam inquinaret, patrem respergeret. roganti mihi et has interponenti manus paene praecidit. Haec sententia deridebatur a LATRONE tamquam puerilis: hoc ei provisum est, ut aliquem ex suis reliquisse videatur, quem non occiderit.

20 VIBI RVFI. Hae nempe scripserunt epistulam manus; praebeo. praecide et ale.

POMPEI SILONIS. LIBERI PARENTES ALANT AVT VINCIANTVR: ad te legem meam transfero: licet alliges et alas.

Divisio. Fere ⟨omnes⟩ hac usi sunt divisione: an lex causam nec 11
25 patris nec filii aestimet, sed omnis pater a filio alendus sit. ⟨LATRO⟩ dixit ⌜legem hanc pro malis patribus scriptam esse; bonos etiam sine E

1 usturos *Gron.* ustus es **ABV²** u. est **V** ustus es? *edd.* | emeritam hanc paupertatem (= *me pauperem fessumque senem*) *scripsi* et mortuam hanc partem *α* semimortuam hanc faciem *Burs.* || 4 *post* tibi *scr.* o *sed del.* **B** | hec **A** | quae] qui *ex* qte **A** | quilibet **V** *corr.* **V²** || 5 tuuus **A** | vulnere **V²** vulnerare *α* || 6 pro beneficio *Schott* (*cf. l. 9*) per beneficia *α* | sortem **A** fortem **BV** || 7–8 sic – Latronis *om.* **A** || 8 Porci Latronis *om.* **V** *suppl.* **V²** | *post* Latronis *verba* ne tu quidem – tyrannus (*l. 6–7*) *in* **BV** *repetuntur, et h. l.* **B** fame *exhibet* || 9 inexorabilires illud **A** | peto *om.* **V** *suppl.* **V²** || 10 adulter *del.* **V²** | fortuna **V²** -nae *α* || 11 ut *del.* **L** | vincto **V²** iuncto (-tu **B**) *α* || 12 mei *Gertz* et *α* || 13 oderam *Gron.* modicum *α* modicam **V²** | interesto *a. c.* **V** || 16 mi **AB** || 17 pene **AV** poenae **B** || 17.18 ad latronem **A** || 18 ei *C. F. W. Müll.* et *α* | provisum *Burs.* pro istum **A** pro istu **B** pro isto **V** | ex] et **A** || 19 videatur *dett.* -batur *α* || 20 Vibi Rufi *om.* **V** *suppl.* **V²** | haec **A** | neppe **B** || 21 ale *dett.* ali *α* || 22 Pompei Silonis *om.* **V** *suppl.* **V²** || 23 alliges *dett.* -liget *α* | et] set *Burs.* at *Müll.* || 24 divisio *om.* **V** *suppl.* **V²** | fere ⟨omnes⟩ *Müll.* ⟨omnes⟩ fere *Otto* | hac **V²** hanc *α* | usui **AB** | divisionem *α* *corr.* **V** *vel* **V²** || 25 patri **V** | omnis *Burs.* hominis *α* | a *Siesbye* an **A** ana **BV** | Latro *suppl.* *Haase* (*cf. p. 50, 2*) || 26 scripta **B**

lege ali⌉. ⟨si⟩ non omnes alendi sunt, an hic alendus sit. hanc quaestionem Latro in haec divisit: an alendus sit, qui filium a piratis non redemit. hoc loco quaesit, an non potuisset redimere, an noluisset. deinde, ⟨an⟩ alendus sit, etiam si praecidi filii manus voluit. novissime, an praecidi voluerit. 5

12 HISPO ROMANIVS separatim quasi iuris quaestionem fecit: an, qui non redemit filium, non possit ab eo alimenta petere; sed hoc utraque quaestio continet, ut aiebat GALLIO, et prior, in qua quaeritur, an omnis pater alendus sit; dicitur enim: quid, si quis filium excaecaverit? quid, si quis non redemerit? et cum ad alteram quaestionem ventum est, in qua 10 quaeritur, an hic pater alendus sit, nihil aliud potest dici, quare non alatur, quam quod non redemit, quam quod duplam promisit, ut manus praeciderentur.

Graecorum improbam quaestionem satis erit in eiusmodi controversiis semel aut iterum adnotasse: an in tyrannicidam uti pater hac lege possit: 15 quasi sacras et publicas manus esse, in quas sibi ne piratae quidem licere quicquam putent. nostri hoc genus quaestionis submoverunt.

13 SILO POMPEIVS non eis tantum usus est quibus ceteri, cum dicerent non debere hunc patrem ali, quod non redemisset filium et quod praecidi manus filio voluisset, sed a privatis causis transit ad publicam causam; 20 dixit enim non debere ali hominem perniciosum rei publicae, qui tyrannum filium habuisset, qui non occidisset, qui desideraret amissum, qui vindicaret; et negavit ullam aliam illi causam esse persequendi tyrannicidam nisi libertatem publicam, et descripsit mores hominis impii, cruenti, quia per liberos non posset, per piratas tyrannidem exercentis. quae 25 ut liberius diceret, patronum filio dedit. et illud in hac parte laudatum est [a] Silone declamante: coeperat hoc tractare, non debere ali tyranni patrem; omnibus faventibus illum fame necandum. et cum diu pressisset illum tyranni patrem esse, adiecit: aude postulare, ut illud tibi prosit, quod tyrannicidae pater es. BLANDVS hunc sensum, cum postero die 30 declamaret, in ironiam vertit, et, cum obiecisset, quod tyranni pater

1 ali. ⟨si⟩ non *Burs.* alii non **AB** ali an **V** | homines **AB** || 2 an ⟨non⟩ *Karsten* | qui *Boot* (*cf. l. 6*) quod **α** | redimit **AB** || 3 quaerit **V** | an[1] *om.* **AB** | non *om.* **V** | an[3] *suppl.* **L** || 4 filii *om.* **A** | an] ac **AB** || 6 romanus **α** | iuris] iurisque **A** || 7 utique *a. c.* **B** || 8 ut] ui **AB** | callio **α** || 9 sit *dett.* est **α** || 10 ad alteram] adulteram **AB** || 11 an] aut **AB** || 12 quam *utroque l. om.* **V** *suppl.* **V**[2] || 14 implorabam *a. c.* **B** || 16 sacras et *dett.* sacra sed **α** | quas sibi ne *Kiessl., Madv.* quaestione **α** || 17 quiquam (*sic etiam* **B**) putaent **A** | *fort.* quaestiones || 18 solo **A** || 19 redimisset **V** *corr.* **V**[2] || 22. 23 qui non vind. **V** || 23 et *Faber* sed **α** | navigavit **B** | nullam aliam **AB** || 25 exercentis *Haase, Burs.* -tes (tēs **V**[2]) **α** || 26 patronum *Faber* latr- **α** || 27 a *del. Burs.; de abl. abs. cf. p. 51, 18* | debere ali] dere aui **AB** || 28 *fort.* ⟨e⟩necandum || 29 esse] esse et **A** | ut illud **τ** vellet **AB** ut ille **V** || 30 blandis **AB** || 31 declamavit **A** *corr.* **A**[2] | ironiam] romam **A** roniam **B**

esset, adiecit: nolite illum aversari; habet quod apponat: et adulteri pater est.

14 Colorem pro patre alius alium introduxit. FVSCVS iratum se illi confessus est fuisse, quod fratrem in conspectu patris occidisset, et huic
5 loco vehementer institit, quom nemo hoc tyrannus, nemo pirata fecisset. 'iratus' inquit 'ob hoc ipsum fui, quod hoc scelere etiam tyrannicidium inquinaveras; apparet te morbo quodam adversus tuos furere.' et servavit hunc actionis tenorem: 'iratus fui hodieque irascor nec queror.' nec se demisit in preces aut rogavit sed iure patrio usus est. illud ad excusan-
10 dam epistulae crudelitatem adiciebat: scripsi piratis non eo animo, ut manus tibi praeciderentur, sed ut exprobrarem tibi cruen⟨ta⟩tas in conspectu patris fraterno sanguine manus. tuto autem scribebam; ⌜sciebam enim piratas non facturos, nisi pecuniam accepissent⌝, quam (E) non mittebam; denique nec praeciderunt. ⌜et si sperassent, utique prae- (E)
15 cidissent⌝, sed apparuit illas epistulas irascentis esse, non promittentis. in ultimo descripsit, quam miser futurus esset alimenta accipiens illis manibus, quas paulo ante spectaverit fratrem occidentes, et adiecit, quod aiebat praeceptore suo dicente summa cum admiratione exceptum, illud Homeri ⟨in⟩ Priamo dictum:

20 ⟨καὶ κύσε χεῖρας
δεινάς, ἀνδροφόνους, αἵ οἱ πολέας κτάνον υἷας.⟩

15 SILO POMPEIVS et ipse iram fassus est; aiebat enim non habiturum fidem, si negasset iratum fuisse, sed irae causam non dixit quam Fuscus: transeundas aiebat eas offensas, quibus ille gloriaretur. hanc causam
25 posuit, quod relictus esset ab unico filio, quod invito se navigasset, cum videret senem, orbum, iam paene egentem. iam tum illum fugisse, ne aleret. et ad preces patrem deduxit et rogavit in epilogo filium.

20–21 *Hom. Il. XXIV 478sq.*

1 aversari **L** adv- *α* | adponet **V** opponat *τ* || **4** fratrem] patrem (-tre **B**) **AB** || **5** quom (*causale*)] cum **V** quam **AB** *fort.* quod || **7** modo *a. c.* **A** | tuus **V** *corr.* **V²** || **8** tenore miratus **A** -rem mir- **V** | irascor *Faber* pascor **AB** paciscor **V** || **9** demisit *ed. Herv.* di- *α* *cf. l. 27* || **10** epistula **V** *corr.* **V²** || **11** exprobrarem *ed. Frob.* exprobantum **AB** exprobrare **V** -arent **V²** exprobrarem tantum *v. Winterfeld* | cruentatas *Schult.* cruentas *α* || **13** facturos **V²** futuros **AB** facturo **V** || **14** denique *Thomas* rem quae (quem **A**) *α* | et *α***E** at *Gertz* | utique **E** *et* (*ex* ubique) **V** ubique **AB** || **16** futuros **AB** | alimentis **AB** | ⟨ex⟩ illis *C. F. W. Müll.* ⟨ab⟩ illis *Kiessl.* || **17** quas] quam **V** || **18** quod aiebat *ed. Schott.* quam aiebam *α* || **19** illud *ed. Schott.* -lum *α* | Homeri *dett.* omeri *α* | in Priamo dictum *Thomas* priamo aptum *α* || **20** *Graeca suppl. Faber* || **22** fassus (*cf. l. 3. 4* confessus est) *ed. Herv.* passus *α* || **23** si se *dett.* fuisse ⟨se⟩ *Burs.* | *fort.* non ⟨eam⟩ *Kiessl.* | quam *Burs.* quem **AB** quō **V** || **24** aiebas *a. c.* **V** || **25** cum] et cum **B** || **26** pene **AV** poenae **B** | ille *a. c.* **B** | fugisse **V²** fuisse **AB** fugisset **V**

E Et ⌜Sparsvm⌝ hoc colore declamasse ⌜memini, hominem inter scholasticos sanum, inter sanos scholasticum.⌝

16 Cestivs ⟨longe⟩ alio colore [longe] usus est: dixit ⌜non iram fuisse illam patris sed calliditatem. 'non habebam' inquit 'unde redimerem. quem rogarem pecuniam in tam avara civitate, in qua ne filii quidem 5 patres alunt? usus sum consilio: sciebam piratas non crudeles esse sed avaros. volui efficere, ut desperarent †non† illum redimi⌝ et propter hoc E supervacuum et sum⟨ptui⟩ futurum dimitterent. ⌜an prudenter cogitaverim, nescio; interim, feliciter cogitavi⌝: post epistulas illas, quas accusat, dimissus est.' 10

Latro totum se ab istis removit coloribus et advocavit vires suas tanto totius actionis impetu, ut attonitos homines tenuerit; hoc enim E colore usus est: nescio, quid scripserim. olim iam mihi ⌜excussa mens est. ex quo vidi filium unum in arce, alterum in adulterio, tertium in E parricidio⌝, ex quo respersus sum fili morientis sanguine, ex quo ⌜relic- 15 tus⌝ sum ⌜solus, orbus, senex⌝, odi meos. ⌜hic color illius viribus approbandus est; quanta enim vi opus est, ut aliquis accusando se miserabilem faciat!⌝

17 Albvcivs omnes colores miscuit, et, ut hoc liberum esset, patronum patri dedit nec voluit narrare. a propositione coepit: alumenta pater 20 a filio petit. deinde, cum ad defendendum venit quod scripsit duplam se daturum, si manus praecidissent, primum Latroniano colore usus est: hoc, inquit, respondeo: nescit, quid fecerit, ⟨in⟩ insaniam malis actus est. hic philosophumenum locum introduxit, quomodo animi magnis calamitatibus everterentur, deinde anthypophoran sumpsit: 'mentiris, 25 ille vero iratus fuit.' cogis, inquit, me dicere iratum tibi merito fuisse; ⟨et⟩ exsecutus est omnia; hoc illi inter cetera obiecit, quod occupat⟨urum arcem⟩ fratrem suum ignorasset aut dissimulasset, ut tyrannicidio quo-

1 et *ed. Schott.* ut **α** | Sparsum **E** -sim **α** | declamasse *ed. Schott.* -sset **α** | nemini **AB** || **3** longe *huc transp. Gertz* alio longe colore *C. F. W. Müll., Otto* colore longe alio *Thomas* || **5** nec **V²** | quedem **V** *corr.* **V²** || **6** patris *a. c.* **A** || **7** ut] et ut **AB** *corr.* **A²** ut et *Burs.* | non] posse **E** | propter] pp̄t **A** || **8** et sumptui *Burs.* et cum **α** *del. Müll.* | an **E** in **α** || **9** interim **E** *om.* **α** || **11** *an* ⟨in⟩ totum*?* || **12** tanto] tan **AB** | attonito **V** *corr.* **V²** || **14** arce **τ** mare (-ri **V**) **α** || **15** parricidiu *a. c.* **V** || **16** orb **A** || **17** quanto **V** | vi **E** *om.* **α** | miserabilem **BV²** mira- **AV** || **19** albutius **B** | patrocinium *a. c.* **V** || **20** a propositione **τ** ad propositionem **α** | coepit *Schott* coepta **AB** coeptam **V** | alimenta **V** || **21** tum **B** | defundendum **A** || **23** in insaniam malis *ed. Rom.* insania mali **α** | aetus **V** || **24** philosophumenum **B**, *et sic scribendum* (*non* -menon, *ut vulg.*) *docuit Novák* philosophum enim **A** philosophicum (-icum *ras.*) **V²** | animi *ex* -imo **V²** || **25** antipophoran **α** || **26** cogis **V²** -it **α** || **27** et *suppl. Otto* | est **L** es **α** || **27.28** occupaturum arcem *scripsi* (arcem *suppl. etiam Faber*) occupat **α** || **27–28** quod occupasse ⟨arcem⟩ f. s. i. [aut dissimulavit] *Wb.*, *alii alia* || **28** ignorasset] *fere* = *neglexisset, non curasset* | dissimulasset **A²** -lassiit **A** -lavit **BV** | ut *Wb.* aut **A** ait **A²BV**

que eius commendationem ⟨de⟩traheret. deinde ad illum colorem redit Cestianum: sed puta illum consilio fecisse quae fecit; quid ergo? quid iste tamen dicit? quare scripsisti? nihil dicit: flet, mori vult, sed non fame.

5 In hac declamatione ALBVCIVS hanc sententiam dixit dubiam inter 18 admirantes et deridentes: panem, quem cani das, patri non das.

GLYCON egregie dixit: *ἐλεήσατε αὐτόν· υἱὸς κινδυνεύει πατέρα θρέψαι.*

GARGONIVS fuit Buteonis auditor, postea scholae quoque successor, vocis obtusae sed pugnacissimae, cui Barrus scurra rem venustissimam 10 dixit: centum raucorum vocem habes. hic putavit se vafrum colorem excogitasse pro patre: ego, inquit, dictavi: 'duplam dabo, si manus non praecideritis'; librario una syllaba excidit, 'non', et scripsit 'si praecideritis'. digna res, quae voce illa diceretur!

ARTEMON dixit: *φιλότεκνε πάτερ, καὶ σοὶ τιμωρεῖν ἀποκνεῖ τις;*

15 ADAEVS dixit: *εἴδομεν ταχινὸν σκάφος. καί τις τῶν ἀντιώντων ἐν τούτῳ τῷ σκάφει πατήρ ἐστιν;*

NICETES dixit: *διπλᾶ δώσω, ἂν ἀποκόψητε τὰς χεῖρας. ἐζήτουν οἱ πειραταί· μή τι ἐτυράννησας; μή τι ἐμοίχευσας;*

⌜QVI TER FORTITER FECERIT, MILITIA VACET. Ter fortem pater in aciem 8 E 20 quarto volentem exire retinet; nolentem abdicat.⌝

PORCI LATRONIS. Miserrimus pater iam non viderem filium, nisi abdi- 1 carem. Fortis plus quam legi aut patri ⟨satis⟩ est tertio mihi non redit

1 eis **B** | detraheret *Wb.* fratre *α* detrahere *Haase, p. 52, 28* voluit *pro trad.* ait *legens* || 2 puta *Wb. per litt.* puto *α* || 3 scripsisti *scripsi* -isse *α* -isset *dett.* || 5 albius **AB** -butius **V** || 6 quae **A** | patri *ex* -re **V**² || 7 clycon **AB** clicon **V** | eaeHCΛTeΛYTON (eΛe- **V**) *α* | MOC *α* | RINΛYNeYeI **AV** RINΛYeI **B** | *θρέψαι*] OPeYΛI **AV** OPYΛI **B** || 8 Gargonius *ed. Schott.* gorg- *α* || 9 *utrum* obtusae *an* obtasae *in* **A**, *incertum* | Barrus *Müll.* baros *α* | scura **B** || 10 voce **A** | vafrum *Thomas* varrium (-r- **V**) *α* || 12 exciditur **A** || 14 artenon **A** | ΦΙΛΟΤeRNe ΠΛΤeP (ΤΙΛΤeP **A**) RΛΙCOI *α* | *τιμωρεῖν ἀποκνεῖ τις Haase* TITMPeINN ΛΠΟ (ΛΤΙΟ **A**) RΠCΠC (RTICTIC **A**) *α* || 15 Adaeus *vulg.* adeos *α* | *εἴδομεν Kiessl.* donen *α* | *ταχινὸν Thomas* taxeiNON (-NONN **B**) *α* *ταχῦνον Gertz* | eRΛΦOC **AV** eKΛΦOC **B** | RΛΙ **AV** | *τῶν*] ⅂ωN **B** | *ἀντιώντων Gertz, Müll.* ΛNTIωN *α* *ναυτῶν Kiessl.* | *τούτῳ*] eωyTωI **BV** eΛyTωI **A** || 16 ΤΙΛΤNP **A** | PC̄TI *α* || 17 *δώσω*] OωCω **A** | *ἀποκόψητε Burs.* ΛTIOROYNTe **A** ΛΠOROYHTe **BV** *ἀποκόπτητε manus recens in* **T** || 18 *πειραταί*] NeP- **A** ΠeP- **BV** | *μή*¹] MN *α* | eIYPΛNNHCΛC MN *α* | *ἐμοίχευσας Schult.* CMOIXECAC (-ICE- **V**) *α* || 19 malitia **A** | fortem] fortiter (*et mg.* agentem) **V**² | acie **V** || 21 Porci Latronis *om.* **V** *suppl.* **V**² | miserrimus *dett.* iserrimum **AV** miserrimum **BV**² || 22 fortis *dett.* tortis *α* | legi *ed. Rom.* -ge *α* | patri ⟨satis⟩ est *Schott* (*sed* sat *scr.*) patris est *α* patriae satis est *Kiessl. sed cf. p. 54, 14* | mihi *bis* **A** | redit *Haase, Burs.* (-iit) reddit **AB** redditur **V** reddidit ⟨se⟩ *Walter* (*propter praeced.* mihi)

E sed relatus est. ⌜quod patriae superest, patri vindico.⌝ Fugit me filius, et quidem ad hostem. Quousque pavidus proeliorum nuntios expectabo? filii mihi vacationem peto.

CESTI PII. Abdico filium, ut habeam. Non minus vacatio mea rei publicae profuit quam militia: duxi uxorem. sic descendit in narrationem: 5 tertio audivi velut denuntiantes deos: faceret adulescens iam felicitatis suae finem. ego advocationem in unam pugnam petii: accidat, inquam, quidquid timeo, si illum amplius in aciem dimisero; cum diis pactus sum. 'Non timeo' inquit; hoc est, cur timeam. Obicitur mihi, quod me filius oderit. 10

2 E ARELLI FVSCI patris. ⌜O me filio pugnante iam lassum!⌝ Magna omina sunt: nihil hoc putas, quod viri fortis pater timeat? Miserum me, iam E hosti nimis notus es, ⌜iam pro te nescioquid etiam lex timet. miraris, si, quod legi satis est, patri nimis est?⌝ 'Numquid luxuriam' inquit 'obicis?' ego vero te etiam hortari possum in voluptates: quousque duro 15 castrorum iacebis cubili? quousque somnum classico rumpes? quousque cruentus vives? simus hilares: trium victoriarum vota solvenda sunt. Tot acies sustinuisti, tot vulnera; possum cum re publica queri: sero dimitteris. Subinde audio te dicentem: 'malo gloriam quam vitam.' hoc ergo me exanimat, quod mori tibi tam facile est. Denique uno quiesce 20 bello.

3 E POMPEI SILONIS. ⌜Causa mihi abdicandi est, ne sine filio vivam⌝, E quem tam diu non viderem, nisi abdicarem. ⌜Abdicatio mea in potestate abdicati est.⌝

ROMANI HISPONIS. Quid fatigatae felicitati molestus es? quid expec- 25 tas, donec castris eiciaris?

MENTONIS. Erubescit res publica tam cicatricoso milite uti. Non oportet tantam virtutem sine successore concidere; ducenda uxor est, sed iam nunc te admoneo, ne unum tollas.

CORNELI HISPANI. Non ante te retinere coepi quam dimisit res publica. 30

2 ad *ex* ab **V**² || 4 Cesti Pii *om.* **V** *suppl.* **V**² | vacatio mea] -ionem a **A** -ione a **B** || 5 si **AB** || 6 denontiantes **B** || 7 accidit **A** || 9 inquat *a. c.* **V** | obicietur *Müll.* || 11 Arelli Fusci patris *om.* **V** *add.* **V**² | lassum **E** τ lassus sum α | omina *Gron.* omnia α || 12 quid **AB** | viri *dett.* vir α || 13 hostis **V** | es *Burs.* est α || 14 leges **AB** | satis est] sacies **B** | nimi *a. c.* **B** || 15 hortari possum *Haase, Burs.* mortali possum **AB** morari posco **V** | voluptares **A** || 15–16 duro – quousque¹ *om.* **A** || 16 cubili *Petschenig, Opitz* cubiculi **BV** -culo **V**² | classicorum res **AB** || 20 examinat **B** || 21 bellum *a. c.* **B** || 22 Pompei Silonis *om.* **V** *suppl.* **V**² | causa mihi **E** causam **AB** causa (*ex* -am) **V** | ne] reo **AB** || 23 tam] iam *Haase* || 25 Hisponis **L** hispani α hisponi **T** | felicitate *a. c.* **B** | molestius est **AB** | fatigante felicitatem molestius est *C. F. W. Müll., Madv.* || 27 cicatricoso **V**² -cuso **AV** cicatriso **B** | militate **B** || 28 successori (*ex* -re) **V**² | concidere *Haase, alii* -cedere α | dicenda *a. c.* **B** || 30 Corneli Hispani *om.* **V** *suppl.* **V**² | hispanni **B**

Nullum iam tibi vulnus nisi per cicatricem imprimi potest. Adhuc diutius fuisti cum hoste quam apud patrem: domi tantum sanatus es.

IVNI OTHONIS patris. ⌜Optimus virtutis finis est antequam deficias desinere.⌝ E

5 Ex altera parte *** Ter fortiter *** ⌜certe pugnare abdicatis licet.⌝ 4 E

ALBVCI SILI. Quis hic subitus insonuit tumultus? numquid imperator vocat? venio. Plurimum in prima acie laboravi *** ⌜Pudet me: ter victi militant.⌝ E

P. ASPRENATIS. 'Quousque' inquit 'periclitaberis?' bene habet, iudices:
10 pater me putat dignum esse, qui salvus sim. ⌜Senator post sexagesimum et quintum annum in curiam venire non cogitur, non vetatur.⌝ praetorio licet praetexta toga uti festis aut sollemnibus diebus: numquid necesse est? ⌜quidquid⌝ aut praemii aut ⌜honoris nomine datur, in utramque partem licet; alioqui desinit praemium esse, cui necessitas iniungitur.⌝ E E
15 Pareo illi patri, qui gloria nos immortales fieri dicebas, qui ex acie redeuntis vulnera osculabaris. ad haec nova et diversa imperia subito me (5) circumagi putas posse? non ita est: ille in nos dominatur affectus, qui animum primus intravit; luxuria, avaritia, desidia, [iustitia] timor non dediscuntur, et cotidie omnia haec aut castigantur aut puniuntur:
20 tam[en] etiam vitiorum tenaces sumus. Crede mihi, pater, non sum mei iuris, cum ille proelii clamor exortus est; invadere hostes libet, obstantis cuneos gladio diducere. Hic impetus, hic ardor animi domum tuam trinis hostium spoliis adornavit, huic supplicationes illas debes, propter hunc me, etiam cum abdicas, diligis. Non animus mihi, ⟨non⟩ lingua constat;
25 in alieno opere comprehensus sum; toga ipsa humeris non sedet. ad obsi- (6) dendum hostem, ad occupandum castris locum, ad intercipiendos hostium commeatus ire iusseris: non animo ⟨nec viribus deficiar⟩. ⌜otium imperas E

1 inprimo **V** *corr.* **V**² ‖ 2 domi *ed. Rom.* dum α | sanatur *a. c.* **B** | est **AB** ‖ 3 otonis α ‖ 5 fortites **A** | certe **E** *om.* α | pugnantem **V**² ‖ 6 fili **AV** | subitos **AB** | tumultis **AB** ‖ 7 *lac. indicavi* ‖ 8 militare **V** ‖ 9 P.] pubi α | periclitaberis] pere- **A** -abaris *a. c.* **V** ‖ 11 non vetatur *om.* **A** | non²] nec **E** num *Schott* ‖ 12 toca **AB** togaga *a. c.* **V** | aut] ut **AB** ‖ 13 datus *a. c.* **V** ‖ 14 desinit **E** desit α -siit **V**² | iniungitur **E** iung- α ‖ 15 illi patri] *fere = illi priori patri* ‖ 15–16 qui² – osculabaris *om.* **A** ‖ 16 ad τ at α | subito] -to *ras.* **A**² ‖ 17 effectus **B** ‖ 18 disidia **A** | iustitia (iut- **B**) *delevi, corruptelam vocis* desidia *pos tveram lectionem illatam male receptam suspicatus* impudicitia *Kiessl.* invidia *Müll.* ‖ 20 tam τ tamen α | mi α | sum mei **V**² summi **AB** summe **V** ‖ 21 cum **V**² summi **AB** sum (*ut vid.*) **V** simul *Gertz* | illi **V** *corr.* **V**² | abstantis *a. c.* **B** ‖ 22 cuneos **V**² cum eo **AV** cum ego **B** | gladio *scripsi* -diis α | diducere *ed. Frob.* de- α | imputes **AB** | demum **AB** ‖ 23 hostis **V** *corr.* **V**² | huic *dett.* hic α | debes *Wachsmuth* -beo α | hunc *Wachsmuth* hoc α ‖ 24 deligis **AB** | mihi, ⟨non⟩ *Müll.* in α ⟨nunc, non⟩ mihi *Kiessl.* nunc mih⟨i, non⟩ *Novák* ‖ 25 numeris **AV** | sedet *Gruter* cedet (-it **V**) α ‖ 25.26 obsidendum hostem **V**² silendum hospitem α ‖ 27 iusseris *ed. Herv.* -erit α | nec viribus deficiar *supplevi* ‖ 27–*p. 56, 1* otium imperas animo non **E** *om.* α

E animo non otioso.⌝ quotienscumque ⌜tumultus⌝ aliquis ⌜exortus est, in me civium deriguntur oculi⌝, me⟨as⟩ spectant manus; ⌜et adhoc – verum dicendum est – nihil patria debet mihi: numquam pugnavi nisi coactus.⌝ Credisne quicquam referre, ubi simus, quem vitae cursum agamus? eadem pericula nos ubique circumstant, et totidem ad mortem 5 viae sunt. Interdum continuatus labor firmiores facit; saepe, quod corroboraverat, desidia consumpsit.

E MARVLLI. Sine me aliquod meritum in patriam conferre: ⌜adhuc militia mea legis munus est.⌝ Pugnabo et abdicatus, nec verebor, ne ⟨in⟩utilis E sit opera mea patri⟨ae⟩: ⌜Athenienses abdicato vicerunt duce. quantum⌝ 10 inter me et illum ⌜interest! ille abdicationem virtute delevit, ego merui.⌝

7 Divisio. Prima quaestio illa ab omnibus facta est vulgaris: an filius ob id, quod sui iuris sit, abdicari possit. deinde, an debeat. haec tota tractationis est. Graeci illam quaestionem primam solent temptare, quam Romanae aures non ferunt: an vir fortis abdicari possit. non video autem, 15 quid adlaturi sint, quare non possit, nam quod et vir fortis est et totiens fortiter fecit, non plus iuris illi adfert, sed plus commendationis.

8 Colorem a parte patris quidam duriorem fecerunt; voluerunt enim videri invisum filio patrem, itaque illum malle ⟨cum⟩ hostibus vivere quam cum patre. paene omnes: esse adulescentem insatiabilem gloriae 20 et propter ⟨id⟩ ipsum patri et moderandum et continendum. quidam ex toto ad patris indulgentiam refugerunt et non disputaverunt hoc modo, quo SILO POMPEIVS disputavit, qui sic divisit, ut diceret: etiamsi patrem non haberes, desinere debebas; qui patrem habes, desinere debes, quia 9 pater vetat. aut illo modo, quo GALLIO, qui sic divisit hanc partem: hoc 25 impero rei publicae ⟨causa⟩, tua causa, mea causa. sequentia duo videtis quemadmodum potuerit implere; illud, rei publicae causa se imperasse, sic tractavit: primum, ut pluribus iuvenibus pateat ad virtutem aditus,

2 omnium civium **E** | diriguntur **AV** | meas *dett.* me *α* | adhuc *dett. quod fort. recipiendum* || 3 est **E** *om. α* | mihi (*ex* mi **V**²) numquam **V** minus quam **AB** *cf.* **E** (*p. 64, 14*) || 4 quicquam *dett.* quiquam *α* | ubi simus *Schult.* tibi scimus *α* | agamus *ex* agas **V** agas **AB** || 8 marilli *α* | conferre *manus rec. in* **T** -terere *α* || 9 mea legis **E** mealis *α* mea aliis **V**² | ⟨in⟩utilis *Schott* utilis *α* || 10 patriae *ed. Rom.* patri *α* | duce (*sc. Themistocle*)] duces *a. c.* **A** || 12.13 ob id] obit **AB** || 15 fuerunt **A** | an] nam **AB** || 16 sint] s̄ (= sunt) *bis* **A** | et totiens *om.* **B** || 17 fortiter fecit *Müll.* fortiter egit **V** *om.* **AB** *sed in* **A** *post* totiens *repetuntur verba* et vir fortis est | iuris] viris **A** | illis **AB** || 18 ad partem **AB** | quidam] quiditer **A** quidicit **B** | durior ē (= est) **A** || 19 filico *a. c.* **A** | cum *suppl. dett.* || 20 poene **A** pene **B** | *fort.* omnes ⟨dixerunt⟩ || 21 et¹ *Kiessl.* sed *α* | id *suppl. Haase, Burs., cf. e. g. p. 364, 17* || 22 ad] a **AB** || 24 qui *Gertz* quia *α* | patrem – quia *om.* **B** || 25 aut *Gron., qui etiam* neque (*'potius* nec' *Müll.*) *prop.* fac **AB** facit **V** || 26 imperio **A** | causa¹ *suppl. ed. Herv.* | tua] t- *ras.* **V**² || 27 publicae *ex* prae **V**² || 28 ut pluribus] ut (aut **B**) tribus **AB** | iuvenis *a. c.* **B**

non debere omnem occasionem fortiter faciendi ab uno occupari. deinde,
expedire rei publicae non videri ex uno pendere: futurum, ut animi et
hostium crescerent et suorum frangerentur, si casu ter fortis occidisset.
ad ultimum, utile esse rei publicae ter fortem servari, ut sit, qui osten-
5 datur iuventuti: iam illum magis posse ornamentum esse quam praesi-
dium. illum sensum veterem, ⌜'iam pro viro forti nescioquid etiam lex E
timet'⌝, hoc loco Gallio posuit: ⌜haec quoque, inquit, ter viro forti aut
diffidit aut consulit⌝.

Ne illam quidem secuti sunt tractationem, qua usus est Blandus, qui 10
10 dixit: militia tibi supervacua est, invidiosa est, periculosa est. super-
vacua est, quia non cogeris, immo verecunde vetaris. gloriae causa ali-
quis militat: consecutus es gloriam; vacationis causa: consecutus es; prae-
mii ⟨causa⟩: tria domi praemia sunt. et sic transit, ut diceret invidiosum
esse unum hominem totiens optare omnes honores intercipere; quam
15 periculosa res esset invidia, quam magnos viros oppressisset. hic exempla.
periculosam esse militiam eodem modo collegit quo ceteri. illud unum
[non] adiecit de lege, non posse iam illum fortiter facere, quia omnes
illum hostes peterent; et adiecit: ideo lex ter fortem dimisit; scit illum
iam observari ab hoste.

20 His ergo omissis illi, qui amantem patrem induxerant, hoc genere ege- 11
runt: non possum pati, non possum desiderium tui sustinere. hoc loco
AESCHINES ex novis declamatoribus, cum diceret: non me gloria cupi-
diorem tui fecit, non omnibus admiranda virtus, 'confitebor' inquit 'ad-
fectus patris, quos ut quisque volet interpretetur: *οὕτως ἂν καὶ δειλὸν*
25 *ἐφίλουν.*' videbatur hic, dum indulgentiam exprimit, non servasse
dignitatem patris.

Placebat autem LATRONI potius ratione retinere patrem quam af-
fectu, cum in ratione habeat aliquem locum et affectus.

ASPRENAS colorem secutus est longe alium; dixit enim se non negare 12
30 rei publicae viri fortis operas, sed ad necessarios casus reservare: si ma-

1 deberem **AB** | omnem **τ** -ium **α** | occasinem **A** || 2 videri **A**^{2}**τ** -erint **α** | tantum ex uno *dett.* | ut *dett.* et **α** ut et **τ** | animi et] animae **V** animi **V**^{2} || 5 iuventuti iam] iuvenitatuam **B** || 6–7 *cf. p. 54, 13* || 6 forti *dett.* -te **α** || 7 Gallio **τ** -ius **α** | haec *Schult.* hoc **α** lex **E** | coque **B** | fortia ut **A** || 8 difidit **AB** || 10 periculo **A** || 11 inimo **B** | verecunde **V**^{2} -diae **AB** -dia **V** || 12, 13 praemii ⟨causa⟩ *Burs.* praemium **α** -miorum *Otto* || 13 praemia] praemi **A** || 14 unam *a. c.* **B** | toties **α** || 15 esset (*sed del.*) res esset **A** || 16 pericula **V** *corr.* **V**^{2} | modo *Madv.* loco **α** | quo *Haase, Burs.* quod **α** | ceteri *Kiessl., Madv.* certe **α** || 17 non[1] *del. Novák* || 17–18 adiecit – peterent et *delendum cens. Jahn* || 18 adiecit *del. Müll.* || 20 missis **V** *corr.* **V**^{2} | induxerunt **B** || 21 desiderii **V** || 22 novis *Faber* (*cf. p. 59, 10*) bonis **α** || 24 ΟΥΤΑC **A** | *δειλὸν Burs.* ΛΤΙΛΟΝ **AV** ΤΙΛΟΝ **B** *ἀπαλὸν Gertz* *ἄτιμον manus recens in* **T** || 25 his *Otto* || 27 retinere *Schult.* -eri **α** | adfectum *a. c.* **V** || 28 rationatio *a. c.* **V** | affectus *dett.* asp- **α** || 29 se *ex* si **V**^{2} || 30 fotis **B** | operam *Kiessl.* (*cf. p. 56, 10*) opera *Müll. quod aeque bonum, cf. p. 58, 16* | sed] se **A**

gnum aliquod bellum incidat, tunc et veteranos vocari ad arma. et illa sententia eius hoc loco valde laudata est: nunc illi militent, quibus necesse est; tu militabis, si erit necesse. sic venisse populum Romanum ad Scipionem Aemilianum, cum maius bellum Numantinum apparuisset, quam quod sustinere alii duces possent; magnum intervallum inter Carthaginem et Numantiam Scipioni datum. sic ad Pompeium, cum piratae maria clausissent. magna praesidia non esse consumenda. hoc loco Asprenas de lege dixit et ipse sententiam: videlicet ad hos casus lex ter fortem seposuit.

13 A parte filii colorem induxerunt quidam, ut illum cupidum gloriae et bellicosum facerent. NICETES quidem hoc usus est verbo: *παραστήσομεν αὐτὸν τοῖς δικασταῖς ἀρειμάνιον*, et sic egit, ut quereretur, quod cessarent manus suae, quod inermes essent.

LATRONI non placebat hic color: malebat adulescentem iudicio quam morbo militare. hoc est, inquit, quod pater efficaciter dicat: detrahere illum operibus suis glo⟨riam ut te⟩merarium, sanguinarium, quem nec pater possit retinere nec lex dimittere.

14 Quidam pacti sunt cum patre tamquam MENTO, qui dixit semel tantum militare se velle, ut aliquid videretur rei publicae supra legem praestitisse. quidam perpetuam denuntiaverunt militiam: quamdiu vires fuissent, non defuturum rei publicae ⟨virum⟩ fortem. non probabat hunc colorem LATRO: negabat patri abscidendam spem filii in perpetuum.

VIBIVS RVFVS hoc colore egit, quo Mento, sed illud adiecit: pervenire ad se voces invidentium illas: 'numquid amplius pugnavit quam dum necesse illi fuit?' quidam hoc quoque compositum et simulatum inter nos putaverunt, ut ego militare vellem, tu vetares.

15 LATRO vehementer egit a parte patris et adiecit: abdicato quoque non permittam exire: iniciam manus, tenebo, novissime ante limen exeuntis cadaver hoc sternam. ut ad hostem pervenias, patrem calca.

Putabat PLANCVS, summus amator Latronis, hunc sensum a Latrone

1 incidat **V**^{2} -dit *α* -derit *Kiessl.* | veteranoso cari *in* veterano suo cari *corr.* **A** || 2 uualde **A** | illum litent **A** || 3 necesse] necesse est *a. c.* **V** || 4 scipione me milianum **V** *corr.* **V**^{2} | Numantinum *τ* -tarum **A** -tiarum **BV** -tianum *Kiessl.* || 6 charginem **A** char(car- **V**)taginem **BV** || 7 clausisset *a. c.* **V** || 8 et *τ* ut *α* | at **AB** || 10 duxerunt **A** | quidem *a. c.* **A** || 12 ΛΙΚΑΙϹΤΛΙϹ **AB** ΛΙΚΛΙϹ **V** | ΛΡΙΤΜΑΝΤΟ *α* | egite **B** || 13 esset *a. c.* **B** || 14 placebant **AB** || 15 quid **AB** || 16 gloriam, temerarium *Faber*, ut *add. Watt* glomerarium (-men- **A**) *α* || 19 rei **D** res *α* || 20 restitisse **AB** || 21 virum *suppl.* **V**^{2} || 24 quo *dett.* quod *α* | adiecit *dett.* -icit *α* || 25 *fort.* ⟨quam⟩ pugnavit [quam] || 27 utaverunt **AB** | veteres **AV** *corr.* **V**^{2} || 28 adiecit *ex* aciecit (*ut vid.*) **V**^{2} || 29 tenebo *ras.* **A**^{2} | lumen exentis **A** | exeunti *Karsten* || 30 strenam **A** | patre **V** *corr.* **V**^{2} || 31 amator] declamator **V**

fortius dictum, a LESBOCLE Graeco tenerius, qui dixit sic: *κείσομαι· ὡς τεῖχος, ⟨ὡς⟩ τάφρον ὑπέρβηθι καὶ πατέρα.*

FVSCVS ARELLIVS religio⟨sum⟩ patrem induxit ominibus territum; aiebat praeceptorem suum in hac controversia describentem pericula
5 futuri proelii ab hoc Homeri versu coepisse: *δαιμόνιε, φθίσει σε τὸ σὸν μένος.* GLYCON dixit: *ὄψεσθε, πῶς θανάτου καταφρονῶ· τούτου πατήρ εἰμι.* DIOCLES CARYSTIVS dixit: *ἂν ἐπιτύχῃς, μίαν προσθήσεις ἀριστείαν· ἂν δ' ἀποτύχῃς, τρεῖς ἀριστείας ἀπολέσεις.* GLYCON dixit: *οὐκ ἔστιν* 16 *εὐοιωνιστὸν ὑπὸ κλαίοντος προπέμπεσθαι.* AESCHINES, non ille orator
10 (tunc enim non declamandi studium erat) sed hic ex declamatoribus novis dixit, cum denuntiaret filio periculum et praesagiis tangi se diceret: *ἔστιν τι πατὴρ εἰς υἱοῦ τύχην μαντικώτατον.*

DIOCLES CARYSTIVS dixit sententiam, quae non in declamatione tantum posset placere sed etiam in solidiore aliquo scripti genere, cum de
15 fortunae varietate locum diceret: *μία γάρ ἐστιν πρὸς τύχην ἀσφάλεια τὸ μὴ πολλάκις αὐτὴν πειρᾶσαι.* DORION dixit rem paulo quidem elatiorem quam pressa et civilis oratio recipit, sed qua egregie attonitos patris affectus exprimeret: *τίς ἐπιθυμία, τέκνον, ἡμαγμένα πιεῖν, ἡμαγμένα φαγεῖν; φοβοῦμαι, μή που παράταξις, μή που λοιμός, μή που πάθη σ'*
20 *ἕλῃ. φοβοῦμαι περὶ τῆς ⟨σῆς τύχης⟩. οἴκοι μένε. τί, τέκνον, φρυάσσῃ;*

1 a Lesbocle *dett.* males bode **A** ma lesbocle **BV** | sic] sicut *a. c.* **A** sic̄ **B** || 2 *ὡς suppl. Gertz* | YITePBHΘI (-HeI **A**) *α* | ITΛTePA **AB** || 3 arellus **V** *corr.* **V²** | religiosum *Gertz* religio *α* | ominibus *dett.* omnibus **AB** hominibus **V** || 5 proeliis **AB** | ab *C. F. W. Müll.* ob *α* | versu coepisse *C. F. W. Müll., Otto, Gertz* versu sedisse **AB** versus edidisse **V** | ΦΘICI **A** ΦΘIeI **BV** || 6 clycoc **A** | *ὄψεσθε Burs.* OΨeCOe (OYe- **A**) *α* | *τούτου*] *του* **B** || 6.7 *πατήρ εἰμι Müll.* TIΛTPIMI *α* || 7 Charistius **D²** aristius **ABV²** arestius **V** || 7–8 ΛNeΠ(N **A**)ITYΛHCMΛIN(MNN **V**) ΠPOeNCeITΛPICTHLNΛNΛΛΠOTYXHCIPΠCΛPICTeIΛCΛΠOΛeCeIC *α* (*sic continua scriptione semper Graeca in α scripta sunt, ut h. l. exempli gratia posui, sed perspicuitatis causa in app. plerumque voces spatio distinxi*) || 8 glicon **V** || 9 *εὐοιωνιστὸν Thomas* eYICΛNONICTON *α* *εὐκανονιστὸν Haase* *εὐδαιμονιστὸν Madv.* *εὐκληδονιστὸν Gertz* | *κλαίοντος Haase* KMCONTOC *α* | *προπέμπεσθαι Burs.* ΠPOΠeMTI (-MΓ- **B** -MΓI- **V**) COM (COΛI **A**) *α* | aecines *α* || 10 stidium **A** | novis *ed. Schott.* nobis *α* || 11 operaculum **A** opericulum **B** prericulum *a. c.* **V** || 12 eCIN **AV** eTIN **B** | *τι*] T **A** | *πατὴρ εἰς υἱοῦ τύχην Gertz* HATHP IC TIOY TYXHM *α* | MΛNTIXωTATON (MNTI- **A**) *α* || 13 caritius **AV** caristius **B** || 14 posse **AB** || 15 *γάρ*] TΛP *α* | *ἀσφάλεια*] ΛCΦΛXIΛ *α* || 16 *μὴ*] MΠ *α* | *πολλάκις Burs.* TOΛΛTΛKΛIC *α* | ΛTNN *α* || 17 qua] quae **A** || 18 exprimeret **V²** -timeret *α* | eΠIOYMIΛ *α* | *ἡμαγμένα*[1] *Haase* HNΛΓMeNΛ (NNΛT- **A** HNΛS- **V**) *α* | *πιεῖν Kiessl.* ΠeIN *α* *ποιεῖν Burs.* | *ἡμαγμένα*[2] *Haase* HMAΓMeNX (HMAT- **A**) *α* || 19 *φαγεῖν Kiessl.* ΦTeIN **AB** ΦIeIN **V** *παθεῖν Haase* | ΦOBOYHΛΔI (-NΛΔI **A**) *α* | *που*[1]] TIOY **AV** | HΛPΛTΛξIC (NΛPΛ- **A**) NH (NN **A**) *α* | *που*[2]] TIOY **A** ΓIOY **B** CIOY **V** | *λοιμός Haase* ΛeTMOC *α* *δεσμός Burs.* *λιμός Gertz, Müll.* | *που*[3]] ITOT *α* || 19–20 *πάθη σ' ἕλῃ Gertz* ΠΛPTKeTH *α* *παρασκευή Jahn* || 20 *περὶ*] TIEPI *α* | *σῆς suppl. Müll.* *τύχης suppl. Thomas* | OIKOUMeNe *α* *corr. Thomas* | *τί τέκνον*] TN TKNON (TRNON **A**) *α* | *φρυάσσῃ Müll.* ePYAC **A** ΘRYAC **B** ΘRψΛC **V** *ἐφρυάσσου Keil* | I annei senece. orator. et retor. liber II explicit feliciter incipit liber III. lege et stude **A** ac. orator et retor.

L. ANNAEVS SENECA

⟨EXCERPTA CONTROVERSIARVM LIBRI PRIMI⟩

Patruus abdicans

1 LIBERI PARENTES ALANT AVT VINCIANTVR. Duo fratres inter se dissidebant. alteri filius erat. patruus in egestatem incidit. patre vetante adulescens illum aluit. ob hoc abdicatus tacuit. adoptatus a patruo est. patruus accepta hereditate locuples factus est, egere coepit pater; vetante patruo alit illum. abdicatur. contra- 5 dicit.

Eo iam perductus erat, ut omnem spem ultimorum alimentorum in ea sola domo poneret, in qua habebat abdicatum et inimicum. 'Ipse' inquit 'me ali vetuit'; imitationem alienae culpae innocentiam vocas? Omnis instabilis et incerta felicitas est: quis crederet iacentem supra crepidinem Marium aut fuisse consulem aut fu- 10 turum? Quid non timendum felicibus putas, quid desperandum infelicibus? Ne circa plura instabilis fortunae exempla te mittam, vide, quis alimenta rogetur et quis roget. Non sum hospes gravis: unum senem advoco. Hoc tibi vitio, pater, placui. Perierat totus orbis, nisi iram finiret misericordia. Iactatus inter duos patres, utriusque filius, semper tamen felicioris abdicatus. Illud tamen, pater, deos testor: divitem 15 te relinquo. Circumibo, pater, aliena tecum limina, ostendam omnibus et me, qui alimenta dedi, et te, qui negasti. Abdicari non possum ob id, quod feci lege cogente. Quid, si flere me vetes, cum vidi hominem calamitosum? non sunt affectus nostri in nostra potestate. quaedam iura non scripta sed scriptis omnibus certiora sunt.
Pars altera. Crescere ex mea proposuit invidia homo, qui se melius iactare potest 20 quam defendere. Iustus meus metus est, ne heredem ingratum scribam, inimicum relinquam. Etiamsi tu non odisti eum, qui mihi fecit iniuriam, ego odi eum, qui fecit tibi. Desinit esse filius, qui non tantum abdicatus sed et ab alio adoptatus est. Audite, quam valde eguerim: fratrem rogavi! Quis es tu, qui de facto patrum sententiam feras? Ad te arbitrum odia nostra non mittimus; iudices habemus deos. 25
Extra controversiam dicta. Alfius Flavus praetextatus apud Cestium controversias declamabat. Semper autem commendabat eloquentiam eius aliqua res extra eloquentiam: in puero [eloquentia] lenocinium erat ingenii aetas.

Sacerdos prostituta

2 SACERDOS CASTA E CASTIS, PVRA E PVRIS SIT. Quaedam virgo a piratis capta 30 venit; empta a lenone et prostituta est. venientes ad se exorabat stipem. militem, qui ad se venerat, cum exorare non posset, colluctantem et vim inferre volentem occidit. accusata et absoluta et remissa ad suos est. petit sacerdotium. contradicitur.

Sacerdos vestra adhuc in lupanari viveret, nisi hominem occidisset. Quid mihi sacerdotem, cuius precaria est castitas? Id enim deerat, ut eas templa recipiant, 35

liber II explicit feliciter incipit liber III. lege et stude **B** L Annei Senece orator et retor liber II explicit feliciter **V** lege et stude *add.* **V**², *et sequitur, ut hic illic librum manuscriptum adhibuerit* **V**²
Vbi nihil de ea re adnotatur, falsa lectio cod. **M** *in recc. correcta est* || 3 adolescens **M** *et sic saepe, quod non adnotabo* | illum *ex* -ud **M**² || 4 alut **M** *corr.* **M**² || 5 ait **M** *corr.* **M**² | contradicit **M**³ CD **M** || 11 disperandum **M** | nec **M** || 13 adduco *textus integer, et sic h. l. fort. legendum* || 18 sunt] si *a. c.* **M** || 27 eius *om.* **M** *add.* **M**² || 28 eloquentia *del.Müll. et id quidem recte, nam post hanc vocem* in puero (inp) *scribere coepit* **M** *sed del., i. per errorem ad priorem vocem* eloquentiam *respexerat* || 30 e *utrumque*] c̄ *ex* e **M** *vel* **M**² || 31 veniit *mg.* **M**² || 34 vestram **M**

quas aut carcer aut lupanar eiecit. Indignam te sacerdotio dicerem, si transisses per lupanar. 'Fortuna pati coegit, et misereri debent omnes mei'; at nos non facimus miserandas sacerdotes, nec est apud nos maximus honor ultimorum malorum solacium. Ita domi custodita est, ut rapi posset; ita cara fuit suis, ut rapta non red-
5 imeretur; ita raptae pepercere piratae, ut lenoni venderent; sic emit leno, ut prostitueret; sic venientes deprecata est, ut ferro opus esset. Movet me respectus omnium virginum, si in civitate nulla inveniri potuit neque meretrice castior neque homicida purior. Nulla est satis pudica, de qua quaeritur. 'Omnes' inquit 'exoravi': si quis dubitabat, an meretrix esset, audiat, quam blanda sit. Putemus tres sacer-
10 dotium petere, unam quae capta sit, alteram quae prostiterit, tertiam quae hominem occiderit: omnibus nego.

Pars altera. Voluerunt dii esse miraculo in captiva libertatem, in prostituta pudicitiam, in homicida innocentiam. Narrate sane omnes tamquam ad prostitutam venisse, dum tamquam a sacerdote discesserint. Quam pudica sit, miles ostendit;
15 quam innocens, iudex; quam felix, reditus. Inter tot pericula dii non servassent, nisi sibi servaturi fuissent. Totus populus ad servandam pudicitiam contulit quidquid ad violandam attulerat. Dicat diis pudicitiam, quibus debet.

Extra. Longe recedendum est ab omni obscenitate et verborum et sensuum. quaedam satius est causae detrimento tacere quam verecundiae dicere.

20 ## Incesta de saxo

INCESTA SAXO DEICIATVR. Incesti damnata, antequam deiceretur, Vestam invocavit. deiecta vixit. repetitur ad poenam. 3

Id enim deerat, ut modestior in saxo esset quam in sacrario fuerat. Dubitari potest, quin usque ⟨eo⟩ deicienda sit, donec efficiatur, propter quod deiecta est?
25 patrocinium suum putat pereundi infelicitatem. quid, importuna mulier, precer, nisi ut ne bis quidem deiecta pereas? Exponam, cum quo stuprum vel quando commiserit? quia probavi ista, damnastis. Non putas legem cavisse, ut perires, quae cavit, quemadmodum perires? Male de diis aestimas, si sacerdoti suae tam sero succurrunt. Ita dii damnatam maluerunt absolvere quam sacerdotem?
30 Pars altera. Damnata deiecta est, absoluta descendit. Putares puellam non deici sed demitti. Lex sacerdotem non ad saxum usque differret, nisi sententiam expectaret deorum. Erat altitudo montis etiam secure despicientibus horrenda.

Fortis sine manibus

ADVLTERVM CVM ADVLTERA QVI DEPREHENDERIT, DVM VTRVMQVE CORPVS 4
35 INTERFICIAT, SINE FRAVDE SIT. liceat adulterium in matre et filio vindicare. vir fortis in bello manus perdidit. deprehendit adulterum cum uxore, de qua filium adulescentem habebat, imperavit filio, ut occideret: non occidit, adulter effugit. abdicat filium. contradicit.

1 carcere *in* -era *corr.* M[3] || 2 *post* lupanar *ras. 3 litt.* M || 4 *post* domi *duas litt. eras.* M || 9 putemus tem (*sed del.*) tres M || 16 totum M || 19 verecunde *ex* vericundiae M[2] || 23 potest] non p. M[3] || 24 eo *e textu integro suppl. C. F. W. Müll., Gertz* | denec M *corr.* M[2] || 26 stuprum] -uprum *ras.* M[3] || 27 quia *ex* cuia M[3] || 28 *post* si *duas litt. eras.* M || 31 demitti] di- M[3] | differet M deferret M[3] || 35 im matre M || 36 *post* deprehendit *duas litt. eras.* M || 38 contradicit (M)] DC *ras.* M[3]

Solus ego ex omnibus maritis nec dimisi adulteros nec occidi. Quis non putet aut me sine filio fuisse aut filium sine manibus? Conceptus est iste — ex quo, sciemus, cum adulteros deprendero. Tunc primum sensi me manus perdidisse. In bello meas, domi etiam filii manus perdidi. Tam frustra ad filium quam ad gladium cucurri. In bella non venit et ante patriae quam patri negavit manus. Vsque eo pugnavit pro vobis, ut pro se non posset. adulescens, quos dimisisti sequere. 'Non potui' inquit 'matrem occidere': quo sis excusatior, adice et 'patrem'.

Pars altera. Alterum putavi parricidium matrem coram patre occidere. Non semper scelera nostri iuris sunt, et truces quoque animos misericors natura debilitat. In tam inopinati flagitii spectaculo toto corpore stupui. pater, tibi manus defuerunt, mihi omnia. Priusquam in mei memoriam reverterer, exierunt. Maius erat scelus quod imperabas quam quod deprehenderas. Si quid exegeris maius viribus meis, dicam: ignosce, non possum. ignoscit filio pater navigationem recusanti, si non ferat mare; ignoscit non sequenti castra, si non potest, quamvis pater ipse militaris sit. Ipsam legem recita: 'liceat marito, liceat et filio'; quare tam multos nominat, nisi quod putat esse aliquos, qui non possint? Exierunt adulteri inter patrem debilem et filium stupentem.

Raptor duarum

5 RAPTA RAPTORIS AVT MORTEM AVT INDOTATAS NVPTIAS OPTET. Vna nocte quidam duas rapuit. altera mortem optat, altera nuptias.

Stupro accusatur, stupro defenditur; cum altera rapta litigat, alteram advocat. vindicate, patres, fortior publicae disciplinae severitas surgat: iam binae rapiuntur! Coit populus velut publico metu territus et vix credens duos fuisse raptores. Alteram iniuriae rapuit, alteram patrocinio. Perieras iam, raptor, nisi bis perire meruisses. Si te ante rapuisses et nuptias optasses, deinde hanc vitiasset antequam nuberes, negares illum iubente rapta debere mori? Nihil amplius raptori praestare potes quam ne tua lege pereat; contra alienam legem nullum ius habes. Tu raptori praestas, ut illum ipsa non occidas; non potes praestare, ne quis occidat.

Pars altera. Inter pares sententias mitior vincat. Refer Virginiam, dic Lucretiam; plures tamen Sabinae sunt. Contumeliosum mihi erit te dignam videri, in cuius honorem homo occidatur, me dignam non videri, in cuius honorem servetur.

Archipiratae filia

6 Captus a piratis scripsit de redemptione; non redimebatur. archipiratae filia iurare eum coegit, ut duceret se uxorem, si dimissus esset; iuravit. relicto patre secuta est adulescentem; duxit illam. orba incidit: pater imperat, ut archipiratae filiam dimittat et orbam ducat. nolentem abdicat.

Bonae spei uxor, bonae spei nurus, quae amare potest vel captivum, odisse vel patrem. 'In carcere' inquit 'ac tenebris iacebam'; narra, obsecro, soceri beneficia! Puella non misericordia mota sed libidine.

1 demissi **M** *corr.* **M**^{2} | au **M** *corr.* **M**^{3} || 2 cceptus **M** *corr.* **M**^{3} | quos *a. c.* **M** || 3 deprehendi *ex* -dero (*ut vid.*) **M**^{3} | meas] -s *ras.* **M**^{3} || 4 filii≡ **M** || 6 posset *ex* -ssit **M**^{2} | potuit **M** *corr.* **M**^{3} || 7 dice **M** *corr.* **M**^{2} || 8 putavit *a. c.* **M** || 9 et *eras.* **M** | animos *ex* -mes **M**^{3} || 12 imperabas *ex* -bis **M**^{2} || 19 quidam *ex* -dem **M**^{2} || 21 accusator **M** || 22 disciplinae *ras.* **M**^{3} || 23 alteram] -erum **M** || 24 rapiunt *a. c.* **M** | alteram] -erum **M** *corr.* **M**^{2} || 26 iubente] iuvenem *ras.* **M**^{3} || 28 non *utrumque*] num **M** || 31 honorem^{1} *ex* -ram **M**^{2} || 34 iurareum *a. c.* **M** || 35 imperabat **M** || 36 dimittit *a. c.* **M** || 37 vel^{1} *del. et post* quae *add.* **M**^{3} | vel^{2} *del. et ante* odisse *add.* **M**^{3}

Pars altera. Eo me loco non deseruit, in quem venire etiam pater timuit. Vidisses membra vinculis pressa, macie retractos introrsus oculos, attritas catenis et inutiles manus; talem quis amare nisi misericors potest? In tot consulatibus Marius nihil habet clarius quam se auctorem. Pompeium si hereditariae extulissent imagines, 5 nemo Magnum dixisset. Servium regem tulit Roma. Quid tibi videntur illi ab aratro, qui paupertate sua beatam fecere rem publicam? Non possumus una felices esse: quod solemus, una infelices erimus.

A piratis tyrannicida dimissus

LIBERI PARENTES ALANT AVT VINCIANTVR. Quidam alterum fratrem tyrannum, 7 10 alterum in adulterio deprehensum deprecante patre interfecit. a piratis captus scripsit patri de redemptione. pater piratis epistulam misit: si praecidissent illi manus, duplam pecuniam se daturum. piratae illum dimiserunt. pater in egestatem incidit, petit alimenta. negantem vult in vincla ducere. contradicit.

'Si praecideritis'; si irasceris, scribe potius 'si occideritis'; tyrannicida exitum ty- 15 ranni rogo. non timeo, ne, quas manus piratae solverunt, iudices alligent. Pro adultero filio rogas: quaerite nunc, quomodo tyranni fiant. 'Duplam dabo': apparet, pro unico filio rogat. 'Duplam dabo': alteram pro filio, alteram pro tyrannicida. 'si manus praecideritis': hoc nec adultero fecimus nec tyranno. Etiamnunc manus meas petis. nega tuam esse epistulam, et habes argumentum; dic: 'ego rogare etiam 20 pro adultero soleo'. Remiserunt me rei publicae cum manibus, patri cum epistulis. Hoc nostro saeculo ad fabulas deerat, ut narraretur aliquis solutus a piratis, alligatus a patre. Eius crudelitatis emptor, cuius nec pirata venditor. 'Duplam dabo': quid necesse est? potui vilius solvi. 'ut praecidatis manus': obstipuere praedones et 'indica' inquiunt 'patri non omnia piratas vendere'. Qualem optem patrem, nescio: 25 dives debilitat, egens alligat. neutrum manibus meis expedit. Vbi est patrimonium tuum, quo tyrannos instruis, quo adulteros facis?

Pars altera. Suscepi tria prodigia inter se et me furentia; unum qui patriam posset opprimere, alium qui fratrem violare, alium qui patrem. Lex haec scripta est pro malis patribus, nam boni etiam sine lege aluntur. Sciebam piratas non facturos, 30 nisi pecuniam accepissent, et si sperassent, utique praecidissent. Non ira illa patris sed calliditas fuit: unde redimerem, non habebam; rogare in tam avara civitate neminem poteram, in qua ne filii quidem patres alunt. usus consilio sum sciens piratas non crudeles sed avaros: feci, ut desperarent posse redimi. An prudenter cogitaverim, nescio; interim, feliciter cogitavi. Excussa mens est, ex quo vidi unum in 35 arce filium, alterum in adulterio, tertium in parricidio; relictus solus, orbus, senex. Qui color approbandus est impetu; magna enim vi opus est, ut aliquis accusando se miserabilem faciat.

⟨Extra.⟩ Sparsum memini hominem inter scholasticos sanum, inter sanos scholasticum.

3 nisi *ex* ni M[3] || **4** si] sibi M nisi M[3] || **5** disisset *a. c.* M | servum *a. c.* M || **10** abulterio *a. c.* M | piratus *a. c.* M || **11** epistulam fecit (*sed del.*) misit M || **13** CD M || **14** tyrannida M *corr.* M[3] || **22** credulitatis *in* crudu- *corr.* M[2] | venditus M *corr.* M[3] || **23** obstipuere *in* obstup- *corr.* M[2] || **26** tuum *om.* M *add.* M[2] | quo[1] *ex* quod M[3] || **30** accipissent M || **33** crudeles ⟨esse⟩ *Kiessl.* || **34** excussa *e textu integro ed. Frob.* exclusa *codd.* || **35** extra (*quam vocem l. 38 om. codd., vide infra*) *ante* relictus *habet* M, *del.* M[3] *et post* senex *inseruit* || **36** qui] hic M[3] || **38** Extra *suppl. Morgenstern, cf. adnot. ad l. 35* | insanum M | insanos M

Ter fortis

8 QVI TER FORTITER FECERIT, MILITIA VACET. pater ter fortem in aciem quarto volentem exire retinet; nolentem abdicat.

Quod patriae superest, patri vindico. O me filio pugnante iam lassum! Iam pro te nescioquid etiam lex timet. miraris, si, quod legi satis est, patri nimis est? Causa 5 mihi abdicandi est, ne sine filio vivam. Abdicatio mea in potestate abdicati est. Optimus virtutis finis est antequam deficias desinere. Lex quoque in ter viro forti aut diffidit aut consulit.

Pars altera. Certe abdicatis pugnare licet. Pudet me: ter victi militant. Senator post sexagesimum et quintum annum in curiam venire non cogitur nec vetatur. 10 Quidquid honoris nomine datur, in utramque partem licet; alioqui desinit praemium esse, cui necessitas iniungitur. Otium imperas animo non otioso. Tumultus exortus est: in me omnium civium diriguntur oculi: et adhuc – verum dicendum est – nihil mihi patria debet: numquam pugnavi nisi coactus. Adhuc militia mea legis munus est. Athenienses abdicato vicerunt duce. quantum interest! ille abdica- 15 tionem virtute delevit, ego merui.

2 aciem *in* acie *corr.* **M** *vel* **M**[2] || **7** virtutibus *a. c.* **M** | forte **M** || **10** curia veniret (*sed* -t *eras.*) **M** | vetetur **M** *corr.* **M**[2] || **11** alioquin *ex* -qui **M**[3] || **16** liber primus explicit. incipit liber secundus **M**

⟨CONTROVERSIARVM LIBER SECVNDVS⟩

⌜Seneca Novato, Senecae, Melae filiis salutem E

Cum repeterem, quos umquam bene declamantes audissem, occurrit 1 mihi inter alios FABIANVS philosophus, qui adulescens admodum tantae opinionis in declamando, quantae postea in disputando fuit. exerceba-
5 tur apud Arellium Fuscum, cuius genus dicendi imitatus plus deinde laboris impendit, ut similitudinem eius effugeret, quam impenderat, ut exprimeret. erat explicatio Fusci Arelli splendida quidem sed operosa et implicata, cultus nimis acquisitus, compositio verborum mollior quam ut illam tam sanctis fortibusque praeceptis praeparans se animus pati pos-
10 set. summa inaequalitas orationis, quae modo exilis erat, modo nimia licentia vaga et effusa: principia, argumenta, narrationes aride dicebantur; in descriptionibus extra legem omnibus verbis, dummodo niterent, permissa libertas. nihil acre, nihil solidum, nihil horridum: splendida oratio et magis lasciva quam laeta.
15 Ab hac cito se Fabianus separavit, et luxuriam quidem cum voluit ab- 2 iecit; obscuritatem non potuit evadere, haec illum usque in philosophiam prosecuta est. saepe minus quam audienti satis est eloquitur, et in summa eius ac simplicissima facultate dicendi antiquorum tamen vitiorum remanent vestigia: quaedam tam subito desinunt, ut non brevia sint sed
20 abrupta.

Dicebat autem Fabianus fere dulces sententias, et quotiens inciderat aliqua materia, quae convicium saeculi reciperet, inspirabat magno magis quam acri animo. deerat illi oratorium robur et ille pugnatorius mucro, splendor vero velut voluntarius non elaboratae orationi aderat.
25 vultus dicentis lenis et pro tranquillitate morum remissus; vocis nulla contentio, nulla corporis adseveratio, cum verba velut iniussa fluerent. iam videlicet compositus et pacatus animus cum veros compressisset affectus et iram doloremque procul expulisset, parum bene imitari poterat quae effugerat. suasoriis aptior erat: locorum habitus fluminumque 3

Praefatio libri secundi non nisi in E *tradita est* || 1 malae **M** | filii *a. c.* **M** || 3 inter] ante *dubit. Gertz* || 4 quan≡≡tae **M** || 16 usque in *ex* usquem **M**² || 19 sunt *a. c.* **M** || 21 inciderat *Kiessl.* (*cf. e. g. p. 66, 30*) -ebat *codd.* || 22 aliquam materiam *a. c.* **M** || 23 pugnatorius *β*² -toris *codd.* || 27 *post* compositus *scr.* animus *sed del.* **M** || 29 effugerat] -at *ras.* **M**³

decursus et urbium situs moresque populorum nemo descripsit abundantius. numquam inopia verbi substitit, sed velocissimo ac facillimo cursu omnes res beata circumfluebat oratio.

Haec eo libentius, Mela, fili carissime, refero, quia video animum tuum a civilibus officiis abhorrentem et ab omni ambitu aversum hoc unum 5 concupiscentem, nihil concupiscere — ut eloquentiae tamen studeas. facilis ab hac in omnes artes discursus est; instruit etiam quos non sibi exercet. nec est, quod insidias tibi putes fieri, quasi id agam, ut te bene cedentis studii favor teneat; ego vero non sum bonae mentis impedimentum: perge quo inclinat animus, et paterno contentus ordine subduc for- 10 4 tunae magnam tui partem. erat quidem tibi maius ingenium quam fratribus tuis, omnium bonarum artium capacissimum; est et hoc ipsum melioris ingenii pignus non corrumpi bonitate eius, ut illo male utaris. sed quoniam fratribus tuis ambitiosa curae sunt foroque se et honoribus parant, in quibus ipsa quae sperantur timenda sunt, ego quoque, eius 15 alioqui processus avidus et hortator laudatorque vel periculosae dum honestae modo industriae, duobus filiis navigantibus te in portu retineo.

Sed proderit tibi in illa, quae tota mente agitas, declamandi exercitatio, sicut Fabiano profuit. qui aliquando, ⟨cum⟩ Sextium audiret, nihilominus declamitabat et tam diligenter, ut putares illum illi studio parari, 20 5 non per illud alteri praeparari. habuit et Blandum rhetorem praeceptorem, qui eques Romanus Romae docuit; ante illum intra libertinos praeceptores pulcherrimae disciplinae continebantur, et minime probabili more turpe erat docere quod honestum erat discere. nam primus omnium Latinus rhetor Romae fuit puero Cicerone Plotius. apud Blandum diutius 25 quam apud Fuscum Arellium studuit, sed cum iam transfugisset, eo tempore quo eloquentiae studebat non eloquentiae causa.

Scio futurum, ut auditis eius sententiis cupiatis multas audire, sed nec ille diu declamationibus vacabat, et ego tanto minorem natu quam ipse eram audiebam quotiens inciderat, non quotiens volueram. in hunc 30 ergo libellum quaecumque ab illo dicta teneo conferam.⌝

1 E ⌜Dives tres filios abdicavit. petit a paupere unicum filium in adoptionem. pauper dare vult; nolentem ire abdicat.⌝

3 beatas *a. c.* **M** || **6** ut] tu *Thomas* | *utrum* tam *an* tamen *scr.* **M** *incertum* tantum **M**[3] *et recc. praeter* **S** (cum) || **9** favor *Madv.* labor **M** || **10** inquinat **M** *corr.* **M**[3] || **12** honarum **M** || **13** ei **M** *corr.* **M**[3] || **19** qui] quidem **M**[2] | cum *suppl. recc.* || **22** libertinos *ex* libertos **M** *vel* **M**[3] || **24** torpe **M** *corr.* **M**[2] || **28** eius *ex* et **M**[3] || **29** vacabat *ex* vocabit **M**[3] vacavit *Madv.* | tanto minorem *in* multo minor *corr.* **M**[3] || **30** ipse] i- *ras.* **M** | eram *Schott* erat (erat ut **P**) *codd.* | audiebam *ex* -bat (*ut vid.*) **M** || **31** ego **M** | ducta **MP** *corr. recc.*

Omissa praefatione et (et *om.* **B**) epistula (-stola **B**) controversia haec est α | **32** adoptione **B** || **33** addicat *a. c.* **V**

PORCI LATRONIS. Hancine meam esse fortunam? eodem tempore et 1
abdicor et adoptor. Ista videlicet domus adulescentem me non capit, quae
te senem fecit? Quietiora tempora pauperes habuimus: bella civilia aura-
to Capitolio gessimus. Divitias putas aurum et argentum? ludibria for-
5 tunae, quae interim cum ipsis dominis veneunt. Denuntio tibi, dives:
etiamsi venero, dabo operam, quod in tua domo facillimum est, ut ab-
dicer. Etiamsi multa contra expectationem accidunt, ⌜numquam⌝ ta- E
men ⌜futurum putavi, ut aut pater meus liberos odisset aut dives con-
cupisceret⌝. Non desidero patrimonium; fragilis et caduca felicitas est,
10 et omnis blandientis fortunae speciosus cum periculo nitor: et sine causa
saepe fovit et sine ratione destituit. vidi ego magni exercitus ducem sine
comite fugientem, vidi ⟨ab⟩ ambitiosa turba clientium limina deserta
sub domino sectore venalia. nam quid ex summis opibus ad egestatem
devolutos loquar? multa tibi succurrent exempla, etiamsi in una domo
15 quaeras.

RVFI VIBI. Habendos esse liberos is quoque iudicat, qui non libentis- 2
sime habet. Ego illos in frivola invitavi nostra: qui illis meam promisi
domum, suam eripiam? Quid faciam? si paruero, abdicabor; si non pa-
ruero, abdicabor. Patrem amo; haec est contumacia mea. Dives filium
20 non habet: me dabis. dives reduxerit suos: me recipies. ita non adoptari
sed commodari recuso.

CESTI PII. Accipe vitae meae testem, quod magni aestimas, divitem, 3
cui placere difficile est. Vultis scire, quare patrem non relinquam? quia
genuit me, quia educavit, quia abdicavit. ⌜Diu dubitavi, ille amicum E
25 temptaret an hic filium.⌝ 'Abdico' inquit; hoc pater verus: quid ab eo,
qui adoptabit, sperare possum?

Narratio CESTI PII. Dives ⟨sus⟩tulit unum filium; non fuit contentus:
quid enim erat diviti unus? tres sustulit; poterat etiam in adoptionem

1 latroni **B** | hancne α *corr.* V^2 | esse τ ipse α || 2 ab optor **A** | adulescente **AB** || 4 capitolo *a. c.* **V** | *signum interrog. post* argentum *posui* | ludribria *a. c.* **V** || 5 interim cum *Duker* inter iocum α | veneunt *Duker* -iunt α || 8 dius **A** || 10 nitor ⟨est⟩ *Schult.* || 11 fovit *Bentley quod dubit. recepi* fluit α ⟨af⟩fluit *Haase* | rationem **A** || 12 vibi **A** | ab *suppl. C. F. W. Müll.* || 13 sub *del. Watt* | sectore *Gron.* rectore α || 17 habent **AB** | fribola α | praemisi **A** || 18–19 *verba* quid faciam – mea (*l. 19*) *etiam p. 71, 11 post voc.* viridibus *in α leguntur, verba* dives filium – recuso (*l. 21*) *etiam p. 72, 4 post voc.* adpetit; *has lectiones signis* A^b *sim. distinxi* || 18 paruero² *p. c.* V^2 pasno **A** pameno **B** || 19 patrem] partem A^bB^b pertem V^b | amo α^b habeo α^a | haec] habeo **A** | contumatio ABB^b || 20 si dives **V** | reduxeris **AB** | recipiet A^bB^b || 21 recuso *post* adoptari (*l. 20*) α (*at non* α^b) || 22 quid *ex* quod V^2 || 23 quia *Wachsmuth* qui α || 24 quia¹ *Wachsmuth* qua **AB** qui **V** | quia²] qui **V** | dubitavi **E** τ -vit α || 25 temptaret **E** -avit α -arit *Burs.* | abdico τ -dica α | verus τ versus α || 25–26 ab eo qui *om.* **AB** || 26 adoptabit *ed. Schott.* -vit α *fort.* -rit || 27 sustulit **L** tulit α || 28 etiam *scripsi* enim α *quod del. Novák ut e priore* enim *ortum* unum *vulg.*

dare. Abdicavit unum, alterum, tertium. iam nihil diviti putatis super-
esse? quartum addet.
4 Arelli Fvsci patris. Quisquis es avarus pecuniae custos immensique
cultor soli: cum multa quaesieris, poterisne omnibus frui? Filium quae-
ris? ecce turba iuvenum sine patre. Impera quod vis: navigabo, militabo, 5
E dummodo, ubicumque fuero, tuus sim. ⌜Ita nos pauperes sumus, qui
habemus quod divites rogent?⌝ Vnde talem patrem? non irasceris, nisi
ut ames. Quid porro? ista patrimonia, in quae male sani ruitis, gaudia
dominorum an onera sunt? mille corruentium inter ⟨di⟩vitias suas exem-
pla referebas, et inter illa ponebas et divitis domum. Merito abdicasti an 10
E immerito? ⌜si immerito abdicasti, odi patrem tot eicientem innocentes;
si merito, odi domum tot facientem nocentes.⌝ Aliquid in domo locupleti
non agendum agam: quae apud nos frugalitas est, apud illos humilitas
5 est. Perdis iterum potius filios quam recipis? Colit etiamnunc in Capi-
tolio casam victor omnium gentium populus, cuius tantam felicitatem 15
nemo miratur; merito potens est: nempe ab eius origine est, qui non re-
liquit patrem. Egredientem te certe domum redeuntemque comitabor,
E nec nisi in limine deseram: ero in publico filius. ⌜Amo aeque paupertatem
quam patrem: utrique consuevi.⌝ Non possum agere in domo divitis
filium. Si carum tibi servum venderes, quaereres, numquid saevus 20
emptor esset. Eam mehercule horam, qua tibi irato satis faciam, interim
pluris omni patrimonio puto. Hoc solum quod sic me amittere cupis, sa-
tis amare non possum. Quid faciam adoptatus? loquar de filiis eius bene,
6 de abdicatione? Ego in domum vestram intrabo, tamquam ego vos eiece-
rim? ego ornamenta vestra occupabo? tum me, si illic quid commisero, 25

2 addet *Gertz* abdet **AB** abdicit (-cat **V**^{2}) **V** || 4 soli τ fili **A** sili **BV** sile **V**^{2} | frugi α *corr.* **V** *vel* **V**^{2} || 5 impera *dett.* -ras α | navigabo τ negabo α || 6 dummodo] domino do **A** | sim *ex* sum **V**^{2} | ita **E** *om.* α | qui **E** τ quid α || 8 patrimonia *Gron.* ma- α | insani **AB** || 9 an *ed. Rom.* ad **AB** at **V** | onera sunt] non erasunt **B** | corruentium *Haase* (*cf. p. 69, 18*) conventum α | divitias *Schult.* (*cf. p. 69, 19*) vites α || 10 referebas *dett.* -bat **AV** -batur **B** | et^2 *ed. Herv.* sed α *del.* **A** || 11 immerito si] immeritos **AB** || 12 locupletis **V** || 13 apud^1] aut **AB** | humilitas] humanitas *manus alia in* **V** || 14 perdis *C. F. W. Müll.* (*cf. p. 69, 15 et 20; per ambages dicit iuvenis futurum, ut ipse quoque abdicetur, ut iam l. 12 sq. coeperat dicere*) petis α petis interim *Sh. Bailey* || 16 nempe *Haase* neme **AB** nemo **V** | relinquid **B** || 17 domo *C. F. W. Müll., Otto* || 18 paupertatem **E** pauper pauperem α pauperiem *Kiessl.* || 19 quam *om.* **V** | consuevi **V**^{2} -sevi α || 20 saevus *Haase* seis **AB** si is **V** || 21 Eam *scripsi* nam α unam *Haase, alii* | me ercule oram **AB** | quam **B** | inter **AB** [in]ter *Kiessl., alii* || 22 plures **A** | patrimonio *ed. Rom.* ma- α | solum *scripsi praeeuntibus Burs.* (⟨ob⟩ hoc solum), *Kiessl., Madv.* (solum omnium) somnium α | cupis *Haase, Madv.* curis **AB** curas **V** || 24 in *del. Novák recte docens* intrandi *verbum in hoc textu semper transitive positum; fort.* Egone domum || 25 tum] tu **AB** *corr.* **A**^{2} | illic *ed. Herv.* illud **AB** illi **V** | quod **V** *corr. manus alia*

nec meus recipiat pater. Quid est, quod aut negandum mihi aut excusandum sit? non insanissimum dispendiorum malum, non erubescendos amores neque luxuriantem habitum neque potatus obicis filio. haec si non potes, aliqua saltem ex commentariis amici tui describe: madentem un-
5 guentis externis, convulneratum libidinibus, incedentem, ut feminis placeat, femina mollius, et cetera, quae morbi, non iudici sunt; abdicatio loquax est. Quam te, paupertas, amo, si beneficio tuo innocens sum! 7
accusatorem non habeo, immo – me miserum! – etiam laudatorem habeo, et eum, cui non omnes placent (hoc enim malo dicere quam 'omnes
10 non placent'). ⌜Non tibi per multos fulta liberos domus est⌝, neque E
turba lateri circumerrat, nec multus intra limen heres est, nec post me ali⟨us⟩, quem retineas (⌜quamquam ne sic quidem debuisti dare⌝, quom E
etiam deos cum votis patris vidisses certantis). et ⌜tutior adversus fortunam est cui aliquid post damnum superest⌝, et habemus exemplum
15 posse aliquem tres filios perdere. Ille Croesus inter reges opulentissimus; memento, post terga vinctis manibus ductus est. tu, Crasse, post evestigata illa fugitivorum arma urbis Romanae divitissimus – qui nunc apud Parthos eges sepulchro quoque. [dicta praeterea illia corruentium] 8
⟨plura exempla⟩ non refero; quotiens enim [inter divitias suas exemplo]
20 istam posuisti domum meliores perdentem divitiis suis liberos! Hoc ⟨animo⟩ scio nostros fuisse maiores, hoc illum Aelium Tuberonem, cuius paupertas virtus fuit, hoc Fabricium Samnitium non accipientem munera, hoc ceteros patres nostros, quos apud aratra ipsa mirantes decora sua circumstetere lictores. Surgite, surgite, miserrimi iuvenes,
25 et meum rogando patrem vestrum rogare discite.

Blandi. Tres genuit, quattuor abdicat. ⌜'Abdico' inquit: apparet, E 9
unde venias.⌝

1 necandum **AB** || 2 non[1]] nona **A** (*sed corr.*) **B** | erubescendas **A** || 3 abicis **V** *corr.* V^2 || 4 madente **B** || 5 externis *Kiessl.* est- (hest- **V**) α | ut] et **AB** || 6 iudicis **V** || 8 accusator ē (= est) **A** || 9 haec **A** || 10 fulta **E** *om.* α || 11 circumerat **B** | post me *Schult.* potest **AB** post te **V** || 12 alius, quem *Müll.* aliquem α | retines *Schult.* | ne *Burs.* (*vide adnot. ad p. 3, 25*) nec α | quom *Kiessl., C. F. W. Müll.* quam α || 12–13 quoniam – vidisti *C. F. W. Müll.* || 13 etiam *Otto* enim α | vidisses *ed. Herv.* -sse α | certantes **V** || 14 cui] qui **AB** || 15 aliquo **A** | sopul^{e}antissimus **A** sop- (*sed corr.*) **B** || 16 memento] ad tormenta **V** | posterga **AB** | terga *ex* -um V^2 | vinctis **D** -tus **AV** uuictus **B** | p poste vestigata **A** || 17 *fort.* ditissimus, *ut susp. Müll.* | qui] quid *Madv.* *fort.* quin || 18 egens **AB** | dicta – corruentium *del. Wiles, Wb.* (*cf. p. 68, 9*) | illa corrumpentium **V** || 19 plura exempla *supplevi* | non fero **V** | quoties α | inter – exemplo (-pla *Gertz, recte quidem, sed non refert*) *del. Wiles, Wb.* (*cf. p. 68, 9*) || 20 posuisti *scripsi* posueritis α posueris *Ribbeck* | divitis α *corr.* V^2 | hoc] hos **AB** || 21 animo *suppl. Müll.* | nostro **A** | Tuberonem D^2 turb- α || 22 Samnitium *ed. Frob.* -item α -itum **D** || 23 ipsam **B** || 24 dedecora **V** | circumstetere **D** *quod rhythmo commendatur* -er̄ **AV** -erunt **B**

GALLI VIBI. Si quis me audit abdicari, iam putat adoptatum. 'Quare
⟨recusas?⟩' respondeo: ne auferam patri filium, filiis patrem. Nec tam
vicino exemplo emendaris? qui abdicat suos quaerit alienos. Nulla certa
felicitas est: paulo ante ego divitis filiis invidebam, modo illi mihi. Lau-
E dat me pater, cum abdicet; laudo ego patrem, cum abdicer. haec ⌜una 5
inter nos disputatio est: iste me dignum putat beato patre, ego me meo.⌝
10 FABIANI PAPIRI. Ecce instructi exercitus saepe civium cognatorumque
conserturi proelio manus constiterunt, et colles equis utrimque com-
plentur, et subinde omnis regio trucidatorum corporibus consternitur.
⟨in⟩ illa tum multitudine cadaverum vel spoliantium sic quaesierit ali- 10
quis: quae causa hominem adversus hominem in facinus coegit? nam
neque feris inter se bella sunt, nec, si forent, eadem hominem deceant,
placidum proximumque divino genus. quae tanta vos pestis, cum una
stirps idemque sanguis sitis, quaeve furiae in mutuum sanguinem egere?
11 quod tantum malum huic generi fato vel forte ⟨in⟩iunctum? an, ut con- 15
vivia populis instruantur et tecta auro fulgeant, parricidium tanti fuit?
magna enim vero ⟨so⟩lacia sunt, propter quae mensam et lacunaria sua
⟨nocentes⟩ potius quam lucem innocentes intueri maluerint. an, ne quid
ventri negetur libidinique, orbis servitium expetendum est? in quid tan-
dem sic pestiferae istae divitiae expetuntur, si ne in hoc quidem, ut li- 20
beris relinquantur? quid tandem est, quod divitiae ⟨non⟩ corruperint?
primum, si inde incipere velis, aedes ipsae, quas in tantum extruxere, ut,
cum domus ad usum ac munimentum paratae sint, nunc periculo, non
praesidio *** tanta altitudo aedificiorum est tantaeque viarum angustiae,
ut neque adversus ignem praesidium nec ex ruinis ullam in partem effu- 25
12 gium sit. ad delicias dementis luxuriae lapis omnis eruitur, caeduntur que

1 quis] qua **B** || 2 recusas *supplevi* ⟨respuis divitias⟩ *Thomas* || 4 divitiis **V** *corr.* **V**[2] || 5 uno **AB** || 7 paparii **A** || 8 proelio *Sander, quod dubit. accepi* -ium **α** *del. ed. Rom.* | manus] ⟨com⟩minus *Burs.* (proelium *recipiens*) | constiterunt *ed. Rom.* -stituerunt **α** | utrimque] virumque **AB** virisque *C. F. W. Müll.* ⟨virisque⟩ utrimque *Thomas* || 9 trucidator **V** *corr.* **V**[2] || 10 ⟨in⟩ illa tum *Madv.* illatuum **AB** illatium **V** | sic *Schult.* si **α** || 11–12 hominem[1] – eadem *om.* **V** *suppl.* **V**[2] || 11 in *om.* **AB** || 12 forent] florente **AB** || 13 pestis *Haase, Burs.* festis **AB** fert ira **V** | una] na **A** || 14 stripsi **AB** | quaeve *Burs.* quae vel **α** || 15 huic *Wachsmuth* uni **AB** uno **V** ⟨huic⟩ uni *Otto* humano *ed. Rom.* | generi *ed. Rom.* -ere **α** | vel fato vel *dett.* | fato *ex* facte **V**[2] | iniunctum *Gron.* iunctum **AV** vinctum **B** | ut] et **AB** || 16 poculis *Gruter* | instruuntur *a. c.* **V** || 17 solacia *scripsi* laucia **AB** et laudanda **V** gaudia *Novák* | quem **A** | lucanaria **A** || 18 nocentes *suppl. Castiglioni* | intueri *Schott* interit **A** interim **BV** interimi **V**[2] || 19 ventri *ex* -tre **V**[2] | necetur **AB** | in *om.* **V** || 20 ut *ex* ue (*ut vid.*) **A**[2] || 21 divitiae ⟨non⟩ *Madv.* in vitio **α** *fort.* ⟨non⟩ in vitia || 22 vellis *a. c.* **B** | aedes *Schott* sedes **α** | ipse **AB** ipsas *Kiessl.* || 23 usus *a. c.* **V** | monumentum **AB** | sint *post* periculo *suppl. Gertz, post* praesidio (*l. 24*) *Müll.* || 25 ullam *Müll.* ullam villam **AB** ullum ≡ullam (*vel* m *vel* in *del.*) **V**

gentium silvae; aeris ferrique usus, iam auri quoque, in extruendis et decorandis domibus, nempe ut anxii et interdiu et nocte ruinam ignemque metuant; qui seu tectis iniectus est ⟨seu⟩ fortuitus †quae et beuna† illa urbium excidia sunt: quippe non defendunt sua, sed in communi periculo
5 ad praedam ⟨ruunt, rapturi velut praedones⟩ hostesque aliena, et in suis domini a validiore caeduntur alio, ipsique cum maxime flagranti ⟨domo⟩ spolium ex alienis ruinis ferunt. in hos ergo exitus varius ille secatur lapis, ut tenui fronte parietem tegat †quam umetis seuere†? in hoc pavimentum tessellatum et infusum tectis aurum? o paupertas, quam
10 ignotum bonum es! quin etiam montes silvasque in domibus marcidis ex **13** umbra fumoque viridibus aut maria amnesque imitantur. vix possim credere quemquam eorum vidisse silvas patentisque campos, quos rapidus amnis ex praecipitio vel, cum per plana infusus est, placidus interfluit, non maria umquam ex colle vidisse lenta aut hiberna, cum ventis
15 penitus agitata sunt. quis enim tam pravis oblectare animum ita possit, si vera cognoverit? videlicet ⟨haec illis placent⟩ ut infantibus quae tangi comprendique manibus aut sinu possunt; nam magna non capit exigua mens. ex hoc litoribus quoque moles invehuntur, congestisque in alto terris exaggerant sinus; alii fossis inducunt mare. adeo nullis gaudere ve-
20 ris sciunt, sed adversum naturam alieno loco aut terram aut mare imi-

1 *fort.* ⟨omnis⟩ aeris | extruen≡tis (-ntis **B**) **AB** | decorendis **AB** || 2 nampe **B** | nam put tanxii **A** | et[1] *om.* **BV** || 3 seu tectis *scripsi* (sive tectis *etiam Haase, Madv.*) subiectis **AB** sub tectis **V** | seu[2] *supplevi* (sive *suppl. Haase, Madv.*) | fortuitos **AB** | quae et beuna] ruinae et incendia *Müll.*, *alii alia aeque improbabilia* || 3–7 *textus incertissimus* || 4 defendunt sua *Gron.*, *Schult.* defendis uni α || 5 ad praedam τ adpraehendam (-ndum **A**) α ad praedandum *Hoefig* | ruunt rapturi velut *supplevi*, praedones (ut p.) *suppl. Gertz* || 6 validiore *scripsi* -ora α -oribus *Müll.* | ceduntur α | alio *scripsi* alia α | ipsique **D**, *Schult.* (*cf. ThLL 7, 351, 81 sqq.*) -aque α | maxume **A** | flaglanti α *corr.* **V**[2] || 7 domo *supplevi* || 8 segatur **AB** | ut **V**[2] et α | tenui *ex* -uit **V** *vel* **V**[2] -uit **AB** | fronte *ex* -em **V** fontem **AB** | tegit *Kiessl.* | u(*ras. 5–6 litt.*)uere (*in ras.* sme *legi potest*) **A** umetis se uere **B** vinctis severe **V** quem timetis subire *Karsten* || 9 pavimentum] -vi- *del.* **V** | tesselatum *Schult.* levatum α | infusum *ex* -ssum **V** -fuscum **AB** | paupertas *ed. Rom.* paupertis **AB** -tatis **V** pauperies *Kiessl.* || 10 es *Schott* est α | silvasque *Burs.* -aeque α | ex *Summers* et (et in **A**) α || 11 *cf. adnot. ad p. 67, 18–19* | aut] ut **AV** | imitantur *Schult. praeeunte Fabro* (ut – imitentur) mittantur α || 12 patentisque] p. eum (eam **B**) me **AB** p. undique *Hey* (*in ThLL 3, 218, 44*) p. flamini *Hertz* | qos **B** || 13 praecipitio *Burs.* -cipio **AB** -cipiti **V** | per *om.* **V** | infusis **AB** || 14 lenta *Thomas* lata α ⟨se⟩-data *Jahn* | ventus **AB** || 15 pravis *Burs.* parvis α | allectare (abl- **B**) **AB** | ita *scripsi* uita (*ex* uicta **A**) **AB** in vita **V** imita⟨mentis⟩ *Vahlen* | possit **L** -sset α || 16 cognoverit *ed. Rom.* -eris α | haec illis placent *suppl. Gertz* | instantibus **V** || 17 conprehendique **B** | nam *Haase* an α || 18 mens *Haase* est α | lictoribus **A** | congestique **AB** || 19 exaggerant **D** -agerant α | gaudere *ex* -eris **V**[2] || 20 adversus **D**, *Novák* | terra **V** | imitantia *scripsi* muta **AB** mutata **V** mentita *Thomas* mutant; ⟨haec⟩ *Walter*

ta⟨ntia⟩ aegris oblectamenta sunt. et mirabere, si fastidio rerum naturae laborantibus iam ne liberi quidem nisi alieni placent?

14 HISPANI CORNELI. Solus omnium abdicor, quia me meus pater diligit, alienus adpetit. Quid mihi obicit? meretricis amo? aes alienum feci? E dic, dives audiat. ⌜'Divitem' inquit 'esse te volo': o me abdicandum, 5 si talem patrem relinquo!⌝ Laudabat mihi pater paupertatem, narrabat divitum incommoda, aiebat multos divites accusatos; ego certe memini abdicatos. 'Abdico' non est patris mei verbum.

15 TRIARI. Quare abdicas? numquid dies noctesque impendo turpibus conviviis? plurimum vivo in lupanari? si nescis quae crimina obiciantur, 10 ab amico disce. Si omnes mali sunt, quid isto patre ⟨miserius? si omnes boni sunt, quid isto patre⟩ crudelius?

ROMANI HISPONIS. In hanc ego domum ibo, in qua aut totiens insanitur a patre aut totiens peccatur in patrem? Cum prodiero repente dives, dicent omnes: 'quis est iste, quem magna fortuna non decet?' 'haec est 15 divitis quarta abdicatio.'

16 SILONIS POMPEI. Quantumcumque est, satis mihi est; unicus sum. Fortiter fortunam meam feram: hoc non mihi primum accidit. Tuus sum E filius, etiam⟨si⟩ abdicor. ⌜Quid videri me velis, nescio: ⟨in⟩nocentem? sed abdicor; nocentem? sed adoptor.⌝ Vtcumque tamen abdicatio tole- 20 rabilior est: unum abdicat; adoptio tres abdica⟨vit, quartum abdica⟩tura E est. ⌜Non potest mihi dici quod ceteris abdicatis: 'in tua potestate fuit; si paruisses patri, non perdidisses patrem.' etiamsi non abdicarer, perditurus fui.⌝

17 Pars altera. LATRONIS PORCI. Si nescirem, quid mali esset paupertas, 25 E nunc intellegerem: ⌜abdicationem filius⌝ meus ⌜non timet⌝. Fabiorum

1 mirabere si *Gertz praeeunte Kiessl.* (-beris si) imbbres **A** imber **B** *et* (*ex* -bres) **V** miraris ⟨si⟩ *Müll.* || 2 loborantibus **A** || 3 spani **AB** | quia *ex* qua **V** || 4 alienos **AB** | *cf. adnot. ad p. 67, 18–19* | mihi] ni **AB** mi **V** | *fort.* obicis | meritricis **A** meritis **BV** | amo *Kiessl.*, aes *Haase* amoris **α** || 5 o **E τ** *om.* **α** || 6 mi **AB** || 7 multos *ex* -to **V²** || 8 abdicato≡ **A** || 9 turbibus **AB** || 10 lupari **AB** | obiciantur *ex* ab- **V²** || 11 disces **A** || 11–12 miserius – patre *suppl. vulg.* (miserius si boni), *Burs.* (quid isto patre), *Müll.* (omnes *et* sunt) || 12 crudelius *Gron.* cruentius **α** furentius *Novák, Gertz* || 13 Hisponis *ed. Herv.* hispani **α** | quam **V** | ut **AB** || 14 a *om.* **AB** | peccator **AB** | in] non **B** | patrem *ed. Herv.* -tre **α** | prodigero **V** *corr.* **V²** || 15 dicet **A** | *fort.* homines. *ceterum cf. p. 77, 17 sq.* || 17 est[1] *ed. Frob.* et **α** est ⟨tibi⟩ *Gertz* | satis] satis est *a. c.* **A** | uicus **A** || 18 fornam **A** | mi **B** im **A** | tuus *scripsi* dictus (*sc. ex* -dit tuus) **α** || 19 si *supplevi* | nec scio **BV** | innocentem **τ** noc- **α** || 21 abtio **A** | abdicavit, quartum abdicatura *Schult.* abdicatura **AB** abdicat natura **V** || 22 est *om.* **V** | dici *ex* dicere **V** || 23 pauisses patre **A** || 25 quod **V** *corr.* **V²** | paupertas *Burs.* pauperias **AB** -ies **V** || 26 intellegeret **AB** intellegerem cum **V²** | Fabiorum *Schott, Mommsen* (*CIL I 14*) fabriciorum (-rit- **B**) **α**, *quod si recipimus, Latronem vel Senecam memoria lapsum cum Müll. putemus necesse est*

imagines Metellis patuerunt; Aemiliorum et Scipionum familias adoptio miscuit, et iam abolita saeculis nomina per successores novos fulgent. sic illa patriciorum [eorum] nobilitas ⟨a⟩ fundamentis urbis [habet] usque in haec tempora constitit. adoptio fortunae remedium est. Non ignoro ego
5 quorum inopia per otium in angulis divitiarum convicio strepit accusantium quae consequi nequeunt. sed nulla materia in rebus humanis virtutes clarius ostendit: ⌜census senatorium gradum ascendit, census equitem Romanum a plebe secernit, census in castris ordinem promovet, census iudices in foro legit.⌝ Non persua⟨si⟩ tibi? ⟨i⟩ ergo ad illos, quos ma-
10 vis sequi quam reducere. E

FVSCI ARELLI patris. ⌜Facilius possum paupertatem laudare quam ferre.⌝ Quid mihi Phocionem loqueris, quid Aristiden? tunc paupertas erat saeculi. quid loqueris Fabricios, quid Coruncanios? pompae ista exempla fictilibus fuerunt diis. facile est, ubi non noveris divitias, esse
15 pauperem. Quod vos liberis vestris optatis, ego meo impero. 18 E

Divisio. Non puto vos quaerere, quomodo haec controversia divisa sit, cum habeat negotii nihil; FVSCVS tamen sic divisit: dico licuisse mihi adoptari; dico licuisse mihi recusare adoptionem; dico, ut non licuerit, recte tamen recusasse: et quod iure fit verum est, et quod sine iure
20 quoque rationem habet recte fit. cum de iure diceret, dixit: 'Sub arbitrio' inquit 'patris es': si in hoc subicior patri, quia filius sum, in hoc sine dubio, ut filius sim — et ad manum argumentum est: nempe abdicanti respondeo; quom itaque ei respondeo, scilicet id ago, ne desinam filius esse. atqui id⟨em⟩ ago, cum respondeo emancipanti; ⌜quid⌝ enim ad
25 amittendum patrem ⌜interest, utrum eiciar an transferar?⌝ si non licet 19 E

1 te miliorum **AV** *corr.* **V²** | et Scipionum] copiorum **AB** | aboptio **A** || 2 et iam *Castiglioni* etiam α | abolitu **A** | fulgen **A** || 2.3 sic illa *dett.* sicilia α || 3 eorum *del. dett.* | a *suppl. et* habet *del. Schott* || 4 hac **V** || 5 anguli **V²** | convicio *Gertz* convictos α | trepit **AB** || 5.6 accusantium quae *scripsi* accusatioque α || 6 consequi nequeunt *Novák* cum sequi neque sunt α || 7 senatorum **A** || 7–8 equitem — census¹ **E** *om.* α || 9 in iudices in **V** *corr.* **V²** | legit *vulg. coll.* **E** (iudex ... legitur) egit α | persuasi *Burs.* per sua α persuadeo **V²** | i *suppl. dett.* | mavis **V²** maius α || 12 aristidem **B** | hunc **AB** || 13 corruncanios **B** || 14 exempla *om.* **V** *suppl.* **V²** | *post* exempla *vulg. distinguunt* | fictilibus ... diis *abl. abs.*, fuerunt = *vixerunt* | diis] di *ex* dif **B** dif **A** dis **V** | facile est ubi *Burs.* -iles tibi α || 15 quod *ed. Ven.* quid α | impero τ -rio α || 17 sic *ex* sit **V²** | licuisset **B** || 18 adoptari **V²** -are α | ut non] non ut **V** || 19 tamen ⟨me⟩ *Burs.* | verum = *iustum* verum est *del. Wb.* | est et] esset **B** || 20 quoque *scripsi* quodque (*vel* -quae) α quod quidem *Haase* | habet *Burs.* -bent α -beat **D**, *Haase* | fit *ex* fecit **B** || 21 es *Burs.* et α || 21 *et* 22 filius *utrumque Gertz* plus *utroque loco* α || 22 ett **B** || 23 quom *scripsi* (*cf. l. 24* cum respondeo) quid α Quid ita? qui *Wb. praeeunte Gertzio* (Quid ita? qui ei) | itaque ei *Kiessl.* ita et **A** itaque **B** ita quia **V** | spondeo **B** | scilicet *dett.* si licet α | desmam **B** | filius *Kiessl.* illius α || 24 atqui idem *Gertz praeeunte Gron.* (atque idem) adquid α || 24.25 ad amittendum] admitte dum **A** at mitte dum **B** || 25 transferrant **A**

recusare, [quare] cur potius abdicas me quam tradis? cum de officio diceret, in haec divisit: dico non fuisse dandum sine magna causa filium in adoptionem; dico multo minus a te; dico minime illi.

20 Silo Pompeivs sic divisit: coepit a vetere et explosa quaestione, ⟨an⟩ E in omnia patri parendum sit. ⌜etiamsi in omnia, an ibi tamen non sit 5 parendum, quo efficitur, ne pater sit.⌝ deinde quaesit, an invitus filius dari in adoptionem possit. si non potest, an ob id abdicari possit, quod arbitri sui est. an, ut possit, non cum contra voluntatem patris sed cum male arbitrio suo utitur. hic subiecit, an hic bene usus sit. de⟨inde⟩ officii partem tractavit et ita divisit: turpem esse adoptionem, inutilem 10 esse, periculosam esse. cum diceret turpem, dixit: aliena bona invadere et trium filiorum subsessorem esse et liberis spem reconciliationis paternae eripere quam inhumanum est! cum inutilem diceret, dixit patri ⟨in⟩utilem esse, adoptanti inutilem esse, ⟨sibi inutilem esse⟩. cum patri E inutilem diceret, tractavit, quam ⌜grave esset filio carere unico, ⟨quanto⟩ 15 gravius eo, quem alius concupisceret⌝; et cum diceret divitem [esse] quoque, qui tot haberet solacia, filium quaerere, dixit: tibi non erit facile adoptare. cum inutilem [rem] diviti diceret, sic tractavit: futurum, 21 ut ad suos rediret, si non adoptasset. hoc loco belle videbatur dixisse: si animum patris intellegis, dat tibi notam reconciliandi suos: negat se soli- 20 tudinem pati posse. cum inutilem esse sibi diceret, paupertatem laudavit, in divitias invectus est: dixit [si] posse se divitiis corrumpi, quibus corrumpi posset exercitus. cum in divitias inveheretur, dixit: aiunt multa vitia divites habere istos, et hoc gravissimum: suos non amant. nec est,

1 recusarem **AB** | quare *del.* **A**^{2} | adiceret **A** || 3 ulto **AB** | minus *Gron.* magis *α* || 4 a vetere *Schult.* avertere (*ras.* **A**) **AB** evertere **V** | an *suppl.* *τ* || 5 parendum *Faber* pareo (pereo **A**) dum *α* | an ibi tamen *Gron.* non ibi (ibit **A**) tantum *α* *fort.* an in id tamen || 6 neq *a. c.* **V** | quaerit *ex* -sit **V**^{2} || 7 possit[1] *dett.* -sset *α* | an ob id *Faber* a nobis *α* | abdicari *ex* -are **V**^{2} | possit[2] *Sander* potest **AB** *om.* **V** posset *mg.* **V**^{2} (*sed signum in textu ad prius* possit (-sset **V**) *falso posuit*) || 8 sui] usus **AB** | an ut *Linde* anteunt **A** an uni **B** an **V** an non **V**^{2} | non] *sc.* possit, *quod h. l. suppl. Müll., ante* non *suppl. Wb.* | sed *Konitzer* est **AB** est sed **V** || 9 hic[1]] huic *Gertz, cf. p. 43, 8* | an hic *τ* hanc hinc *α* || 9–10 deinde officii partem *Madv.* de o. parte (-rte *ras.* **V**^{2}) *α* || 11 diceretur **A** | turpem] cum turpem **AB** | alienam **AB** | bonam **A** || 12 subsessorem *Burs.* sub se sortem (*ras.* **A**) *α* successorem *Otto* | spem reconciliationis *ed. Frob.* rem reconciliato nisi *α* || 13 esse *a. c.* **V** | liceret **AB** || 14 inutilem[1] *τ* utilem *α* | esse[1] **D** et se *α* | adoptanti *ed. Frob.* -tati *α* | sibi inutilem esse *suppl. Gron.* (*cf. l. 21*) || 15 carere *dett.* capere *α* | quanto *suppl. Müll.* || 16 gravius eo **E** *om.* *α* | esse *del. Madv.* ipsum *Burs.* || 17 quoque *Schult.* quodque *α* | non] ne **A** || 18 cum *Haase, Burs.* eum *α* | rem *del. Burs.* | diviti cum d. **V** | sic] si **AB** || 19 videbatur *ed. Herv.* -bantur *α* || 20 vos **AB** | si solitunem **A** || 21 dicere **AB** || 22 inventus **A** | si (sic **V**^{2}) *del. Novák* | posse] posses **AB** | se *om.* **V** || 23 posset] posset et **B** possent *Schult.* | in *om.* **AB** || 23.24 multa vitia *ed. Herv.* multas divitias *α* || 24 non amant nec *ed. Herv.* amant non necesse *α*

quod quisquam se putet satis firmum ad repellenda vitia: contactu ipso nocent transeunti. ⟨Ti⟩meo, ne peccare discam: ecce tu quam cito abdicare didicisti! dixit futurum, ut diviti displiceret propius inspectus: ipsum amorem paupertatis ab illis fastidiri. dixit futurum, ut abdicare-
5 tur: sic adoptatus placuerim? ego nec meo placeo. adiecit et periculosam sibi futuram adoptionem in domo suos dominos desiderante, tota familia expellere insitivum heredem cupiente.

LATRO ultimam quaestionem posuit, quam fere solebat: etiamsi non 22 recte fecit, quod adoptari a divite noluit, an tamen, ⟨si⟩ id bono adversus
10 patrem animo fecit, [an] ignoscendum sit. deinde, an bono adversus patrem animo fecerit. in hac quaestione bona pars adulescentis est, patrem amantis et opibus praeferentis; Latro tamen negabat patrem daturum manus bono adversus se animo factum, sed consensum filiorum adversus patres dicturum. tacitam nescioquam ⟨inducendam verecundiam⟩ 23
15 BROCCO cuidam, non malo rhetori, visum erat, qui dixerat adulescentem videri sibi habere comperta quaedam vitia: male de se existimare eum, qui ire ad iudicem strictum innocentiae nollet.

ARGENTARIVS omnes priores transit partes ⟨et⟩ statim ad hoc venit: debueritne patri parere an non debuerit; et in figuram contulit declama-
20 tionem: volo, inquit, aliquis filium abdicet, qui petit a patre paupere, ut in adoptionem diviti daretur. quam bonam, inquit, causam pater habebit! dicet hic: . . . deinde sic transit, cum declamasset eam controversiam, quae posita non erat: si ille filius malam causam haberet, ego bonam habeo. contulit suam causam cum illo.

25 De colore magis quaesitum est: ⟨an⟩ adulescens debeat in divitem ali- 24 quid dicere. quid enim faciet? dicet in eum, qui tantum honoris illi habet,

1 repellanda **AB** repellandas *corr. in* repelenda **V**[2] | vitias **V** *corr.* **V**[2] | contactus *α corr.* **B** || 2 nocent *Pithoeus* -nti *α* | timeo *Kiessl.* meo *α* || 3 displiceret *dett.* -ere *α* | propius *dett.* proprius *α* || 4 amoverem **V** morem *Otto* | vixit **AB** || 5 sic adoptatus placuerim *scripsi et interpunxi praeeunte Fabro* (qui a. placuerim?) si adoptatus (ab- **A**) placuerunt (-uerit **V**[2]) *α* | nec *ed. Herv.* ne *α* | abiecit **AB** | et *Burs.* ut **AB** *om.* **V** || 6 adoptionem *τ* abdicationem *α* | domo *ex* -os **V**[2] | desiderantem **V** | e tota **B** et totam familiam **V** || 7 cupiente **L** -em *α* || 9 divit **A** | an] si *Madv.* | si *suppl. Burs.* || 10 an[1] *del. Faber* (⟨si⟩ . . .) non *Müll.* || 11 fecerint **AB** | hanc **V** | quaestione *τ* -nem *α* || 13 adversus *ex* -os **V**[2] || 14 patres *τ* -rem *α* | dicturam **V** | inducendam verecundiam *supplevi* || 15 cuidam *Burs.* quidam *α* | rhetori *Haase, Burs.* reteri **AB** rem **V** || 16 videri *ex* -ere **V**[2] | comperta (*cum* sibi *coniungendum*) *scripsi* capita *α* capitalia *ed. Bipont.* operta *Gertz* || 17 ire] re **A** | districtum **V** || 18 transiens **V** | et *supplevi* || 20 abdicat **AB** | petit a *Haase* petitam **AB** petitur a **V** | paupere **V**[2] -rem *α* || 21 pater *om.* **V** *suppl.* **V**[2] || 22 *lacuna nulla est, sed om. Sen. Argentarii verba* || 23 posita *Haase, Burs.* positata **AB** usitata **V** | filius *dett.* -ium *α* | habet *Müll.* || 25 colore *dett.* -rem *α* | quaesitam **B** | an *suppl. dett.* || 26 dicet *Burs.* -eret *α* | eo **A** | qui *ed. Herv.* quot **A** quod **BV** | honoris *Burs.* hos **AB** os **V**

et in amicum paternum? non dicet in eum, quem fugit? et illi tamen, qui sibi abstinentiam conviciorum imperaverant, non bene praestiterunt;
E ⟨interim⟩ ⌜alicuius sententiae dulcedo subrepsit⌝, cui non potuerunt obsistere. ⌜aridi declamatores fidelius quos proposuerunt colores tuentur; nihil enim illos sollicitat, nullum schema⌝, nulla sententia. ⌜sic quae 5 malam faciem habent saepius pudicae sunt; non animus illis deest sed corruptor.⌝

25 Fabianvs philosophus hoc colore usus est, ut diceret: etiamsi sustinerem [ad] alicui tradi, diviti nollem. et in divitias dixit, non in divitem: illas esse, quae frugalitatem, quae pietatem expugnassent, quae ma- 10 los patres, malos filios facerent.

E ⌜Gallvs Vibivs fuit tam magnae olim eloquentiae quam postea insaniae; cui hoc accidisse uni scio, ut ⟨in⟩ insaniam non casu incideret sed iudicio perveniret; nam dum insanos imitatur, dum lenocinium ingeni furorem putat, quod [quodis] simulabat ad verum redegit.⌝ hic contro- 15
26 versiam postero die, quam erat a Fabiano dicta, declamavit. solebat autem sic ad locos pervenire, ut amorem descripturus paene cantantis modo diceret: 'amorem describere volo' sic tamquam 'bacchari volo'. deinde describebat, et ⟨ut⟩ totiens coepturus repetebat: 'amorem describere volo'. in hac controversia plane quod voluit consecutus est, 20 ut divitias nobis in odium adduceret: saepe enim ingessit: 'divitias describere volo', et multa facunde explicuit, corruptius quam Fabianus sed
E dulcius. hoc unum occurrit, in quo pusillum inest insaniae: ⌜non⌝ me ⌜delectant ignoti servorum domino greges nec sonantia ⟨catenis⟩ laxi ruris ergastula: patrem gratis amo.⌝ 25

27 Fvscvs Arellivs et hunc colorem dixit: ominibus offendor. cum pri-

1 dicet τ -it *α* | in eum] meum **A** | et² *om.* **V** *suppl.* **V²** | quae **AB** || 3 interim *supplevi* | alicuius **E** -quos *α* | cui *Schult.* qui *α* | obsistere *Novák, Gertz* sub- *α* || 4 aridi **E** aut *α* | propuerunt **B** | tuent *α corr.* **A²V** || 5 scema *α* | sententias **AB** | sic **E** *om. α* || 6 ad (*del.* **V²**) animus **V** | illis **E** illi *α* | deest] de- *del.* **A** *vel* **A²** || 6.7 sed corruptor **E** *om. α* || 8 filosopus **AB** filosophus **V** | sustinerem τ -ere *α* || 9 ad (at **V**) *del. Haase, Burs.* | divite **A** || 11 iacerent **AB** || 12 vivius **AB** | o limen loquentiae **AB** || 13 occidisse **A** | in insaniam **D** insania *α* ad insaniam (. . . caderet) **E** || 14 nam dum **E** nondum **AV** nandum **B** | insanos imitatur **EV²** insano si mittaturs **AB** insanosi mittatur **V** | linocinium **A** || 15 quodis *om.* **E** quo- *del.* **A** *vel* **A²** quod toties *Kiessl.* *fort.* quod diu, *ut susp. Schult.* | controversia **A** || 16 dicta *ex* -to **V²** | declavit **AB** || 17 locos *Schult.* iocos **AB** io≡cos **V** | descripturus *Haase, Burs.* describereturo **AB** describere **V** || 18 sic tamquam *Haase, Burs.* cictam quam **A** $\overset{c}{\text{e}}$tiam quam **B** cum tamquam **V** | baccari **AB** || 19 ut *suppl. Müll.* ⟨tamquam⟩ totiens *Drechsler* || 21 in odium] modium **AB** | enim *dett.* vim *α* | discribere **B** || 22 corruptius *dett.* -tis **AB** de corruptis **V** || 23 dulcias **V** *corr.* **V²** | insaniae *om.* **V** *suppl.* **V²** || 24 delectant ignoti **E** delectatis non **A** -tatis noti **BV** | catenis *supplevi* | laxi (*etiam* **E**)] lati *Haase* flagris *Usener* || 25 ergastulas **AB** || 26 et *del. Müll., sed cf. p. 77, 3* et alias causas dixit | ominibus *Schott* omnibus *α*

mum de adoptione ista cogitarem, occurrerunt mihi tres abdicati, et audio in ista domo tres fuisse filios nec esse. ⌜timeo infelicem liberis domum.⌝ et alias causas dixit (licet enim plura abdicato dicere, propter quae neget), sed nunc refero, cui rei quisque maxime institerit. E

5 LATRO illo colore usus est, sodalem se tribus divitis filiis fuisse: semper, inquit, illos colui, immo adhuc colo. cum abdicati essent, ego illis suasi, ut tacerent et patrem cedendo mitigarent; dixi: 'cum primum tempestivum putabitis, patrem vestrum rogabit meus.' ecce admonent me aptissimum esse tempus: verum est, ⌜non potest pater invenire recon- E
10 ciliationis aptius tempus: dives filios quaerit.⌝

CESTIVS illo colore: quos abdicatione non potuit terrere, putat se castigaturum adoptione. non ille tuum filium concupiscit: suos corrigit. cum illis putaverit me satis minatum, abdicabit. non faciet, inquit; atqui neminem adhuc habuit, in quo hoc aut facilius aut iustius faceret. 28

15 FABIANVS hoc colore, ut dixi, egit: nolo dives esse.

RVFVS VIBIVS hoc: nescio dives esse. haec in hoc loco cum diceret, excepta sunt: non est, quod putes omnibus divitias convenire; nihil est indecentius novicio divite. et illud dixit: alius animose loquatur et ex contemptu divitiarum gloriam petat. ego non dico: 'dives esse nolo',
20 sed 'nescio'.

ALBVCIVS et ipse divitias insecutus est et dixit pulchram de Fabricio sententiam: munera, inquit, regia respuit: cum auro dominum †et† accipere. et illum locum egregie tractavit: omnes cibos habebo suspectos, omnes potiones. trium paedagogi illic sunt. occidere me volet quisquis
25 frugalissimus fuerit. non venenum pauperes timent, non heredem; adhuc nec abdicationem timebamus. 29

1 de de *a. c.* **A** | apoptione **B** | cogitare hoc currerunt mi **AB** | abdicati **V**² -tio *α* || **2** nec esse. timeo] necesse est timeam **E** *fort. recte* || **4** neget *Kiessl.* non leget *α* non litiget **V**² noluerit *Sh. Bailey* | institueris **AB** || **5** divitibus filis **A** || **6** colui *dett.* coliu **A** collui **B** *et* (*ex* collii) **V** | illi **AB** || **7** mitigarent *manus alia in* **V** -aret *α* | dixit **AB** || **8** tempestium **AB** | rogavit **AB** | admonent *ed. Rom.* -net *α* || **9** conciliationis **A** || **10** dius **A** || **11** caestius **BV** | quos **V**² quas *α* || **12** tum **AB** | cum *C. F. W. Müll., Madv.* dum *α* || **13** illis *Burs.* -los *α* | putaverit] correptos putaverit **V** *e quo* correctos p. *nescioquis* | me *Burs.* te *α* se *Wachsmuth* | abdicavit **AB** | inquit *Burs.* aliquid (-quit **B**) *α* || **14** ficilius **AB** | iustus **A** *corr.* **A**² || **15** dixi *Schult.* -it *α* || **16** dius **A** | excepta *ex* et coepta **V**² tescepta **AB** || **17** convenire nihil est] convenirent hilem **AB** || **18** indecentius *Thomas* innocentius *α* nocentius *Schott* insolentius *ed. Herv.* | non vitio **B** | divite *dett.* -tes *α* | alios **AB** | laquatur **A** loquitur **V**² | et²] ut **V**² || **19** tempto **A** contempto **B** || **21** divitias] -vitias *ras.* **A**² | fabriçio **A** -tio **BV** || **22** regia *dett.* regna *α* | et] ⟨nolu⟩it *Müll.* ne (acciperet) *Gron.* veritus *Watt, alii alia* || **23** aegregiae **A** aegregia **B** aegregie **V** || **24** illic sunt *Kiessl.* illis *α* || **25** fragalissimus **A** | venum **A** | pauperis **AB** || **26** abdicatione **AB** | timebamur **B**

30 SILO POMPEIVS illo colore egit: nemo illi placere potest. ne in hoc quidem aliquem retinuit, ut non omnes abdicaret. ecce nunc, inquit, invenit novam abdicationem, ne quid de reditu sperare possent. et cum multa dixisset in divitem, dixit: non est, quod mireris, si te odi: amo quos abdicasti. 5

Color a parte patris aliquid curae desiderat. quidam induxerunt patrem cupidum divitiarum, quod invidiosum est in hoc visum, quia ita divitias filio dare vult, ut filiis eripiat. itaque LATRO optimo colore usus est: in hoc, inquit, te in adoptionem volo dare, ut facilius per te abdicati reconcilientur. 10

CESTIVS. 'timeo' inquit 'ne abdicer': vellem timeres!

31 ALBVCIVS hoc colore usus est: summam sibi amicitiam cum divite fuisse. dixisse illum sibi dubitanti, an filium tolleret: 'tolle' inquit 'in meum patrimonium; ego istum fratrem liberorum iudicabo.' itaque cum et tertium abdicaret, dixit: 'quid? sic mihi illudis tamquam unicus? 15 etiamnunc filium habeo.' venit ad me et ait: 'redde quem educasti mihi. E ⌜si emendati fuerint liberi mei, habebo hunc cum illis; si perseveraverint⌝ furere, ⌜habebo hunc pro illis.'⌝ temptavi statim reducere illum in gratiam cum filiis: intempestivum erat. temptavi cogere subtrahendo meum: respondit: †non† tamquam possit diviti deesse filius. 20

32 SILO dixit: 'amicus' inquit 'abdicatorum sum'; quid ergo? mavis inimicum adoptet? si intraveris domum, videbis, an aliqui [qui] animum patris a filiis avertant. 'si reduxerit' inquit 'illos, [et] quid fiet?' capit divitis domus et quattuor liberos. si te illi fratrem gravabuntur, libentissime recipiam. sic de me dives meruit, ut illi ⟨et⟩ dare filium paratus sim 25 et commodare.

1 sylo **AB** | illi *s. l.* **A** || 2 nunc inquit] enim quit **A** nunquit **B** || 3 nequit **A** | multa *dett.* vitam **α** || 4 dixisse *ex* -sset (*ut vid.*) **A** | sit eo diam oquos **A** (*et sim. saepe, quod non adnoto, quotiens ex nugis ignorantissimi scribae cod.* **A** *vera tamen elici possunt*) site odiam (-iant **V**[2]) quos **V** || 6 color a] colore **A** -em a **V** | partem **V** | patris *Faber* parateis **AB** paratius **V** | curae] cur haec **V** | induxerunt *Gron.* cum dixerunt **α** || 7 cupidum *bis* **A** *corr.* **A**[2] | invidiosum *ex* -us **V**[2] | usum **V**[2] | quia ita *Burs.* quid ait a **AB** quidam ita **V** || 8 vult ut] vultum **AB** | optimum **α** *corr.* **V** | colorem **AB** || 9 inquit te] inquite **A** || 9.10 abdicare concilientur **AB** || 11 vellem *ed. Rom.* velim **α** || 12 albutius **B** || 15 sic **τ** si **AB** si quid **V** (quid *del.* **V**[2]) || 16 etiamc̄ **B** | habeo **τ** abeo **α** | edecasti **α** *corr.* **V** || 17 fuerint — perseverav- *om.* **α**, *hab.* **E** | -erint] erunt **V**[2] || 18 temptavi **τ** -tatis **α** | redure **AB** || 19 intempestivum **D** intempestativum **α** | cogere *Haase, Burs.* quocere (*ex* -sere **B**) **α** quoque *Gron.* | subtrahendo *Burs.* -ndum **α** || 20 meum *Schult.* eum **α** | tamquam non *Burs.* | posset *Usener* | decesse **AB** | *fort.* non ⟨sic mecum ages⟩ tamquam *e. q. s.*, *vel sim.* || 21 amicos **V** | abdicatorum sum *C. F. W. Müll.* -turusum **A** -turus sum **B** abdicat usus sum **V** | mavis *dett.* magis **AB** maius **V** || 22 qui *del.* **τ** ibi *Gertz* || 23 patri **AB** | reduxeris **A** | et *del.* **L** ec(quid) **D** || 24 et *om.* **V** || 25 sic *ed. Rom.* hic **α** | dius **A** | et *suppl. Burs.* | darem **V** || 25–26 paratus sim et *Haase, Burs.* -tis sine **A** -tis sinet **B** -tissime **V**

BLANDVS hoc colore egit, ut diceret divitem inexorabilem liberis esse: omnia se fecisse, ut illum placaret. videri esse magnas causas et graves, itaque certam futuram adoptionem.

⌜OTHO IVNIVS pater⌝ solebat difficiles controversias belle dicere, eas 33 E
5 in quibus inter silentium et ⟨apertam⟩ actionem medio temperamento opus erat. ⌜edidit⌝ quidem ⌜quattuor libros colorum, quos belle Gallio noster Antiphontis libros vocabat: tantum in illis somniorum est.⌝ et hoc vitium ab antiquis, qui artem dicendi tradebant, duxerat; illi enim colores pro⟨ba⟩bant, qui non possunt coargui, [non] ut somniasse [ut]
10 non esset antiqu⟨is⟩ omnino offensio. sed ridiculum est adfectari quod falsum probari non possit. non multum interest, in causa sua falsum aliquis testem det an se: alteri enim credi non debet, alteri non solet.

Otho tamen Iunius bene dicebat has controversias, quae suspiciose di- 34 cendae erant. itaque memini optime illum dicere pro †hac re ne† adul-
15 teri reo, in quem SYRIACVS VALLIVS, homo disertus, [ad] calumniam iuraverat. erat genus iudici tale: speciosum iuvenem dominus suus deprehendisse cum uxore in cubiculo testatus est, et ob hoc uxorem suam dimisit. hoc nomine servum adulteri postulatum dominus non defendebat; mulier, in quam petebatur praeiudicium, tuebatur. opus erat ali-
20 quo colore, cum in cubiculo visa esset cum servo et marito. Otho Iunius 35 nullam ⟨rem⟩ certam posuit sed tantum circumventam ⟨a⟩ viro mulierem egregie tractavit. cuius actio quam utilis fuisset, statim apparuit NIGRO BRVTTEDIO dicente, qui hoc colore usus est: arcessitum a domino servum, ut inter se medius et dominam recumberet. illam non esse pas-
25 sam. maritum indignatum prosiluisse quasi ⟨in⟩ corruptorem. ⟨verbo

2 se *om.* **A** | placaret *ex* -arer **V**^{2} -cerer **A** placeor **B** | videri esse *Haase* -eret se **α** | ex **AB** || **4** oto **α** | sollebas **V** *corr.* **V**^{2} || **5** apertam *supplevi, cf. p. 81, 16* || **6** opus erat] operat **V** | liberos **AB** | quo **AB** | bello **A** || **7** anthipontis **α** | liberos **AB** | tantis *a. c.* **V** | in illis] millis **A** *corr.* **A**^{2} | soniorum **B** || **8** duxerat *dett.* dixerunt **A** dixerant **BV** || **9** colores **V**^{2} -rem **α** | probabant *Usener* probant **α** | possent *Watt fort. recte* | [non] ut somniasse [ut] *Rebling* non ut omniasse ut **AB** non ut omniâsseuerent **V** || **10** esset *Rebling* esse **α** | antiquis omnino offensio *dubit. scripsi* aliquo homine offensus **α** | adfectari *Schult.* adfactanti **AB** -fectanti **V** || **11** suo **AB** | aliquid **A** || **12** det an se *Burs.* depanse **AB** deprehenderit an servum **V** | non solet] enim non sole **B** || **13** cotho **B** oto **V** | controversiam **AB** | dicenda **A** || **14** hac re ne] *fort.* matronae (*gen. obi.*), *cf. Sen. clem. I 10, 3* ob adulterium filiae suae || **15** rea *Faber* | quem *ed. Rom.* quam **α** | siriacus **B** | ad *del. Opsopoeus* || **16** iudicii tale *Gron.* iudicialem (-ale **V**) **α** | domus **A** | deprendisse **A** || **17** uxorem **AB** | ob hoc] huc **AB** || **18** divisit **V** *corr.* **V**^{2} | adultero **V** pro adulterio **V**^{2} || **19** mulier in *Haase* muliere in (*ex* -erem **B**) **AB** -erem **V** | petebat **V** | era **V** *corr.* **V**^{2} *sed iterum* -t *del.* || **20** cum in *om.* **A** | in *om.* **B** || **21** nulla **AB** | rem *suppl. ed. Frob.* | a *suppl. dett.* || **22** egretiae **B** | stim **B** || **23** brutedio **V** || **24** ut **V**^{2} et **α** | recumberet *Burs.* regum (rem **V**) haberet **α** | esset *a. c.* **V** || **25** in *suppl. dett.* | corruptorem *dett.* -iorem **α** || **26**—*p. 80,* **1** verbo etiam corruptiore *supplevi praeeunte Gertzio* (verbo in hac re corruptiore) ⟨corruptiore hic verbo⟩ *Immisch*

etiam corruptiore⟩ usus est quam colore: dixit enim arcessitum servum,
ut dominicae libidini paparium faceret. Syriacus, cum secunda actione
hunc colorem urgeret, diserte multa dixit, inter quae et hoc: adulterum
accusator in cubiculum usque perduxit, patronus in lectum; et paene
causam abstulit. et illud autem tum Syriacus vafre fecit et belle respon- 5
dit: cum prima actione diceret, non posuit causam, sed argumentatus
36 est; dixit probaturum se deprehensam in cubiculo cum servo. Niger
Bruttedius cum ageret, obiecit Syriaco, quod causam non posuisset, et
[non] institit assidue, quare non appa⟨re⟩ret, quomodo servus sollicita-
tus esset, quomodo perductus in cubiculum. cum responderet Syriacus, 10
ait: primum non apud eundem praeceptorem studuimus: tu Apollodo-
rum habuisti, cui semper narrari placet; ego Theodorum, cui non sem-
per. deinde quaeris, Niger, quare ego non narraverim: ut ista narrares,
E feci. et ⌜contra Maximum Stertinium, a quo premebatur, cum comes eius
fuisset, dixit: per annos XII in officio tuo fui; dic, quid⌝ in domo tua 15
⌜peccaverim. sed haec est consuetudo vestra: iniuriam vocatis finem
servitutis.⌝ tamdiu vobis cordi sumus quamdiu usui.

Haec a Syriaco dicta, magnis [et] excepta clamoribus cum occurrerent
37 mihi, praeterire non potui. ad Othonem redeo, a quo longius aberravi.
solebat hos colores, qui silentium et significationem desiderant, bene 20
⟨dicere⟩; itaque et hanc controversiam hoc colore dixit, tamquam in
emendationem abdicatorum et reconciliationis causa faceret. hoc non
detegebat sed omnibus sententiis utebatur ad hoc tendentibus, tamquam
'non possum' inquit 'pati sine patre': me autem sine te putas pati posse?
quemquam autem patrem putas pati sine liberis posse? et illud: credite 25
mihi: impium nihil de liberis duo patres cogitant. et illud: 'recipiat' in-

1 quem colorem **V** || 2 libidine *a. c.* **V** | paparium *fort. corruptum, certe significationis incertae* pararium *man. rec. in* **A** | facere **AB** | siriacus **V** | actionem **AB** || 3 hunc *in* huc *corr.* **A** | urgueret *α corr.* **V**[2] | dis≡serte **A** diss- **V** | adu | terum **A**[2] -erium *α* || 4 accusator *dett.* -atur *α* | et *om.* **V** *suppl.* **V**[2] || 5 causa **AB** | et[1] *del. Sander, sed cf. ThLL 2, 1594, 27 sqq.* | autem *om.* **V** | tum Syriacus vafre fecit *Schult.* cum syriacus (syracum **B** syriaco **V**) vafre (umafre **A** suma frae **B**) facit *α* || 6 possuit *ex* -ssunt **B** | argumentanus **A** -totus **B** || 8 abiecit **A** | siriaco **V** | potuisset **AB** || 9 non *del. ed. Herv.* | appareret *edd. vett.* -paret *α* | sollicitus **A** || 10 quomo **B** | cum *om.* **BV** *add.* **V**[2] | siriacus **BV** || 11 tu *om.* **A** || 12 teodorum *α* || 13 quaeris *ed. Rom.* -res *α* | narrares] -are **A** || 14 feci *Kiessl.* fecit **A** tunc **BV** | sternium **A** | a **E** *om. α* || 15 fuisse **AB** | XII] XV **E** | tuo **E** *om. α nec admisit W. A. Bährens 289, fort. recte* | dic **V**[2] sic *α* || 16–17 iniuriam – servitutis *om.* **V**; vocatis – tam(diu) *om.* **AB**; *omissa hab.* **E** || 17 cordis **AB** || 18 et *del. Kiessl.* | occurrent **AB** || 20 significatione **AB** | uene **AB** || 21 dicere *suppl. Otto* | hanc **V**[2] hoc **A** hac **BV** | contraversiam **V** | hoc *ex* huius **V** *vel* **V**[2] huius **AB** || 22 abdicatorum *Gron.* -turus *α* || 23 sententiis *ed. Ven.* -iam (sentiam **A**) *α* || 24 me autem] metuit **A** || 25 autem] aut **BV**[2] | patre **AB** | patis **AB** | illud] illi ut **AB** || 26 impium *dett.* limpium *α*

quit 'suos; non possum sine te pati': hoc fortasse illi placebit, quod ad tuum patrem reverti voles. et illud: non amas abdicatos? domum illorum occupa. amas? serva. dixit et illud: 'libenter' inquit 'pauper sum': 38 et ego. dicet aliquis: 'quare ergo in adoptionem diviti filium?' recipiet
5 excusationem, si dixero: 'filii mei causa facio'; honestius etiam nunc facio, quam si filii mei ⟨causa⟩ facerem. et illud: hoc aut meum consilium est aut illius aut commune; conscientia scilicet duos senes iungit. et illud: o temerariam adulescentiae et incautam contumaciam! fortasse iam supervacua esset adoptio, si non repugnasset. ⟨et⟩ illud: non recipio.
10 omnia licet facias, non ego ero pater orbo divite. et illud in ultimo: scis et me non invitum esse pauperem: ego te genui, ego divitias docui contemnere; sequere auctoritatem meam: nihil turpiter suadeo, nihil sordide concupisco. crede fidei meae: hoc fieri expedit. 'quoi?' inquit; mihi, tibi, diviti; nihil amplius dico. totam [inquit] bene dixit contro- 39
15 versiam, sed hoc genere, ut putares illo dicente sic esse dicendam, deinde mirare⟨re⟩, quid illi suspiciosa actione opus fuisset, cum aperta uti liceret. belle de hoc vitio illius SCAVRVS aiebat illum acta in aurem legere.

GLYCON SPYRIDION ex altera parte satis dulcem dixit sententiam: *ἀγνωμόνως ἀποκηρύττει⟨ς⟩ ὁμολογῶν, ὅτι ἐφίλησας.*

20 ARTEMON dixit: *οὐκ ἔστιν, πάτερ, τῶν βεβαίων κτημάτων πλοῦτος· ἑνὸς πλουσίου τρεῖς ἀπόρρητοι ὑπαντῶσιν.*

HERMAGORAS dixit: *περιελευσόμεθα τέσσαρες ἑνὸς ἀπόρρητοι.*

⌜Vir et uxor iuraverunt, ut, si quid alteri optigisset, alter moreretur. 2 E vir peregre profectus misit nuntium ad uxorem, qui diceret decessisse

1, **2** ad tuum] attum **AB** || **2** soles **AB** || **3** amas *Faber* ama *α* || **4** adoptione **AB** | divitis **V** | recipiet] recipi nolo et **V** || **5** filii mei *dett.* -ium ei *α* | causam **V** | etiam] autem **V** || **6** quam *ex* quia V^2 | filium ei **AV** | causa *suppl. Haase* || **6–7** consiliuesta utilius **AB** || **7** aut²] autem **A** | conscientia scilicet *scripsi* consentiatis licet *α* || **8** o *om.* **V** | adulescentiae *Schult.* -iam *α* || **9** et *suppl. ed. Ven.* || **10** facias *ex* -cis **V** *vel* V^2 | diviti V^2 || **10**, **11** scis et *Schott* scit sed (set **B**) **AB** scit se **V** || **11** invitum *τ* -visum *α* | ienui **B** || **12** auctoritem **A** || **13–14** quoi *et* mihi *Faber* quod *et* me *α* || **14** inquit *del.* **L** || **15** illos dicentes (duc☰☰centes **A**, *ut vid.*) **AB** | dicendam sic esse **V** || **16** mirarere *ed. Herv.* mirare *α* | opus] pp; **AB** | fuisse **AB** | aperte **V** | utilliceret **A** ictilliceret **B** illiceret **V** || **17** agebat **AV** | legere *Lipsius* tegere *α* || **18** glicon scyridion *α*, *corr. Faber* || **19** *ἀγνωμόνως Müll.* OTIOMONCYC (OΠO- **B**) *α* *οὗτος μόνος Gertz* | *ἀποκηρύττεις Haase* ΛΠOKNPΠeI **AV** ΛΠOMNPΠeI **B** | OMOΛωTωN **AV** | *ὅτι ἐφίλησας Haase* OI (DI **V**) eΦCIΛHΓΛe (-ΛNTΛe **A**) *α* *ἐφίλησ' ἀεί Gertz* || **20** *οὐκ ἔστιν, πάτερ Burs.* OYIC (OYC **B**) CITeN CIΛHP (TIΛ- **V** CIΛIHP **B**) *α* | *βεβαίων*] RIBΛION **B** | *πλοῦτος Burs.* IΠΛOYTOIC *vel sim.* *α* || **21** *ἑνὸς πλουσίου Gertz* eNOe ITΛOICIO (eTTΛ- **V**) *α* | *τρεῖς Kiessl.* ΠPI⌐ (ΠPIT **A**) *α* | *ἀπόρρητοι Kiessl.* aTOPPeCTOI *α* || **22** ermacotas **AB** ermecotas **V** | ΠePIeaeYCOMeeA (-eOA **A**) *α* | *ἀπόρρητοι Rebling* aΠOPPHTOeI *α* || **23** si *s. l.* **V** | moneretur **B** || **24** profectu **AB** | decessisset **AB**

virum. uxor se praecipitavit. recreata iubetur a patre relinquere virum; non vult. abdicatur.⌝

1 E PORCI LATRONIS. ⌜Dii immortales, qua debetis providentia humanum genus regitis: effecistis, ut illud non periculum esset amantis sed experimentum.⌝ 5

CESTI PII. Antequam iuraremus, diu haec inter nos tacita lex erat. Si abdicata fuerit, non vivet. hoc illi pater non credit; non est novum: nec vir credidit. Quaeris, quod ius iurandum fuerit? 'ita patri placeam.'

FVSCI ARELLI patris. Iam, uxor, non navigabo, non peregrinabor: fides tua me timidum fecit. 'Mentitus' inquit 'hic': sollemne est amantibus; 10
E ideo non nisi iurantibus credimus. ⌜Hos dividere vult socer, quos ne mors quidem dividet? 'Moriar; habeo et causam et exemplum. quaedam ardentibus rogis se maritorum ⟨im⟩miserunt, quaedam⌝ vicaria ⌜maritorum salutem anima redemerunt.⌝ quam magna gloria ⌜brevi sollicitudine⌝ pensata est!' o te felicem, uxor! ⌜inter has viva numeraris.⌝ 15

2 MARVLLI. ⌜Adsiduae contentiones erant:⌝ 'ego magis amo'; 'immo ego'. ⌜'sine te vivere non possum'; 'immo ego sine te'. qui solet exitus esse certantium, iuravimus.⌝ respexistis nos, di, quos numquam violavimus.

HISPONIS ROMANI. Difficile est, iudices, eorum secretorum causas reddere, quae amantibus etiam sine ratione iucunda sunt. Nec est, quod 20 putetis de abdicatione hodie tantum illius agi: de spiritu agitur. scitis, quemadmodum suos amet: non magis sine patre vivere potest quam sine viro.

3 IVNI GALLIONIS. Socer — hoc enim te appellabo, quamdiu vixero. Quid sibi volunt altiores gemitus et fortiora inter lacrimas suspiria? ne- 25 scioquid videris fortius, puella, promittere. non sum tanti, ut bis pro me pericliteris.

ARGENTARI. Nocet illi indulgentia suorum: in duo pericula mulier incidit, quorum neutrum esset experta, si aut minus amaret virum aut minus amaret patrem. 30

1 iubetur *om.* **V** *suppl.* **V^2** || 2 abdicat **B** || 3 dum mortales **A** | providentiam **B** || 4 poriculum **B** || 6 iuraveremus **V** *corr.* **V^2** || 7 fuerint *a. c.* **V** | hoc τ huius α || 9 areilli **B** | uxo **B** || 10 Mentitus ⟨es⟩ (*Otto*), inquit. hoc (*Kiessl.*) *edd. recc.* | hic] hic est **V** | amantib **AB** || 11 credimus] non cr. **AB** || 12 dividet **E** -dit α | *post* Moriar *add.* inquit **E**, *edd., sed cf. Hoffa 47, qui comparat II 5, 1; VII 1, 4; ib. 5 et al.* | habeo et causam **E** abeo ex causa (cusa **B**) α abeo exclusa et ero exemplum **V^2** *manifesta interpolatione, ut saepe* || 13 rogis se maritorum *ex* **E** *restituunt* (se maritorum rogis) rogistorum α | immiserunt *Schott* miscuerunt α**E** || 14 animam **AB** | magnam gloriam α *corr.* **V** | brevi **E** eius α levi *dub. Gertz* || 15 numeras **V^2** || 17 possumus *a. c.* **V** || 18 respexisti **B** | di quos *Schott* dignos α || 21 de[1] *in* e *corr.* **V** | illius *Schott* -lis **AB** -los **V** || 22 amet *dett.* amen **A** ament **BV** || 24 hoc] huius **AV** | *post* vixero *graviter interpunxi* || 26 fortius τ -ibus α | sunt **A** | pis *a. c.* **B** || 28 dua *a. c.* **B** || 29 esperta **AB** | aut[1] — virum *bis scr.* **B**

ALFI FLAVI. Nec est, quod putetis illi facilius istius esse desiderium: et patri iurabat tamquam viro iuraverat.

Pars altera. P. ASPRENATIS. Nempe, si quid acciderit viro, aut peritura 4 ⟨aut peieratura⟩ est, et, si bene filiam meam novi, peritura est. Si quid 5 genero meo acciderit, filia mea moritura est; adiciam quod sit indignum: si quid filiae meae acciderit, vir eius victurus est! Vide, qua te lege constrinxeris: si peieraveris, vives.

BLANDI. O condicionem aequam! alteri vitam debet, alteri devovet.

PAPIRI FABIANI. ⌜'Non possum' inquit 'relinquere virum'; quicquam E 10 non potes, quae mori potes? Paene, qui falsae mortis nuntium miserat, verae recepit.⌝ Vir, dum nimis amat uxorem, [paene] causa periculi fuit; uxor, dum nimis amat virum, paene causa luctus fuit; pater, dum nimis amat filiam, abdicat. ⟨di,⟩ servate totam domum amore mutuo laborantem. 'Moriar' inquit: hoc patri minaris, viro promittis. ⌜Potes sine viro E 15 pati: peregrinationem eius tulisti.⌝ facilius potes carere eo, qui spiritum dedit quam eo, qui impendit?

Et haec controversia non eget [hii] divisione, nam praeter illam quae- 5 stionem, an pater abdicare possit propter matrimonium, reliqua, cum ad aequitatem pertineant, tractationis sunt. optimam tamen quaestio- 20 nem coniecturalem LATRO fecit; proposuit illam, an, etiamsi non malo adversus uxorem animo [fuit] maritus fecit, tamen tam temerarius et inconsultus relinquendus sit. deinde: an etiam malo adversus uxorem animo fecerit.

FVSCVS ARELLIVS iuris quaestioni subiecit non posse illam discedere 25 a viro; nam et hoc illam iure iurando obligavit; ⌜hunc enim animum sine E dubio fuisse iurantium, ut vivi non diducerentur, cum illud quoque ca-

1 quod *dett.* qui *α* | istius *sc. patris* || 2 iurabat tamquam viro iuraverat *scripsi* narrabat tamquam murmuraverit (-mor- **B**) *α* et patrem amat (*Schott*) tamquam mori iuraverit (*Haase*) *edd. recc.* || 3 N nempe **BV** || 4 peieratura aut *ante* peritura *suppl. Sh. Bailey, transposui; cf. l. 7; p. 85, 17; 86, 3* || 5 genero **D** -ere **AB** -eri **V** | quod **D**[2] quid *α* || 6 qua *ex* quia **V**[2] | contrinxeris **AB** || 7 peieraveris *dubit. scripsi* (*cf. l. 4*) parueris *α* si parueris, ⟨non vives, si non parueris⟩, vives *Faber* || 8 aequam *dett.* et quam *α* et *del.* **V**[2] | dovovet **A** dovovit *in* devovit *corr.* **V**[2] || 9 quicquam] quid inquam **V**[2] || 10 falsae **E** (*cf. sequ.* verae) -sum *α* | miserit **V** || 11 vere *α* virum **V**[2] | recepit **E** -cipit *α* -cipis **V**[2] | nimis *ex* n̄ imis **A** | paene *del. Müll.* || 12 amat virum] amaturum **BV** *corr.* **V**[2] | poene **A** poena **V** *corr.* **V**[2] | causa *om.* **A** || 13 filium *a. c.* **V** | di *post* servate *suppl. Schult., transposui* | amor ut tuo **A** || 14 potest **AB** || 15 peregrinatione **A** || 16 dedit *Gron.* debet *α* | eo **V** ego **AB** || 17 Et = *etiam, cf. p. 73, 16 sq.* | controversiam *a. c.* **A** | eget [hii] *Haase* eret hii **AB** erat in **V** haeret in *Gertz* | divisione *Faber* divinatione *α* | illa **AB** || 18 an *ex* hanc **B** | possit *Jahn* -sset *α* | reliqua **V**[2] -linqua *α* || 19 equitantem **B** | tractationes **V** || 20 fecit *del. Thomas* | an *om.* **A** || 21 fuit *del. Kiessl.* | tam] ut tam **V** || 22 relinquendūs **A** | an **V**[2] ante *α* || 24 quaestioni *Burs.* -nis **AB** -nes **V** -nem *dub. Kiessl.* | posse *ex* -ssum **V**[2] -sset **AB** || 26 fuisset *a. c.* **V** || 26—*p. 84,* 1 cum illud — dividerentur **E** *om. α*

6 verint, ne morte dividerentur.⌝ LATRONI contrarium videbatur onerari iuris iurandi invidiam, cum extenuari deberet; et illud ius iurandum contra fortunam videtur, hoc etiam contra patrem.

E CESTIVS contra fecit et toto dixit ⌜iure iurando illam liberatam: illo casu⌝ solutos ipsos vinculo religionis, et ideo non futurum periculum 5 uxoris, si quid accidisset viro.

SILO POMPEIVS contra dixit illam teneri iure iurando et adiecit, etiamsi repudio diducta fuerit, non tamen solvi foederis pactionem: et ideo, inquit, honestum morti nostrae titulum vindico, ne, si quid acciderit, aut ego pro aliena uxore moriar aut illa pro alieno viro. 10

7 HISPO ROMANIVS hoc colore usus est: ius iurandum iocosum fuisse; sicut multa cotidie iurarent amantes, et ipsum iurasse. itaque oblitum se eam iurasse et misisse nuntium, ut experiretur affectus uxoris, ⟨cum ei su⟩perveniret. uxorem intellexisse falsum nuntium esse et ex eo se loco praecipitasse, ex quo praecipitata perire non posset, ut, quomodo ego 15 illam, inquit, falso nuntio terrueram, sic illa [inquit] me falso periculo terreret.

MARVLLVS praeceptor noster licenter verbo usus est satis sensum exprimente, cum diceret uxorem intellexisse mariti mendacium: et ipsa adversus temerarios mariti iocos relusit. 20

8 E Hanc controversiam memini ab ⌜OVIDIO NASONE declamari apud rhetorem Arellium Fuscum⌝, cuius auditor fuit, cum diversum sequeretur dicendi genus — ⌜nam Latronis admirator erat.⌝ habebat ille comptum et decens et amabile ingenium. oratio eius iam tum nihil aliud poterat videri quam solutum carmen. adeo autem studiose Latronem audit, ut 25 multas illius sententias in versus suos transtulerit. in armorum iudicio dixerat Latro: mittamus arma in hostis et petamus. Naso dixit:

1 videbantur **A** -ebant **B** | honerari **V**² honorari *α* || 2 invidia **AB** | extenuare **AB** | deberent *a. c.* **V** || 4 et] ex *Gertz* et ⟨ex⟩ *Haase, C. F. W. Müll.* | toto dixit *ex* totamxit **V**² || 5 solutos *ex* -tus **V**² || 6 uxori *Haase* | sic **AB** || 7 tenere **A** || 8 deducta **AB** || 9 mortem **AB** | nostrae *om.* **V** | ne si quid] nesquit **A** || 10 meoriar *a. c.* **B** | aliena *a. c.* **V** || 11 romanius *in* -nus *corr.* **V**² | hoc] huius **AB** | iocosum **E** locorum *α* || 13 eam iurasse et *Müll. praeeunte Madv.* (eam iurasse) an iniurassent **AB** an iurassent **V** || 13–14 ⟨an⟩ affectus uxoris permaneret *Madv.* | cum ei superveniret *scripsi praeeunte Otto* (⟨eique su⟩perveniret) perveniret **AB** non perimeret **V** || 16 illa] -lam *a. c.* **V** | inquit² *del. Schott* || 17 terieret **B** || 18 marilius *α* | licerter **A** | verbi **AB** | exprimentum **A** || 20 adversa **V** | temerarius *a. c.* **V** | marit **V** *corr.* **V**² || 21 memini ab Ovidio *Lipsius* (*cf.* **E**) meminero video *α* | *post haec verba duo folia exciderunt in* **A** *usque ad p. 90, 20* non possum | nasonem **V** || 22 cuius *ex* cui **V**² | aditor **B** || 22–23 cum diversum — erat *transp. J. Fairweather; hab.* **BV** nam latronis (latoronis **B**) admirator erat (erit **B**) cum diversum sequeretur dicendi genus || 23 illum **V** | comptum *Haase, Burs.* cōtum **B** constari **V** || 25 latrone **B** | ut *dett.* cum **BV** || 26 transtulerit *in* -tuliret *corr.* **B** | in armorum (*sc. Achillis ab Aiace et Ulyxe petitorum*)] marmorum **B** || 27 mittamus *dett.* mutamus **BV**

arma viri fortis medios mittantur in hostis;
inde iubete peti.

et alium ex illa suasoria sensum aeque a Latrone mutuatus est: memini ⌜Latronem in praefatione quadam dicere⌝ (quod scholastici quasi car- E
5 men didicerant): ⌜non vides, ut immota fax torpeat, ut exagitata reddat ignes? mollit viros otium, ferrum situ carpitur⌝, ⟨animum⟩ desidia dedocet. ⌜Naso dixit:

vidi ego iactatas mota face crescere flammas
et rursus nullo concutiente mori.⌝

10 tunc autem, cum studeret, habebatur bonus declamator. hanc certe 9 controversiam ante Arellium Fuscum declamavit, ut mihi videbatur, longe ⟨aliis⟩ ingeniosius, excepto eo, quod sine certo ordine per locos discurrebat. haec illo dicente excepta memini: ⌜quidquid laboris est, in E hoc est, ut uxori virum et uxorem viro diligere concedas. necesse est
15 deinde iurare permittas, si amare permiseris.⌝ Quod habuisse nos ius iurandum putas? tu nobis religiosum nomen fuisti: si mentiremur, illa sibi iratum patrem invocavit, ego socerum. parce, pater: non peieravimus. Ecce obiurgator nostri quam effrenato amore fertur! queritur quemquam esse filiae praeter se carum. quid est, quod illum ab indulgentia sua avo-
20 cet? di boni, quomodo hic amavit uxorem? Amat filiam et abdicat; dolet 10 periclitatam esse, et ab eo abducit, sine quo negat se posse vivere: quaerit[ur] periculum eius, qua paene caruit, hic qui amare caute iubet! Facilius in amore finem impetres quam modum. tu hoc obtinebis, ut terminos quasi adprobaturi custodiant, ut nihil faciant nisi considerate,

1 *Ov. met. XIII 121 sq.* || 8 *Ov. am. I 2, 11 sq.*

1 mittantur **V**² -atur **BV** || 2 iubete *dett.* -bet **BV** || 3 suasoria *τ* suasa **B** suas chena **V** | sensus **B** | aeque *Haase, Madv.* et quae **B** qua (*ex* quae) **V** | mutuatus **V**² -tatus **BV** || 4 praefacio **B** || 5 immot **B** || 6 viros *etiam* **E** vires *Kiessl., quod adridet* | otium **E** *τ* *om.* **BV** | animum *supplevi* | desidiam **V** || 8 iactata **V** *corr.* **V**² | facet **BV** *corr.* **V** *vel* **V**² || 9 concutientem mor **B** || 10 habebat **B** || 11 controversia **B** | fuscus **V** | ⟨et⟩ ut *Schult.* || 12 longe **V**² -gae **BV** | aliis *suppl. Watt* | ingeniosis **B** | locos *dett.* iocos **BV** || 13 discurrerat **B** *quod ut 'vulgare' def. Thomas* || 14 viro] uro **B** || 15 ut iurare **E** | permitta **B** || 16 numen *Faber* | mentire **V** *corr.* **V**² || 17 socerum *dett.* socrum **BV** | pater *τ* patrem **BV** | peieoraravimus **B** || 18 obiurgator *cod. Vat. Schotti* -atur **BV** | nostro **V** | effremato **B** | queritur *om.* **V** | quemquam *Haase* quamquam **BV** || 19 filiae *Haase* -iam **BV** | praeter se *Rebling* praeteris **BV** | quid est *Haase* quidem **BV** | illam *Gertz* || 20 amabit *Schult.* || 21 abducit *dett.* -duit **B** -duc **V** -duci **V**² | quaerit *Faber* quaeritur **BV** queritur *edd.* || 22 amare *dett.* -aret **BV** | cautae **BV** *corr.* **V** || 23 imperes *Lipsius* | modo **V** *corr.* **V**² | tui *ex* tu **V**² | hos **V** | obtinebis *Jahn* optionibus **BV** | ut *Jahn* et **B** *om.* **V** || 24 faciam **B**

nihil promittant nisi utique facturi, omnia verba ratione et fide ponde-
E rent? senes sic amant. ⌜pauca nosti, pater, crimina: et litigavimus ali-
quando et cecidimus et fortasse, quod non putas, peieravimus.⌝ quid ad
patrem pertinet quod amantes iurant? si vis credere, nec ad deos pertinet.
11 Non est, quod tibi placeas, uxor, tamquam prima peccaveris: perit aliqua 5
cum viro, perit aliqua pro viro. illas tamen omnis aetas honorabit, omne
celebrabit ingenium. fer, socer, felicitatem tuam: magnum tibi quam
parvo constat exemplum! in reliquum, ut iubes, diligentiores facti sumus;
errorem nostrum confitemur: exciderat iurantibus esse tertium, qui ma-
gis amaret; sic, di, sit semper. Perseveras, socer? recipe filiam. ego, qui 10
peccavi, poena dignus sum. quare uxori notae causa sim, socero orbitatis?
discedam e civitate, fugiam, exulabo; utcumque potero, desiderium mi-
sera et crudeli patientia perferam. morerer, si solus moriturus essem.

12 Declamabat autem Naso raro controversias et non nisi ethicas. liben-
tius dicebat suasorias. molesta illi erat omnis argumentatio. verbis mi- 15
nime licenter usus est, non ⟨ut⟩ in carminibus, in quibus non ignoravit
E vitia sua sed amavit. manifestum potest esse ⟨ex eo⟩, quod ⌜rogatus
aliquando ab amicis suis, ut tolleret tres versus, invicem petit, ut ipse
tres exciperet, in quos nihil illis liceret. aequa lex visa est: scripserunt
illi quos tolli vellent secreto, hic quos tutos esse vellet. in utrisque co- 20
dicillis idem versus erant, ex quibus primum fuisse narrabat Albinova-
nus Pedo, qui inter arbitros fuit:

semibovemque virum semivirumque bovem;

secundum:

et gelidum Borean egelidumque Notum. 25

23 *Ov. ars II 24* || 25 *Ov. am. II 11, 10*

1 utique *Burs.* utius **BV** || 2 ament *a. c.* **B** || 3 cecidimus *etiam* **E** cecimus **B** decidimus *Gron.* | quod fortasse **E**, *edd.* | peioravimus **BV** *corr.* **V**² || 4 patres *dett. haud male* | quod **V**² quid **BV** | iurent **V** | si vis *ed. Rom.* sibi **BV** | deos *dett.* eos **BV** || 6 perit] per **B** | honorabit **V**² honorabitur (hone- **V**) **BV** | omne **V**² -nis **B** -nes **V** || 7 celebravit **B** | fer *ed. Rom.* per **BV** | soceri **V** | tua **B** | *fort.* ⟨tam⟩ magnum || 8 dilientiores **B** || 9 exciderant **B** | urantibus **B** || 10 di sit *ed. Herv.* desit **BV** | severas **B** persevera *ex* -ras **V**² | filia **B** || 11 notae *Schult.* -ta **BV** | sim *ed. Herv.* sit **BV** || 12 e *ex* et **V** | exultabo **BV** *corr.* **V** *vel* **V**² || 13 referam **B** | morer **B** || 14 et *Schult.* set **B** sed **V** | eticas **B** || 15 moleta **B** || 16 non ⟨ut⟩ *scripsi* non **BV** nisi **D**², *edd.* || 17 vitia *dett.* vita **B** vitam (*et* suam) **V** | ex eo *supplevi praeeunte Novák* (⟨hoc ex eo⟩ potest) || 18 ipsi **V** || 19 exciperent **V** | illis *τ* ille *ex* le **B** illi **V** | visa est] visae **B** | scripserant **E** || 20 secreto — vellet **E**, *suppl.* (*excepto* secreto) *τ* *om.* **BV** | in utrisque **E** nutrisque **B** de utrisque **V** || 21 fuisse *ex* -sset **V** *vel* **V**² -sset *ex* -ssent **B** || 21.22 Albinovanus Pedo **E** *τ* alibi novanus redo **BV** || 23 simivobemque **B** | semivirum **B** | bovemque *a. c.* **V** || 25 et *in* e *mut.* **B** | boream **BV** | *post hunc versum lac. stat. Thomas tertium Ovidii versum desiderans, fort. recte*

ex quo apparet summi ingenii viro non iudicium defuisse ad compescendam licentiam carminum suorum sed animum. aiebat interim decentiorem faciem esse, in qua aliquis naevos fuisset.⌝

⌜RAPTOR, NISI ET SVVM ET RAPTAE PATREM INTRA DIES TRIGINTA **3** E
5 EXORAVERIT, PEREAT. Raptor raptae patrem exoravit, suum non exorat. accusat dementiae.⌝

PORCI LATRONIS. 'Moriar' inquit, 'moriar': ⟨dic ergo⟩ verum. Hodie 1
ego non fleo; ⌜quid contremescis, senectus? quid, lingua, trepidas? quid, E
oculi, obtorpuistis? nondum est tricesimus dies.⌝ Vitam rogas? dedi, et
10 perdidisti. 'Mori' inquit 'filium vis': ego te mori volo? immo furor tuus,
illa caeca et temeraria cupiditas, et inter haec pater illius, qui ⌜nimis cito E
exoratus est⌝. quare tam cito senex ille remisit iniuriam? ⌜ne tristiore
quidem vultu expugnatam filiae pudicitiam tulit.⌝ timeo, ne verum sit
quod audio, ne novo inauditoque more de nuptiis puellae vitiator exoratus
15 sit.

CESTI PII. Quo melius de sene [de] iudicare possitis, narrabo me iuve- 2
nem. habui patrem sanae mentis nec tam severum, ut crudelis esset,
nec tam indulgentem, ut incautus. duxi uxorem, quam pater iusserat,
nec tamen nuptiarum mearum me paenitet. Fili, nonne saepe excandui,
20 saepe reconciliatus sum, saepe quod negaveram dedi? ipse dispensasti
triginta dies, ut haberet primos socer, medios reus, novissimos pater.
*** ⌜Ne omnia vitia a prima adulescentia repetam, virginem rapuit, E
patrem accusat; haec intra dies triginta. Putas me accusatori promissu-

1 appareret B | summi ingenii *dett.* summum genus BV | ad compescendam] pescenadc̄dam B || 3 facem B | essem B | nevos B nevus V | esset E || 4 sum B || 5 exoraveri V *corr.* V^2 | raptor *om.* B | patre B | sum B | exoravit *ex* -orant (*ut vid.*) V^2 || 6 accusatur V || 7–8 ⟨dic ergo⟩ verum; hodie ego *Sh. Bailey praeeunte Wachsmuth* (dic ergo verum); *cf. p. 94, 21. interpunctionem corr. Wb.* odie ego verum B hodie ego virum V || 8 flebo *Wachsmuth* | qui B | contremescis E -scit B -tri- V | pectus *Müll.* | quid²] qui V *corr.* V^2 || 9 obtorpuistis E exstipuistis B obstipuistis V | nundum B | stricesimus *a. c.* B trecessimus (tri- V^2) V || 10 perdidisse B | filius V *corr.* V^2 || 11 ceta B | illius *dett.* -lis BV || 12–13 me tristiorem equidem V || 13 vultu E vult BV || 14 quid B | ne *ed. Herv.* re BV | nova V | dae V | nuptis B | vitiator *Burs.* viciatur B *om.* V || 14. 15 exoratus sit *ed. Herv.* exomasit (-ssit V) BV || 16 cest B | de sene [de] *Jahn* des herede BV | possitis *dett.* possit his B positis V || 17 sane BV | tamen severus *a. c.* V || 18 luserat B || 19 nec *C. F. W. Müll., Otto* et BV | nonne T non meo (*quod in* non nec *corr.* V) BV filio meo *dubit. Kiessl.* | excanduis *a. c.* V || 19–20 excanduisse pere conciliatus B || 20 reconsiliatus V *corr.* V^2 | dispensastis *a. c.* B || 21 triginta] *hic et saepe alibi* xxx BV, *quod non adnoto* | ut] et B | reos *a. c.* V | novissimus BV *corr.* V || 22 Ne omnia *e. q. s.*] *rhetoris nomen excidisse puto* | vitia ab (prima *omisso*) E (a *scr. dett.*) *om.* BV | adulescentia E *dett.* -iam BV || 23 hec *suppl. mg.* V | promisserum B

rum quod filio negavi?⌝ 'impetravi' inquit 'ab illo': alii aiunt illum a te. [me] His me diebus accusas? Rapuisti virginem, et cum tam libenter viveres?

3 Arelli Fvsci patris. 'Moriar' inquit; etiamnunc minaris? nondum rogas? 'quousque' inquit 'rogabo?' iam lassus es nec adhuc ullum ro- 5 gasti. 'non possum' inquit 'exorare tam diu'; novo more obicit dementi constantiam. 'Quid ergo? tu poteris videre morientem filium?' fortasse non potero et ideo irascor, dum licet.

Pompei Silonis. Haec audacia eius ex parte culpae meae est: nimium E indulgenter nutritus est; ⌜omnia sibi putat licere, nihil umquam me ro- 10 gavit. 'Ignovit' inquit: ita aliquis ante me rogatus est?⌝ non nosti condicionem legis tuae: in hac culpa ⟨qui pa⟩res sent⟨ent⟩ias habent, pereunt. ipse se ad alienam misit, lex illum [ad]misit ad meam. RAPTOR, NISI ET SVVM ET RAPTAE PATREM EXORAVERIT, PEREAT. vis scire, lex utrum maluerit? non exoratos; irascitur. ex duobus patribus eum raptor accusat, 15 qui legem sequitur.

4 E Arelli Fvsci. ⌜Miraris me dubitare? ipsa lex inter mortem et nuptias dubia est.⌝ Quid me intempestivae proditis lacrimae? nondum erat tempus fatendi. non est, quod tibi quicquam promisisse lacrimas putes: fleo, quod necesse mihi est filium spectare morientem. Quid facturus sim, 20 adhuc nescio; utique tu ante tricesimum diem nescies. 'Exoravi' inquit '⟨raptae⟩ patrem': quid ergo mihi molestus es, si hoc tibi satis est?

Moschi. Effregit fores et identidem leges invocantem coegit pati stuprum, nisi tam facile puellam exoravit quam patrem. Mortem vitiatione meruit, accusatione deprecatur; consumuntur interim dies. uter 25 nostrum illos consumit? 'Rogo' inquit: non est ⟨for⟩tunae meae rogari; nunc ego rogare debueram, qui periclitor.

5 E Papiri Fabiani. ⌜Demens sum: vides ⟨enim⟩, turpiter vivo⌝, meretricem amo, ⌜leges ignoro, dies tuos non numero.⌝ Ad iudices vocat iudicem

1 ab illo] tibillo **V** | alii *r* ali **BV** || 2 [me] his *scripsi* medis **BV** mediis *dett.* | accuses **V** *corr.* **V**² | et *vulg. del., def. Thomas* || 4 minaris *dett.* miraris **BV** || 5 quousque *Burs.* quiusque **B** quisque **V** | ad ullum huc *a. c.* **V** || 6 dementi *Burs.* -nte **B** -ntiae **V** || 9 me **B** || 10 nihil umquam *ex* **E** *restituunt* (nihil me umquam rogavit) ne illum quam **BV** || 11 ita **E** et **BV** || 12 culpa *ex* cupa **V**² | qui pares *ed. Rom.* res **BV** | sententias **D** sentias **BV** || 13 ab aliena **B** | ad *del. dett.* | mea **B** || 14 sum **B** | patre **B** | utram **V** || 15 exoratos *scripsi* -atio **B** -atus **V** exorari *Burs.* || 16 seqtur **B** || 18 intempestive **B** | nundum **B** || 19 fatendi *Schult.* faciendi **BV** | quiquam **B** | putes *dett.* -tas **BV** || 20 expectare **B** | facturis **B** || 21 utque **B** | nescies] ne- *del.* **V** *vel* **V**² | exoravi *Faber* -abis **B** -avis **V** || 22 raptae *suppl. Faber* | ego *a. c.* **V** || 23 Moschi *W. Baumm* osci **B** osi **V** | effregit **T** etf- **BV** || 24 facilem **BV** *corr.* **V** | mortem vitiatione *Gron.* morte vitationem **BV** || 25 deprecatus **V** | consumunt **B** || 26 fortunae *Burs.* tune **BV** | me **V** || 28 fablani **B** | enim *suppl. Gertz* nimirum **E** || 29 legem **E** | numero] ignoro numero *a. c.* **B** | vocat *Burs.* -ati **B** -ati☰ ad **V**

suum. 'Ergo moriar' inquit: hoc si reo dicis, non curo; si iudici, videbo;
si dementi, non intellego. ⌜'Demens' inquit 'es'; et huic aliquis ignoscere E
potest, qui sic rogat?⌝ Vos mei iudices estis; iste habet suum iudicem nec
potest inexorabilem queri, quem nondum expertus est.
5 IVNI GALLIONIS. 'Rogo' inquit; nunc? hic? sic? si volebas rogare, ad- 6
movisses propinquos, amicos, maiorum imagines, lacrimas, repetitos
alte gemitus. testor deos, sic rogaturus fui puellae patrem. 'Quando'
inquit ⟨'misereberis?' cum⟩ vultum in supplicis habitum summiseris,
cum dixeris: 'paenitet quod rapui, quod te priorem non rogavi', cum
10 dixeris te dementem fuisse, ⌜deliberabo cum amicis, deliberabo cum E
propinquis⌝, deliberabo cum tua matre. ⌜me miserum, quam paene pro-
misi!⌝ ⟨dura⟩, anime, dura; here fortior eras. et multum habeo, quod
deliberem: diversi me affectus distringunt, inter reum et patrem distra-
hor; hinc iniuria est, hinc natura. quid properas? nemo tibi praeter me
15 rogandus est. 'ergo' inquit 'misereberis?' nihil promittam ante tricesi-
mum diem. ⌜o me miserum, quod tantum triginta diebus irasci possum!⌝ E
longiore tempore opus erat. Audi a demente exempla huic crimini ⟨con- 7
venientia⟩. denis vicenisque annis inter bella iuventus consenuit; nos
dies triginta ferre non possumus? Deliberabo; lex nihil vult temere fieri:
20 'magna res est' inquit, 'delibera, cogita, tempus accipe.' Effregisti do-
mum civis, ut dicis, etiam misericordis: morere! non est hoc nocenti
grave. ego nihil peccavi; propter te mori cupio. Ratio a me exigitur
alienae culpae, meae potestatis. 'Quid ergo facturus es?' non pronuntiabo
ante supremum. ⌜quid [si] miraris, si illum citius exoravisti? facilius est E
25 iniuriam donare quam crimen.⌝ Agedum, ⌜procede in medium, senex,
cuius misericordia crudelis sum:⌝ non putasti mecum deliberandum?
unde tu scis, qualem filium habeam? ego certe adhuc nescio, qualem fi-
liam habeas. ⌜'Iam' inquit 'angustum tempus est': et tibi vacat accusare?⌝ E
ullum tempus uni verbo angustum est?

1 sum **BV** | hoc] huius **BV** *corr.* **V** || 2 Demens inquit es **E** *om.* **BV** | hic **B** || 3 habet] ħ **B** | sum **B** || 4 exorabilem **B** || 5 sic D^2 sit **BV** || 6 imagine **B** || 7 gemitos **B** || 8 misereberis cum *suppl. Thomas* | vultum *Faber* multum **BV** | supplicis *dett.* -ciis **BV** || 9 rapuit *a. c.* **V** | te priorem ς terriorem **BV** | ragavi **B** || 11 propinquis V^2 proprias quis **BV** | poene **BV** *ut sim. saepe* || 12 ⟨dura⟩, anime, dura; here *vulg. coll. Quint. IX 2, 91* anime durere **BV** || 13 intereum **V** || 15 tricesimum] xxx **BV**, *cf. adnot. ad p. 87, 21* || 16 o me miserum **E** miserum omne **BV** || 17 opus] tempore **V** *corr.* V^2 | exempla ⟨apta⟩ *Schenkl* | crimine **B** | convenientia *suppl. Drechsler, et dubit. accepi* || 18 consenuit V^2 est senuit **BV** senescit *Novák* || 19 vultemere **BV** *corr.* **V** || 20 magnas **B** | effregisti *ex* -frecisti V^2 -fecisti **B** || 21 cuius **B** || 23 meae] me **B** non meae **V** || 24 supremam *Schult.* | si *del. dett.* | exhorasti **B** || 25 agedum *dett.* acendum **B** agendum **V** | procede **E** *om.* **BV** procede agedum *Novák fort. recte* || 26 cui V^2 | misericordia **E** ς -iae **BV** || 27 tu scis *Burs.* hiscis **B** autem scis **V** | ego *dett.* ergo **BV** | filium **B** || 28 *post* habeas *in* **BV** *sequuntur verba* ullum tempus uni verbo angustum est (*quae deinde l. 29 omittuntur*), *transp. Otto*

8 VIBI RVFI. Quis umquam praeter me ignoscere iussus est? 'Iam' inquit 'tempus angustum est'; ita non putas me subducere, quantum supersit? 'iam' inquit 'tempus angustum est'; angustum erat, si duos rogare deberes. 'angustum tempus est' exclamat; ne sic quid⟨em⟩ rogat. ergo me priorem rogare debuisti, non dico, quia dignior sum, qui 5 prius roger, quia pater tuus; id quod minimum est, propius habito. hoc videlicet illa pars legis pertinebat: ET SVVM PATREM EXORET.

E P. ASPRENATIS. ⌜Sic aliquis exorat, sic deprecatur? apparet nunc te primum rogare.⌝ Demens sum: immo, si vis, argumentum dabo tibi: ⟨licet⟩ filius meus moriturus sit, nondum testamentum meum mutavi. 10

CORNELI HISPANI. Multi me affectus diducunt; necesse est de aliis querar, de aliis erubescam, de aliis timeam, de omnibus etiamnum deliberem. ne ille quidem, quamvis dicatur nimis exorabilis, ignovisset, si sic rogatus esset.

9 E Pars altera. ⟨ARELLI⟩ FVSCI patris. ⌜Me miserum, pater! irae tuae de- 15 tractum est nihil et tempori multum. Infelicior sum, quam si neutrum exorassem⌝: mortem timeo, postquam mihi homines gratulati sunt. Quid tibi, optime socer, pro ista misericordia tua, qua mihi et patri meo pepercisti, precer nisi superstitem filiam?

PAPIRI FABIANI. Non possum dissimulare, pater: quod illum exoravi, 20 tuum beneficium est. certe, cum exoratus est, hoc dixit: 'aliud quidem suadebat dolor meus, sed quid faciam? patris iudicio ⟨meo⟩ misereor.' Miserere, pater; scis, quam brevis sit advocatio mea.

*** 'Misereor' inquit — vis verum dicam, quid dixerit? — 'patris tui.' Vnde ego miser ab hoc patre veniens timerem patrem? 25

10 CESTI PII. Timeo mortem, nec iam habeo, cui peream.

MARVLLI. Si tibi tam pertinax adversus me odium est, audacter, quid sis facturus, pronuntia; dic exorari te non posse. quid me incerta mortis expectatione suspendis? sollicitus inter somnos quoque velut admotam

1 bivi **BV** || 4 ne sic quidem rogat (*sc. sed tantum accusat, cf. p. 89, 28*) *scripsi* nescio quod roga (rogem roga **V**) **BV** nescio, quando rogem *Burs.* || 5 qui *dett.* quia **BV** || 6 tus **BV** | proprius **BV** *corr.* **V** || 7 videlicet *ed. Rom.* video **BV** | par **BV** *corr.* **V** | ut **V** || 8 P. Asprenatis *Burs.* paspraenati **B** pars patrem nati **V** | aliqui *a. c.* **V** | appare **B** || 9 demensum **B** || 10 licet *supplevi* | sit] est et *Burs.* (est *etiam edd. vett.*) | nundum **B** || 12 decalis erubescam de alis timeo (timeo *etiam* **V**, *corr. dett.*) **B** | etiamnunc *dett., quae forma apud Sen. praevalet;* etiamnum *traditum est etiam IX 3, 11 et fort. X 4, 7* (-nun) || 13 ignovisse **BV** *corr.* **V** || 15 altera *dett.* alter **BV** | Arelli *suppl. dett.* | patri **V** | detractu **B** || 16 neutru **B** || 17 p; quam **B** | omnes *Kiessl.* || 18 quam **BV** *corr.* **V** *vel* **V**² || 20 Papiri Fabiani *dett.* capiri flabani **BV** | *hic rursus incipit* **A** | dismulare **A** | exoravit *a. c.* **V** || 21 tum **AB** | ali **AB** || 22 iudicio] tui *vulg.* | meo *supplevi* || 23 sit] scis **B** || 24 *nomen rhetoris excidisse stat. Thomas* | quid dixerit *dett.* qui dixeris *α* || 25 venens **A** || 26 paream **V** *corr.* **V**² || 27 marilli **AV** marylli **B** || 28 sis] si **AV** *corr.* **V** *vel* **V**² | tacturus **B** | mor **A**

cervicibus meis securem expavesco. si non impetro, ut vivam, hoc certe
impetrem, ne diu moriar. non est, quod putetis legem in numero dierum
angustam fuisse: lex ⟨nostra filium cito exorare vult, lex⟩ illius diu mori.
Responde, pater; ⌜si servaturus es filium, iam tempus fuit; si occisurus, E
5 iam tempus est.⌝ Non possum metum sustinere ultra, haec tormenta
⟨triginta⟩ diebus pati; et in me mihi aliquid licet.

Blandi. Ita parum tibi contigit, quod solus periclitante filio non rogas? 11

Latro sic divisit: an intra tricesimum diem raptor cum nullo agere
possit, sicut non potest qui in custodia est, qui in carcere. etiamsi cum
10 alio potest, an cum patre possit, quoi vitae mortisque arbitrium datum
est: an illi accusare eum liberum est, quem mortiferum est non exorasse?
etiamsi cum patre potest agere, an ob id possit, cuius faciendi potestatem
lex patri dedit: ista enim ratione nihil licet, si aut exorari aut accusari ei
necesse est. deinde, si potest agere, an debeat. irascendi causas tractavit,
15 quod rapuit, quod alium prius rogavit, quod eum non rogavit, quod
etiam accusat. si non exorari ⟨a⟩ filio dementia est, an tamen dam⟨nari⟩
dementiae non possit, cum adhuc, an[te] exoretur, incertum sit. hic paternos
adfectus tractavit spem facientis. non probabat Fvscvm, qui
paulo apertius agebat: est ⟨contra⟩ controversiam promittere. potest
20 nihilominus et bonus agi pater et non exoratus.

Fabianvs eam quaestionem fecit et in ea multum moratus est: dementiae 12
non posse agi nisi cum eo, qui morbo fureret. in hoc enim latam esse
legem, ut pater a filio sanari deberet, non ut regi.

Latro eleganter dicebat quasdam esse quaestiones, quae deberent inter
25 res iudicatas referri, tamquam, an quicquid optaverit vir fortis aut
tyrannicida accipere debeat: quasi iam pronuntiatum sit non debere,

1 securim **V** ‖ 2 putetis *dett.* -atis α ‖ 3 angusta **AB** | nostra – lex *supplevi* ⟨est⟩ *Burs.* | ilius **B** ‖ 4 si[1] *om.* **AB** | nam *a. c.* **V** | fugit **V**[2] ‖ 5 haec] nec *Burs.* ‖ 6 triginta *suppl. Kiessl.* ⟨tot⟩ *Schenkl* | pati et] paciet **BV** | in me mihi] im me mi (mihi *p. c.* **V**) α ‖ 7 periclitante *dett.* pere- α ‖ 8 intra] in **A** | cum] tum **B** | nullo *scripsi* filio α ullo *Gron.* alio *Faber* | agere *p. c.* **V** egere α ‖ 10 possit *p. c.* **V** -sset α | quoi *Burs.* quod α | mortisque *ed. Frob.* mortis sive α -tisve suae **V**[2] -tisque suae τ -tisque in se *Gertz* ‖ 11 an τ cum α num *Burs.*, *Madv.* | exarasse **BV** *corr.* **V** ‖ 12 id *ed. Rom.* is α ‖ 13 ista *ed. Herv.* iste α isti **V**[2] | ratione *dett.* -nem α | aut[1] *ex* autem (*ut vid.*) **V** | exorari] e *del.* **A** ‖ 14 causas *Burs.* -sa α -sam **V**[2] ‖ 15 eum *scripsi* me α ‖ 16 exorari ⟨a⟩ *Burs.* -orati α -oravit **V**[2] ‖ 16–17 an tamen damnari dementiae non possit *Burs.* tantamendam (tantam **V**[2]) dementia (-iam ferre **V**[2]) non possum α ‖ 17 an *dett.* ante α ‖ 17–18 pater non adfectos α *corr.* **V**[2] ‖ 19 apertius *dett.* aperitius α | contra *suppl. Kiessl.* ⟨inquit, contra⟩ *Müll.* ‖ 21 eam] hanc *Müll.* illam *Kiessl.* | ea **D** eam α | moratus *ed. Rom.* mir- α | dementiam **V**[2] ‖ 22 agi *om.* **V** *suppl.* **V**[2] | lata **A** ‖ 24 eteganter **A** ‖ 25 res *p. c.* **V** resi α | referrit (-t *del.*) āquam **A** | an *om.* **A** | aut *dett.* an α ‖ 26 tyrannicidia **A** | accidere **V** *corr.* **V**[2] | sit *ed. Rom.* est α

nemo iam hanc quaestionem tractat, sicut ne illam quidem, an quidquid pater imperat faciendum sit. inter has putabat et hanc esse, an pater ob dementiam, quae morbo fieret tantum, accusari a filio debeat; aiebat enim manifestum ius esse ea lege et de officio patris queri, et fingi quasdam controversias, in quibus pater furiosus probari non possit ⟨nec⟩ 5 absolvi tamen propter impietatem nimiam, libidinem foedam. quid ergo, aiebat, numquam utar hac quaestione? utar, cum aliis deficiar.

13 Pollio Asinivs aiebat hoc Latronem videri tamquam forensem facere, ut ineptas quaestiones circumcideret; in nulla magis illum re scholasticum deprendi: 'remittit' inquit 'eam quaestionem, quae semper pro 10 patribus valentissima est. ego [semper] scio nulli a praetore curatorem dari, quia inicus pater sit aut impius, sed quia furiosus.' hoc autem in foro esse curatorem petere, quod in scholastica dementiae agere.

14 Gallio et superiore usus est quaestione et illam adiecit: an agi cum patre dementiae possit ob id, quod fecerit, non ob id, quod facturus sit: 15 neminem iniuriarum accusari, quod iniuriam facturus sit, nec adulteri, quod adulterium commissurus sit; ⟨sic ne⟩ dementiae quidem, quod demens futurus sit. atqui tu non, inquit, mecum agis, quod non exoravisti, sed quod ⟨non⟩ exoraturus es. puta enim hodie me exorari: demens non ero. demens videor, qui uno [ne] verbo sanari possum? lex triginta 20 dies dedit, quia iudicavit aliquem duriorem futurum. etiamsi demens est qui non exoratur a filio ⟨tricesimo die⟩, numquid et qui vicesimo? ergo non potes hoc nomine damnare me, quod exoratus non sim; etiamnunc enim exorari possum. ita, si vis verum, agere mecum hoc crimine non

1 hanc *p. c.* V hac α | quaetionem A | sicut *p. c.* V sit ut α || 3 accusari *p. c.* V -sante α | a] e B | debeat] habeat *a. c.* V || 4 manifestum ius *scripsi* manifestius α -festum *Burs.* -feste ius *Gertz* | ea *scripsi* de (*scil. e sequ.* de *ortum*) α e *Burs.* | et^1 = *etiam* | queri α quaeri *edd.* | quasdam *p. c.* V ad q. α || 5 nec *suppl. ed. Herv.* || 6 absolvi tamen ⟨nequeat⟩ *Burs.* || 7 ego V | cum aliis *ed. Rom.* cemalis α -lus *p. c.* V | deficiar *in* -iam *corr.* V || 8 polio α | asinus A | videri *p. c.* V -erit α || 9 ⟨sed⟩ in *Kiessl.* | nulla *dett.* -lam α || 10 deprehendi *ex* -prendi V *edd.* | remittit≡ B | inquidem am V *corr.* V *vel* V^2 || 11 valentissima *p. c.* V alent- α | semper (*e l. 10*) *del. Schult.* | nulli a praetore *Schult.* nulla (-lum V^2) p̄ r̄ (praeter V) α || 12 qui amicus B | iniquus V^2 | sit aut A^2 *et p. c.* V sit aut hoc autem aut α | quia^2 *dett.* qua α *quod in* qui *corr.* V *vel* V^2 | funosus A | aut B || 13 scolasticam V | dementiae agere τ -tia (-tiam V) augeret α || 14 galio A | questione *p. c.* V -nes α || 15 patre *p. c.* V -rem α | dementiae τ -tia α -ti V^2 | id] od *a. c.* V || 17 sic ne *suppl. Burs.* ⟨ita ne⟩ *Drechsler* || 18 futurus sit *ex* -usit V -rum sit AB | atqui τ -quit α adquid V^2 | egis A | quod non τ non quod AV non inquid B || 18.19 exoravistis et A -oratistis et B -cratistis et V -crasti sed V^2 || 19 non *suppl.* τ | puto A || 20 ne *del.* τ || 21 quia V^2 qui α | iudicalvit *a. c.* V || 22 tricesimo die *suppl. C. F. W. Müll.* | numquid *dett.* numque α num V^2 | vicensimo AB || 23 potest *a. c.* V | non^2] no BV || 24 vis verum *Gron.* quis vestrum α | age A | crimine τ -men α

potes: utique triginta dies exorari possum; post triginta queri non potes. aut crimen non habeo aut accusatorem.

SILO POMPEIVS fecit quaestionem, qua Gallio usus est, ⟨et adiecit⟩: 15 nihil acturum adulescentem, etiamsi damnaverit patrem; nihilominus 5 enim periturum, quia lex nullam [habeat] aliam salutis viam dedit raptori, quam si exoraverit patrem.

LATRO haec omnia quasi membra in aliquam quaestionem ⟨in⟩currentia tractabat, non ut quaestiones; tamquam hoc ipsum in illam aiebat quaestionem incurrere, in qua quaeritur, an raptor possit accusare pa- 10 trem intra tricesimum diem: nam cum dico: non potes accusare eum, in cuius arbitrio positum est, moriaris an vivas, non magis quam magistratum in ius vocare, quam hodie ⟨de⟩ iudicibus tuis ferre sententiam, non magis quam miles in imperatorem suum animadvertere, adicio: non opus est accusare; nihil enim tibi proderit. etiamsi damnaveris, morieris. 15 lex enim, si non exoraveris, perire te vult. non exoras autem, etiamsi damnas. quare hoc non in quaestionis loco ponebat? imbecillum putabat. adparet enim ⟨non⟩ exigere legem ab eo, ut exoret patrem, qui non habet 16 quem exoret. puta enim patrem alicuius esse tam palam furiosum, ut nihil intellegat; hunc exorari a filio vult? atqui eodem loco est manifestus 20 demens ⟨ac damnatus.⟩

FVSCVS parum hoc putabat valens esse tamquam quaestionem, satis valens tamquam argumentum; et illam alteram quaestionem [satis valens quaestionem], non posse cum patre agi eo nomine quod non peccaverit sed peccaturus sit, in aequitatis tractatione ponebat, cum diceret:

1 potes[1] *ed. Bipont.* -est *α* | utique *Schult.* ut si que *α* ut si quem ad V[2] | dies V[2] diem *α* | exorare V | post] p; B | potes[2] *ed. Bipont.* -est *α* || 3 et adiecit *suppl. Schult.* || 4 nihic B || 5 habeat *del.* V[2] | viam V[2] vivam *α* || 6 patre BV *corr.* V[2] || 7 quasi omnia quasi AB *corr.* A[2] | incurrentia *ed. Frob.* curentia (-rr- V[2]) *α* || 8 quaestiones *Gertz* questionem *α* | hoc ipsum = *quod adicit Silo l. 4sqq.* || 9 qua V[2] quam *α* | raptor *dett.* rautor AB rauptor V || 10 potes *ed. Herv.* -est *α* | eum *dett.* cum *α* || 11 cui A | vivis *a. c.* V || 12 de *suppl. Burs.* hodie *in* de *corr. ed. Frob.* || 13 quam miles V[2] quam ille AB qua mille V | suum V[2] sum *α* || 14 opus est *Gertz* potest (*ex l. 10*) *α* | morieris V[2] moreris *α* || 16 in *Haase* est *α* *del.* V | ponebat] non p. *α* *corr.* A[2] V || 17 non *suppl. Jahn, et puto hoc* non *omissum mg. additum, deinde per errorem ante verbum* ponebat *prioris versus insertum; Faber h. l. nihil supplens legit* qui eum habet quem exoret | exiere *α* *corr.* V | ab eo *p. c.* V habeo *α* | ut *om. α* *suppl.* V[2] | habet *p. c.* V -beo *α* || 18 puta *τ* -tat *α* | esse *p. c.* V -sset *α* | tam *ed. Herv.* an *α* | furiosum V[2] furiorem *α* || 19 vult] non v. V[2] | atqui *ed. Herv.* atque *α* | eadem B || 20 ac damnatus *supplevi* || 21 Fuscus *Opsopoeus* iustum (-us V[2]) *α* | putabas vales *α* *corr.* V[2] || 22 valens] volens A | quaestionem (-e- *α*, *ut saepissime*) *del.* V[2] || 22–23 satis valens (valentem V[2]) quaestionem *del. Kiessl.* (quaestionem *del.* A[2]) || 23 agi *dett.* agri *α* || 24 peccaturus sit *Vahlen, Madv.* tracturus (tractat- V[2]) iste *α* | in aequitatis *τ* iniquitate *α* | tractationem AB | cum] tum A

E agere mecum dementiae, etiamsi potes, ⟨non debes⟩. ⌜numquid enim peccavi? non sum exoratus? nondum transit tempus; etiamnunc [tempus] exorari possum. quam iniquum est nondum esse me nocentem et iam reum!⌝

17 Omnes infamaverunt raptae patrem quasi cum raptore colludentem. GALLIO dixit: ⟨in⟩genuam virginem rapuit, si tamen rapuit. SILO POMPEIVS eandem suspicionem in omnia contulit: 'exoravi' inquit 'raptae patrem'; immo tu, cum exorabilem haberet patrem, rapuisti. HISPANVS dixit: omnia cito facta sunt: iste cito rapuit, ille cito ignovit. nisi demens sum, aliquid suspicandum. 5 10

ARGENTARIVS dixit: rapta est et statim exorata — immo nescio, an exorata, deinde rapta. spero te innocentiorem fuisse quam vis videri: tu exorasse te dicis; ego te exoratum puto. dic: quid tibi cum socero convenit?

18 RVFVS VIBIVS dixit: dic mihi, quid tibi ⟨cum socero⟩ convenerit, quanto tibi nuptias promiserit. non vis? tum hercules fateberis, cum dies venerit. 15

ASPRENAS [iam] dixit: 'iam' inquit 'non multum reliquum est ex triginta diebus': si ex illo dies numerarem, cum primum exorasti, aiunt iam triginta dies praeterisse. 20

LATRO dixit, id quod inter sententias scriptum est: 'moriar'; dic ergo verum.

CESTIVS hac figura declamavit, ut rogaret patrem, tamquam ⟨non⟩ exoratus esset raptae pater, deinde ad hanc sententiam transit: numquid peiorem causam habeo, si apud alterum iudicem vici? eadem figura declamavit et HISPO ROMANIVS, sed transit mollius: scio, quid respondere possit mihi: 'facile est domestico iudici satis facere; videro ⟨de⟩ te, cum ab raptae patre veneris.' 25

19 In hac controversia TRIARIVS dixerat: non scies, an exores, nisi ulti-

1 mecum] metum **B** | dementia **V** | etiamsi *Kiessl.* et si iam si *α* | potest **V** | non debes *suppl. Gertz* non ⟨debes⟩; quid enim *Kiessl.* || 2 nundum **B** | tempus transit **V** | tempus² *om.* **E** || 3 nundum **B** || 4 reum **V²E** rerum *α* || 5 inafamaverunt **B** || 6 ingenuam *Schult.* genuas (-uus **V**) *α* || 7 exoravi *C. F. W. Müll.* -vit *α* || 8 immo tu *Müll.* imitatu (imm- **A**) *α* miratur **V²** invitam tu *Haase* | haberet **V²** -eres *α* || 9 cognovit **B** || 9.10 demens sum *dett.* demensum *α* || 13 *fort.* convenerit || 15 vivius *α* | cum socero *suppl. Gertz* | quanto *Burs.* -ndo *α* || 16 vis? tum *Haase* victum *α* | hercules *dett.* aergules *α* aercule **V²** | faceberis **V** || 18 iam¹ *del. ed. Herv.* || 21 moriar *Faber* (*cf. p. 87, 7*) adoriar **AV²** agoriar **BV** || 21–22 dic ergo verum *bis scr. α*, *corr.* **A²** || 23 non *suppl. Burs.* || 25 abeo **BV** *corr.* **V²** | iudices **V²** | vici *Kiessl., Madv.* luci **AV** luci₇ **B** lucius **V²** || 26 responderi *dett.* || 27 facili **AB** facilius *dub. Kiessl.* | de *suppl. Thomas* || 28 ab raptae patre *Kiessl., Thomas* ad raptae patrem *α*

mus dies venerit, et tum, quamdiu licebit, perseverabo. deinde cum scho-
lasticorum summo fragore: at tu, quisquis es, carnifex, cum strictam sus-
tuleris securem, antequam ferias, patrem respice. belle deridebat hoc
Asinivs Pollio: filius, inquit, cervicem porrigat, carnifex manum tollat;
5 deinde respiciat ad patrem et dicat: 'agon?' quod fieri solet victumis. sed
ioco quoque remoto aiebat rem verissimam, non posse ⟨ad⟩ carnificem
veniri nisi eo tempore, quo iam exorari pater non posset.

Cestivs ⟨ex⟩ altera parte hoc colore usus est, qua⟨re⟩ priorem ro- 20
gasset raptae patrem: suspensum esse ⟨nolui⟩; volui statim illum secu-
10 rum esse de me. queritur, quod illum potius cogitare de matrimonio fili
quam de periculo volui.

Latro hoc colore usus est: scitis periclitantes alieno arbitrio agere.
illi qui circa erant sodales, qui occurrerant amici paterni, aiebant: 'eamus
statim ad raptae patrem; in eiusmodi casu hi rogantur, nam raptorum
15 patres rogant.'

Silo Pompeivs diversum colorem huic secutus est: nota erat, inquit, 21
duritia patris mei; itaque amici suaserunt, ad raptae patrem iremus, ne
noceret apud illum tardius meum exorari patrem.

Hispo Romanivs bello idiotismo usus est: dixerunt, inquit, amici:
20 'eamus ad raptae patrem, hoc curemus; illud domi est.'

Fvscvs Arellivs dixit: ⌜prior rogatus est qui magis timebatur⌝. E

Triarivs a parte adulescentis dixit: timeo, ne mutetur, etiam⟨si⟩ ex-
oratus est. hunc sensum non imprudenter Silo Pompeivs improbabat;
aiebat enim non posse mutari semel latam sententiam.

25 Quidam voluerunt videri cito exoratum raptae patrem, quidam tarde. 22
Fvscvs Arellivs dixit: magnam partem legis consumpsi, nec de mora
queror: raptae pater rogabatur. Cestivs non probabat, et hac sententia

1 quamdiu *Schult.* quediu **AB** queldiuc *in* diu *corr.* **V** | licebit *Burs.* legebis **A** tegebis **B** lugebis **V** || 2 at *Schult.* et α | strictam V^2 -tum α || 3 ferias *ex* -ies **A** || 5 agon **V** agori **AB** | victimis V^2 || 6 ioco *dett.* loco α | remoto τ -ta α -tam V^2 | agebat **V** | posse V^2 -ssem α | ad *supplevi* || 7 venire **D** *edd.* | tempr̄ **A** || 8 *suppl.* V^2 | hoc V^2 huius α | quare *Thomas* (*confert Müll. VII 6, 14; X 5, 25*) quia α || 9 ⟨patrem⟩: suspensum *Thomas* suspensus **A** | nolui *suppl. Faber* ⟨nolui patrem meum⟩ *Gertz* || 10 matrimonio *Faber* patr- α || 12 perclitantes α || 13 erat **B** | aiebant V^2 -bat **BV** agebat **A** || 14 hi *Otto, Gertz* hubi **A** ubi **BV** || 16 nota erat *Gron.* non erit α noverunt (*et* duritiam) *Burs.* | inquit V^2 quid α || 17 *fort.* suaserunt ⟨ut⟩, *ut putavit Novák* (⟨ut prius⟩), *docens vocem* ut *in Sen. numquam omitti, nisi coni. sequens primo sententiae loco ponatur* || 18 tardius meum *Gertz* trade sum α quod tarde V^2 tarde meum *Müll.* | exorari V^2 -ori α || 19 idiotismo *Gron.* dotisṣimo **A** dotis imo **B** dotismo **V** | dixerunt *Otto* vixit α vix V^2 || 20 hoc curemus V^2 occuremus α hoc occupemus *Gertz* || 22 a] ad **A** | si *suppl. Kiessl.* || 23 est *del.* V^2, *et fort.* etiam exoratus [est] *legendum* || 24 mutari *dett.* -are is α (-s *del.* A^2V^2) || 25 quidam[2]] quidem **A** || 26 legis V^2 tegis α || 27 hac V^2 hanc α

usus est, cum hunc colorem argueret: dum vult videri rogatum diu raptae patrem, efficit, ut videatur suum diu non rogasse. malo autem videri huius patrem tarde exorari quam tarde rogari.

HERMAGORAS solebat interdum diu schemata prosequi, interdum breviter †et fortios† attingere, sicut in hac sententia fecit, cum suspicionem 5 facere vellet inter raptae patrem et raptorem collusionis: *'πέπεισταί' φησιν 'ὁ τῆς φθαρείσης πατήρ.' οὕτως ταχέως; μονονοὺ πρὸ τῆς φθορᾶς.*

23 ARTEM⟨ON⟩ dixit: *λέγε, ἐς τί σὺ πρὸς τὸν πατέρα τῆς ἐφθαρμένης συμπεφώνηκας; λέγε, πῶς πέπεικας; σιωπᾷς* †ΙΩΡΙΟ†

GLYCON dixit: *βραδέως ἐλεεῖς με· κηρὸς ῥῦσις οὐκ ἔστι. φθίνω κρυε-* 10 *ροτέραν θανάτου μέριμναν· οὐ περιμενῶ σου τὸν ἔλεον.* hunc sensum commodius dixit LEPIDVS, Neronis praeceptor: non misereberis nisi ultimo die? ego mei ante miserebor.

DIOCLES CARYSTIVS a parte patris ethicos dixit: *'ἠβῶ θανάσιμος.' ἀπόθανε· εἰς τί γὰρ ἥρπαζες; εἰς τί γὰρ ἐφέρου; εἰς τί γὰρ ἐμαίνου; καὶ* 15 *ταῦτα δὴ ποιήσας ἐνέδρας ἤ τι ὅμοιον.*

4 E ⌜Abdicavit quidam filium. abdicatus se contulit ad meretricem. ex illa sustulit filium. aeger ad patrem misit; cum venisset, commendavit

1 argueret: dum *Haase* arguendum *α* arguendum putaret V² | vultu **AB** | rogavit **B** || 2 patrem V² pater *α* | suum *Burs.* sum *α* eum V² || 3 huius *Kiessl.* hoc *α* || 4 Hermagoras] *hoc solo loco integrum nomen legitur, quod semper alibi* hermacotas *in α scribitur* || 5 et fortios (*quod in* -ius *mut.* **V**) **AV** et forcios **B** et forticos *Haase, Burs.* | astringere *Jahn* | hanc **V** *corr.* V² | suspicione **AB** || 6 rastae *α corr.* **V** || 7 *φθαρείσης*] ΦAPeICA (-eIACA **V**) *α* | *οὕτως Rohde* OaTωC **A** OΛTωC **BV** | TaXXeωX MONDNOY PO *α* | ΦEOPA **A** || 8 Artemon *dett.* artem *α* | *λέγε, ἐς τί σὺ Gertz* ΛeTe Ce TI COI *α* | PIPOC ΠON (ΛΠON **A**) ΠaCePa (Na- **A**) THC EΦaRMeNeC (ENΦaRMeNe **A**) *α* || 9 *συμπεφώνηκας Thomas* CYMTIΦωNVKEC (aYMTINVKeC **A**) *α* *συμπεφρόνηκας Gertz* | *λέγε, πῶς πέπεικας Haase* aeCe (Taece **A**) Πω ΠΙΠeIKaIC (ΠΙCΠ- **B**) *α* | ΙωPIO] IaΠO **A** IauΠO **V** *φωρᾶ Burs.* *φωρῶ Thomas* || 10 *βραδέως Wb.* *praeeunte Burs.* (*εἰ β.*) NaaaUDeaC **A** HaaDDeωC **B** HaaaUORωC **V** | eΛIeC *α* | *κηρὸς ῥῦσις Thomas* KNC PYCIIC *α* *μ' ὅπως ῥύσῃ οὐκ ἔστι Burs.* | *ἔστι*] eTI **AV** eCI **B** | *φθίνω Thomas* ΦTINM *α* | *κρυεροτέραν Kiessl.* KPUOTePaN *α* || 11 *θανάτου Burs.* adaTOI(-TIOI **A**) *α* | *περιμενῶ Burs.* PINω **A** ΠPINω **BV** | hinc **A** || 12 Lepidus V² lepibus *α* | praeceptor non] praeceptorum **V** -ceptor V² | misereberis *Novák* misererеris **A** misereris **BV** *quod def. Thomas* || 12.13 ultimo (uult- **AB**) die] multimodi **V** *corr.* V² || 13 ego mei ante *Burs.* egome (-met V²) iam te *α* || 14 Diocles *dett.* -cle *α* | Carystius *dett.* carictius *α* | apte **B** | ethiccos *α* | *ἠβῶ θανάσιμος Wb.* eBω ONACIOC (-TIOC **B**) *α* *ἐγὼ* (*Burs.*) *θανατιῶ Müll.* || 15 *ἀπόθανε*] aΠOOΛNe *vel sim. α* | *γὰρ*[1] *Burs.* CIaP *α* | ePΠaZeC (ePenaZeC **A**) *α* | *γὰρ*[2]] NaP **A** IaP **B** | *ἐφέρου Thomas* eCeOY **AV** eOeOY **B** | eCTI Lap *α corr. Burs.* | *ἐμαίνου Burs.* enaINeTO *α* || 16 *δὴ ποιήσας Ribbeck, alii* ae (e **A**) TTONSaC (ΠCMSaC **V**) *α* *δὲ ἢ στήσας Burs.* | enePaC H ΠI OMOIN *α* || 17 ex] et **A** || 18 illa V² illas *α* | sustulit V²E tulit *α*

ei filium suum et decessit. adoptavit puerum ⟨pater⟩. ab altero [pater]
filio accusatur dementiae.⌝

Porci Latronis. Qualem vidi! ipsa fungebatur officiis, sedula circa 1
aegrotantis lectum in omnia discurrebat ministeria non incultis tantum
5 sed laniatis capillis. 'ubi est' inquam 'meretrix?' Venit ad me subito qui
diceret: 'filius, antequam moriatur, rogat venias.' non expectavi, dum
iste permitteret; amens cucurri. cetera quemadmodum narrem, nescio:
steterim an sederim, quid loc⟨ut⟩us sim, quid audierim, nescio; hoc unum
[huius unum] scio, iacuisse me inter duos filios. Accede hoc, puer, de-
10 positum, crimen meum; non habeo miser, cui te moriturus commendem.

Cesti Pii. Recepi in sinum nepotem. vultis et hunc abdicem? Duos fi- 2
lios ⟨sus⟩tuli, huic numero iam adsuevi. Patrem accusat, fratrem infa-
mat, infantem persequitur: rogo vos, non satius est meretricem amare
quam neminem? ⌜In me novi generis dementia arguitur: sanus eram, si E
15 non agnoscerem meos.⌝ Tradidit infantem, expiravit. non habui, cui
redderem. Offerebam me propinquis, ⌜expectabam, ut aliquis pro ab- E
dicato rogaret⌝. illi videlicet in hac cogitatione tacebant: 'nos rogabimus,
cum frater non audeat?' 'Meretricis' inquit 'filium recepisti': nempe eius,
quae meum receperat. Fatear aliquando me insanum fuisse: nescii, quis
20 esset abdicandus; meliorem expuli.

Papiri Fabiani. Quam nihil in illa domo meretricium [fide] vidi! ad- 3
sidebat mulier tristi vultu, adfecta, aegro simillima ipsa, demissis in ter-
ram oculis. 'Pater', inquit, 'nihil tecum frater locutus est?' ⌜In sinu E
meo filium posuit⌝; domum pertuli. Dementiam vocat quod infantem
25 adoptavi: quid facerem? negarem aliquid filio, cum ille rogaret pro

1 pater *transposui* (pater² *del. iam ed. Rom.*); *vulg. ante* adoptavit *ex* E *inserunt* pater post mortem illius | abi B || 2 accussatus B || 3 ipsa *ed. Rom.* ipsi α ipse V^2 | offociis V *corr.* V^2 | sedule V *corr.* V^2 || 4 incultis *Gertz quod dubit. accepi* inpulsus A -pulsis BV -pexis *Gruter, fort. melius, cf. e. g. Decl. mai. 6, 18* || 5 hubi A | metrix V *corr.* V^2 || 6 moriatur *Sander* -itur α *quod fort. retinendum* | venias V^2 -iat α || 7 permittere V *corr.* V^2 | amen succurri *a. c.* A tamen scu-curri V || 8 isteterim BV si st. V^2 | locutus *dett.* locus α || 9 huius unum *del.* A | acce hoc V accede huc V^2 || 10 cur B || 11 recepi *p. c.* T -cipi α || 12 sustuli *Jahn* tuli α | fratrem *ed. Herv.* patrem α || 14 meminem B *et a. c.* V | in me E *om.* α | arguetur A -ueitur B || 15 agnoscerem V^2 -eres α | infantentem V || 16–17 expectabam – rogaret E *om.* α; *vulg. h. l. plura ex* E *inserunt edd.* || 17 illi *Faber* illa α | iudelicet A | tacebant *Faber* -bat α | rogabimus *ed. Herv.* -avimus α || 19 infanum V -nem (*sine dubio* -famem *volens*) V^2 | nescii (-scivi) *Gron.* -scio α ⟨dum⟩ nescio *Novák* || 20 abdicandus *Gron.* -dicatus α | expuli *Gron.* -tuli α || 21 meretricium (*cf. p. 100, 2*) [fide] *Novák* (meretricium *iam antea Th. Heidler*) -tricia fide α -triciae vitae *Madv.* | vidi V^2 -dit α || 22 adfecta] *cf. p. 98, 23* -flicta *Gertz* | ergo A || 24 filium posuit] et filium et animam de-posuit E | domum V^2 demum α | cvocat *a. c.* A || 25 adoptavi *Gertz* ab-dicavi α non abdicavi V^2 | illo A

filio? Ignosco tibi, quod tam durus es: aegrum fratrem non vidisti. ille magni modo successor patrimoni natus in lectulo precario moriebatur; non servorum turba circumstabat, non amicorum. inter infantem et
E mulierculam ⌜deficientis⌝ adulescentis ⌜spiritus in adventum meum sustinebatur. ut intravi, cadentes iam oculos ad nomen meum erexit 5
fugientemque animam retinuit.⌝ 'pater', inquit, 'quod adhoc nihil deprecatus sum, non contumacia feci: fratri mandaveram.' Indico tibi crimina mea: expirantem coheredem tuum ad vitam volui revocare; ut salvus esset, rogavi deos et, licet dementiam voces, si vixisset, recepissem. 10

4 Arelli Fvsci patris. Securior eram, quoniam putaveram illi omnia
E praestare fratrem, cum subito ⌜nuntiatum est in ultimis esse filium, nec hoc a fratre⌝. O me miserum, quod solum nepotem recepi!

Albvci Sili. Vt vidit uxorem, vidit patrem, circumspiciebat et fratrem. 15

Ivli Bassi. Tibi debeo, mulier, quod habuit filius meus, in qua domo aegrotaret. Pudet dicere: ut nepotem agnoscerem, rogatus sum. Non potest ⟨ex⟩ uno crimine dementia intellegi. nemo sine vitio est: in Catone moderatio ⟨deerat⟩, in Cicerone constantia, in Sulla clementia. Ad summam: tres fuimus, omnes peccavimus: ego quod abdicavi, frater 20
quod tacuit, tu quod pro fratre non rogasti. Non sum uno herede contentus; duos habere volo, et, quo magis concupiscam, habui. Misit ad me adfectus, aeger; non ibo? mihi crede, aliter tu audis de coherede. cogitate, quis roget, pro quo roget, quem roget; videbitis neminem exorari non posse, nisi qui accusare possit et patrem. 25

5 Altera pars. Porci Latronis. Quem honestius subiec⟨er⟩at meretrix
E quam peperit. ⌜pater istius incertus est; bene cum ipso ageretur, si et mater.⌝

Fvsci Arelli patris. Errat, si quis [sit] me putat pecunia moveri:

1 durus **V**^{2} dusus **α** | ille **V**^{2} illi **α** || 2 natus **τ** *quod maxima cum dubitatione recepi* nactus **α** | letulo **A** || 3 fantem **V** || 4 adulescentis **V**^{2} -nti **α** | adventum **V**^{2} -rtum **α** || 6 adhuc **V**^{2} || 8 tum **α** || 9 vixisset **V**^{2} dix- **α** || 11 securior (*i. nimis securus*) eram **V**^{2} securiorem **α** securus eram *Novák* | quoniam *ut vid.* (qûạm) **V**^{2} quam **α** *fort.* quia | peccaveram **V** *corr.* **V**^{2} || 12 fratre **V** *corr.* **V**^{2} | nuntiatum **V** -iato **ABV**^{2} | nec] ne **B** || 13 recipi **BV** *corr. vel* **V** *vel* **V**^{2} || 14 patrem **τ** fratrem **α** | circumspeciebat **A** || 16 habuit **V**^{2} -bui **α** || 18 ex *suppl. Otto* | catonem **AB** || 19 moderatio **V**^{2} deratio **α** | deerat *post* Catone *suppl. Otto, transposui* | Sulla *Guilielmius* summa **α** | dementia **BV** || 21 contentiis **A** || 22 volui **V** | quo *ed. Herv.* quod **α** | magister **V** *corr.* **V**^{2} || 23 audis *Haase, Madv.* adis **α** || 24 quis **V**^{2} quid **α** | exorari *Gron.* rogare (*sc. e perseveratione ortum*) **α** negare (non *deleto*) *Schult.* || 26 auera **A** *et a. c.* **V** *ut vid.* | quem] quam **V**^{2} | subiecerat *scripsi* -iecit **α** -iecisset *Watt* || 29 fusi **A** | erat **V** *corr.* **V**^{2} | si quis] s. q̄ **B** si quid **V** *corr.* **V**^{2} | sit (*ex* si *falso repetito, ni fallor*) *del. Burs.* sit qui **V**^{2} hic *Gertz*

primum, adsuevi coheredem habere; deinde, olim iam cum puero isto paterna divisi, quia multa illi pater donavit, plus quam suam partem.

ROMANI HISPONIS. ⌜Incidit in meretricem inter omnia mala etiam fecundam.⌝ Vere mimicae nuptiae, ⟨in⟩ quibus ante in cubiculum rivalis venit quam maritus. E
5

ARGENTARI. Cum abdicaret, aiebat: hoc ⟨modo⟩ scilicet expectabo, donec e meretrice liberos tollas? ⌜Mulier, nescio an adversus patrem iniuriosior, quod abstulisti illi heredem, an quod dedisti.⌝ E

ALBVCI SILI. Sine veniant illuc amici, sine propinqui; nunc erubescunt in domum meretricis accedere. Mulier, quae sine praefatione honeste nominari non potes, cedo istum puerum nulli agnoscendum, si mater adserat. Severissimus pater abdicavit etiam quem sciebat suum. ⟦erat in domo puer, qui omnes vocabat patres⟧ ⌜adoptavit eius filium, propter quam etiam suum eiecerat.⌝ 6 10 E

15 CESTI PII. Nullum genus iudicum recuso: si severi erunt, nocebit isti quod recepit meretricis filium; si clementes, quod abdicavit suum. Clamavit pater: 'in domum ergo meam meretrix veniet aut, quod turpius est, filium ⟨adducet? meus potius filius⟩ ad illam ibit!' Misit in domum nostram publicum puerum. Quis illis nuptiis interfuit nisi abdicatus aut abdicandus? 20

LATRO sic divisit: an pater ob ullam adoptionem accusari possit; an ob hanc debeat. 7

Omnes infamaverunt adulescentem, quasi illius criminationibus factum sit, ut frater abdicaretur, et ideo sententia laudata FABIANI: nihil tecum locutus [sum] est? 25

Cum hoc unum puero noceat, quod ex meretrice natus est, omnes operam dederunt, ut, quantum controversia ⟨salva⟩ licebat, huic vitio mederentur efficerentque, ne quicquam in illa videretur meretricis fuisse nisi nomen.

2 quia *dett.* qua α quam τ | multo *Schult., edd.* | illi τ ille α | pater *Schult.* frater α | suam partem *Schult.* sua parte α || 3 Hisponis *ed. Frob.* spanis α | mala etiam *Burs.* malitiam α -tia V² inter cetera mala et E | secundam A || 4 mimicae nuptiae ⟨in⟩ *Madv.* mimice nustis (nustus V nostis V²) α || 6 agebat A | modo *supplevi* || 7 donhaec BV *corr.* V² | meretrice *dett.* merice α || 11 potes V² -est α | puerum V² epuernam α | si *Thomas* (si ei) sed α | aderat A || 12 severissimus *p. c.* T -imos α || 12–13 *verba* erat – patres *genuina quidem sed falso loco tradita videntur* || 13 dono V | filium V² -lio α || 14 suum *dett.* sum α || 15 iudicum V² -icem α | recuso iudicem V | erunt V² erint α || 18 filius V | adducet? meus potius filius *supplevi* || 21 ob ullam] ebullem V *corr.* V² || 22 hanc *Jahn* hoc α || 23 quasi *dett.* quas α || 24 laudata *scripsi* -atur α | nihil *e. q. s.*] *cf. p. 97, 23* || 25 *fort.* tecum ⟨frater⟩, *ut p. 97, 23* | sum *del. Gertz* | 26 unum V² uni α | operam τ -as α || 27 controversiae V² | salva *suppl. C. F. W. Müll.* ⟨per⟩ controversiam *Gertz* ⟨in hac⟩ controversia *Müll.* | licebas AB | mederentur *ed. Herv.* demerentur α || 28 efficerentque *dett.* officeretque α efficeretque V² | quidquid V | illa τ illo α | videretur *ed. Frob.* -batur α

MARVLLVS decenter hoc dixit simul obiciens fratri impietatem: nihil, inquit, in illa domo meretricium fuit; scires si mecum fuisses.

8 ALBVCIVS ethicos, ut multi putant, dixit; certe laudatum est, cum diceret: exeuntem puer secutus est. non probabat hanc MESSALA sententiam: non habet, inquit, fiduciam, si mavult videri recepisse puerum 5 quam adduxisse, neque rationis est adoptatum esse non quia debuerit, sed quia secutus sit.

Fuit autem Messala exactissimi ingenii in omni quidem studiorum parte, Latini utique sermonis observator diligentissimus. itaque, cum audisset Latronem declamantem, dixit: sua lingua disertus est. ingenium illi 10 concessit, sermonem obiecit. non tulit hanc contumeliam Latro et pro Pythodoro Messalae orationem disertissimam recitavit [que] compositamque ⟨cum ea suam⟩ suasoriam ⟨de⟩ Theodoto declamavit per triduum. quae dixerit, suo loco reddam, cum ad suasorias venero.

9 A parte adulescentis non unus omnibus color placuit. quidam per- 15 sonam eius, qualem acceperant, introduxerunt duram et asperam; ex quibus fuit et HISPO ROMANIVS: hoc unum aiebat efficiendum, ut non durus videretur sed severus. in hac parte dixit nobilem illam sententiam, quam Fabius Maximus circumferebat: venit adsidue in domum meretrix, non recedit; paulum abest, quin noverca sit. 20

CESTIVS bella figura egit: dementia, inquit, res est sanitati contraria. non quaeram extra exemplar sani hominis, ad quod patris †met gat†: ipsum sibi comparabo. fuit aliquando sanus; tunc quid faciebat? oderat luxuriam, vitia castigabat. nunc tam severum senem putabitis sanum,

1 idecenter **V** | obiciens *edd. vett.* -ies *α* || 2 in illa] milla **A** || 3 ethicos *ed. Ven.* hecticos *α* || 4 exeuntem ⟨me⟩ *Jahn, Burs., fort. recte* | puer *Jahn* per *α* | messalam **V** *corr.* **V**² || 5 habebit **V** | mavul **AB** || 6 neque rationis *Schult.* et qua ratione *α* et quae ratio *Schenkl* *fort.* neque ratio | adoptatum *Schult.* -tandum *α* || 7 sit *Burs.* est *α* || 8 quidem *post* ingenii *α*, *transposui* | omni studiorum parte ⟨sed⟩ *Burs.* (*illud* sed *non recepi*) omnis studiorum partes (patres **A**) *α* || 9 utuque **AB** *corr.* **A**² | sermone **V** *corr.* **V**² | cam *a. c.* **B** || 12 Messalae *τ* meosilla **A** meosallae **B** mesala **V** | que (quam **V**) *del. Wb.* || 13 -que *Wb.* quem **AB** quam **V** | cum ea suam *supplevi* (suam *suppl. Schult.*) | de *suppl. Faber* | teodotho *α* *cf. Quint. III 8, 55–56* | declamavit **V**² -clamant *α* | per triduum *Gron.* patri duum (dum **V**²) *α* || 14 a **V** *corr.* **V**² | suasoras **AB** || 15 a parte] apte **B** | quidam **V**² quodam *α* || 17 romanus **BV** | hoc *Burs.* huius *α* || 17–19 efficiendum – circumferebat *om.* **A** || 19 domom **V** *corr.* **V**² || 20 qui **B** || 21 dementia *dett.* -iae *α* || 22 exemplar *Kiessl.* exempla (*ex* -as **A**) **AV** exemplas **B** | hominis *τ* omnis *α* | ad quod] atque **B** at quod **V** | patris mei (*Burs.*) ⟨mentem⟩ (*Ribbeck*) exigam (*Kiessl.*) *edd. recc.* patrem metiar *Novák. de praepos.* ad *cf. Petron. 75, 10; Iuv. 6, 358; Ulp. dig. 47, 10, 17, 13* || 23 comparavibo **AB** *corr.* **A** | faciat **AB** || 24 vitia castigabat *Kiessl., C. F. W. Müll.* utia (uti **V**) gastigabant (-bat **B**, castigat **V**) *α* | nunc tam] nuntiam **A** nunciam **B** nuctiam **V**² hunc tam *Burs.* | severum *Burs.* -us *α* | senum **B** | putavitis **A** putatis **B**

si vobis in lupanari ostendero? sic declamavit, ut patri accusatorem pa-
trem daret et illum argueret sibi ipsum comparando.
LATRO patri pepercit, puerum pressit et dixit fratris filium non esse 10
et ne fratrem quidem hoc fieri voluisse: illa verba aegro imperata.
5 FABIANVS ex omnibus istis colorem secutus est optimum, quo aiebat
Messala posse non tantum bonam partem adulescentis fieri sed etiam
honestam; obiecit patri, quod fratrem abdicasset, non schemate sed
⟨de⟩recto: nihil, inquit, peccaverat: 'amat meretricem'; solet fieri,
adulescens est; expecta, emendabitur; ducet uxorem. 'quare ergo tunc
10 non egisti dementiae?' tuam [aiebat] expectabam paenitentiam, aiebam:
'iam recipiet.' ⟨et⟩ hoc per transitum obicere coepit, quod non recepis-
set, cum vidisset in lupanari habitantem: abdicasti, inquit, ut emendares;
vitia augeri vides. nullum illius vitium: aetatis est, amoris est. recipe,
antequam aliquid faciat, cuius mox pudore moriatur. ad ultumum obie- 11
15 cit illi, quod aegrum non sustulisset: potest, inquit, convalescere, si vi-
derit penates suos; ⟨si⟩ minus, certe moriatur salvo paterno ⟨nomine⟩,
suo puro. 'Quare' inquit 'tu apud fratrem non fuisti?' et ego queror: ille,
cum ad te mitteret, putavit se ad duos mittere. utinam tecum fuissem,
pater! redisses illinc cum filio, sed tuo. de adoptione novissime questus
20 est et hac figura: abstulisti mihi fratrem, cum quo natus sum, cum quo
educatus sum – ut quem dares? istum! indignor hanc ⟨fieri⟩ fratri meo
contumeliam, ut huius vocetur pater.
Sed ut aliquid iocemur, FABIVS MAXIMVS nobilissimus vir fuit, qui pri-
mus foro Romano hunc novicium morbum, quo nunc laborat, intulit. de

1 lupanari **L** -rio *α* | ostenderem **AB** | patri *Gertz* fratri *α* || 2 aurgueret **B** | ipsum *Gron.* (*cf. p. 100, 23*) ipso **AB** ipsi **V** || 3 patri *Gertz* fratri *α* | pepescit **V** || 4 fieri] ⟨con⟩fiteri *Kiessl.* fateri *Otto* | verba ab aegro **V** || 5 quo *Faber* quod *α* | aiebat **V**^{2} adiebat *α* || 6 Messala *Burs.* -lam *α* || 7 addicasset **AB** || 8 derecto *Müll.* (directo *Madv.*) certo (*ex* certe **B**) *α* | amat meretricem *patri tribui* || 9 specta **AB** | ergo *om.* **V** || 10 dementiae *τ* -iam *α* | aiebat *del. Gertz* | expectabam *Gron.* -bat *α* (*bis scr.* **V**) | aiebam *Gertz* aiebat (*del.* **A**^{2}) tuam aiebat expectabat penitentiam aiebat tuam (*tres ultimas voces del.* **A**^{2}) **AB** aiebat tuam **V** || 11 recipiat *a. c.* **B** | et *supplevi, sed fort.* ac *pro* hoc *legendum* | hoc] hinc *dub. Madv.* | transitu **AB** | obicere **V**^{2} -iecere *α* | corpit **B** | non *om.* **B** | recepšet **A** recepset **B** || 12 quom *Schult.* quod *α* | habitem **V** *corr.* **V**^{2} || 13 non vitia **V** non ⟨ut⟩ v. augeres *edd. vett.* | augeri *Gertz* -eres *α* | nullium *a. c.* **V** | recipi **AB** || 14 faciam **AB** | at **V** *corr.* **V**^{2} | ultimum **AV** *fort. recte* || 15 egium **A** | sustulisset] secum tulisset *Jahn* || 16 si *suppl. Kiessl.* | morietur **V**^{2} | salvo paterno ⟨nomine⟩ *scripsi* solo paterno *α* ⟨in⟩ solo paterno, suo, puro *edd.* || 17 puro] puero **V** | non fuisti *om.* **V** *suppl.* **V**^{2} || 18 cum] vim **B** | ad[1]] at **AB** || 19 filios et **B** | adoptionem **AB** *corr.* **A** || 20 et *del. C. F. W. Müll.* | hanc figuram **AB** *corr.* **A** || 21 quem *Burs.* quam **AB** *om.* **V** | quam dares *del.* **A**^{2} | indignor *p. c.* **BV**^{2} -nos *α* | fieri *suppl. Schult.* || 23 tocemur (*ut vid.*) **V** | Fabius *Faber* fabianus *α* || 24 novicium *nescioquis* (*'nonnemo' sec. Schottum*) novinum **A** vovimum **B** vovinium **V** | quo **A**^{2} quod *α* | de] do **B**

quo SEVERVS CASSIVS, antequam ab illo reus ageretur, dixerat: quasi disertus es, quasi formosus es, quasi dives es; unum tantum es non quasi:
12 vappa. hanc controversiam cum declamaret Maximus, dixit [quasi] tricolum tale, qualia sunt quae basilicam †insectant† (dicebat autem a parte ⟨patris⟩): omnes aliquid ad vos imbecilli, alter alterius ⟨infirmitatis⟩ 5
onera, detulimus: accusatur pater in ultimis annis, nepos in primis, abdicatus ⟨in⟩ nullis. haec autem subinde refero, quod aeque vitandarum rerum exempla ponenda sunt quam sequendarum.

In hac controversia LATRO contrariam rem ⟨non⟩ controversiae dixit sed sibi. declamabat illam Caesare Augusto audiente et M. Agrippa, cuius 10
filios, nepotes suos, Caesar [Lucium et Gaium] adoptaturus diebus illis videbatur. erat M. Agrippa inter eos, qui non nati sunt nobiles sed facti.
13 cum diceret partem adulescentis Latro et tractaret adoptionis locum, dixit: non asciti ex imo per adoptionem nobilitati ⟨in⟩serunt⟨ur, et⟩ [in hanc] alia in hanc summam. Maecenas innuit Latro⟨ni⟩ festinare Caesa- 15
rem; finiret iam declamationem. quidam putabant hanc malignam rem Maecenatis esse; effecisse enim illum, non ne audiret quae dicta erant Caesar, sed ut notaret.

Tanta autem [marcus] sub divo Augusto libertas fuit, ut praepotenti tunc M. Agrippae non defuerint qui ignobilitatem exprobrarent. Vipsa- 20
nius Agrippa fuerat, ⟨at⟩ Vipsani nomen quasi argumentum paternae humilitatis sustulerat et M. Agrippa dicebatur. cum defenderet reum, fuit accusator qui diceret: 'Agrippae, Marce et quod in medio est' (voluit Vipsanium intellegi), [fuit qui diceret] 'concurrite, Agrippae: malum habe-

1 Cassius *dett.* -io α | disserat **B** | quasi] quiai **A** quia **B** || 2 formonsus **A**^{2}**B** || 3 vappa *Gron.* alapam α | quasi *del. Schott* || 4 talia **V** | quale asunt *corr. in* quali assunt **B** | bassilicam **AB** b. infectant *Jahn* basilicani sectantur *Thomas* || 4.5 parte ⟨patris⟩ *Burs.* patre α || 5 nos **V** | infirmitatis *supplevi* || 6 nopos **A** nepus *a. c.* **V** | imprimis **V** imis **V**^{2} || 7 abdicatus ⟨in⟩ nullis *scripsi* abdicatur nullus α | haec autem *Müll.* autem haec α | refert **V** | quod **D**^{2} quid α | aeque vitandarum *ed. Herv.* equitandarum **AB** equitantarum **V** || 9 controversia] -iam **AB** | non *suppl. Schult.* || 10 audiente et *dett.* audientem α | M. Agrippa] macrippam **AB** agrippam **V** agrippa *dett.* || 11 Lucium et Gaium *del. Gertz, ante* Caesar *pos. Müll.* | dieb **B** || 12 M. *om.* **V** | macrippa **A** | inter] in **AB** | facti **V**^{2} -tus α || 13 dicere **AB** || 14 non asciti *scripsi* nam (iam **B**) isti α iam iste *Madv.* | ex imo per *Madv.* ex imperia (-io **V**) α | inseruntur *scripsi* ferunt α inseritur *Madv.* | et *suppl. Kiessl.* || 14.15 in hanc (in haec **V**) *del. edd. vett.* || 15 hanc^2 **AV**^{2} hunc **A**^{2}**BV** | summam **V**^{2} -ma α | Latroni *Gron.* patro α patri **V**^{2} | festinare Caesarem *Madv.* fascina recusarem (-are **V**) α || 16 finire **V** | malignam rem] malignitatem *Madv.* || 17 illum *Madv.* nibilum **AB** nobilem **V** | ne] ut **V**^{2} | 17.18 erant a cesare **V** || 19 marcus (*ex l. 20*) *del. ed. Rom.* | libertate **V** || 20 M.] marcus **AB** marco **V** | exprobarent **AB** || 21 fuerant **AB** | at *suppl. Burs.* || 22 M. *om.* **A** || 23 Agrippae, Marce *Sh. Bailey* agrippam α Agrippa Marce *Lipsius* | medio *Lipsius* -ium α || 24 *locus dubius* | fuit qui diceret *del. Kiessl.* | Agrippae *Schult.* agrippa α | habebitis *dett.* habebis (ab- **A**) α

bi⟨ti⟩s, ⟨nisi⟩ responderitis ⟨ad⟩ ea, Marce alterque!' mihi videtur admiratione dignus divus Augustus, sub quo tantum licuit, sed horum non possum misereri, qui tanti putant caput potius quam dictum perdere. Latro dignus fuit miseratione, qui ne excusare quidem errorem suum 5 potuit. nihil est autem crudelius quam sic offendere, ut magis sis offensurus, si satis feceris.

⌜Torta a tyranno uxor, numquid de viri tyrannicidio sciret, perseveravit negare. postea maritus eius tyrannum occidit. illam sterilitatis nomine dimisit intra quinquennium non parientem. ingrati actio est.⌝ **5** E

10 Porci Latronis. Si cum liberis torta esset, indicasset. 'Escende', inquit, 'occide tyrannum. nisi occideris, indicabo.' Sub⟨it⟩o iniecta manu satelles 'quid moraris?' inquit, 'iam exposita tormenta sunt.' 'bene est' inquit mulier, 'ad stuprum non vocor.' Instabat cotidie viro uxor, exigebat tyrannicidium: 'tempus est, escende, si nihil aliud, ut liberos habeas: 15 in tyrannide paritura non sum. miraris, si eo tempore *** matrona potuit? escende, occide tyrannum; comes sequerer, nisi me inutilem dimisisset tyrannus. escende: ego iam feci tyrannicidium meum.' ⌜Eas nuptias tyrannicidium diduxit, quas non diduxit tyrannus.⌝ 1 E

Cesti Pii. Subito infelicis nuptias tyrannus oppressit: ⌜trahebantur 20 matronae, rapiebantur virgines⌝; nihil tutum erat. ⌜nullae feliciores tunc videbantur quam quae liberos non habebant.⌝ quaedam itaque elisere conceptos, quaedam fecunditatem suam moratae sunt. quod ad 2

1 ⟨nisi⟩ responderitis (*Schult.*) ⟨ad⟩ (*Burs.*) ea, Marce] diis eam arce **A** respondid eam arce **B** respondis diis ea marce **V** | alterque *Gertz* uterque *α* || 3 dictum *Lipsius* digitum *α* || 4 indignus *a. c.* **B** | ne] nec **V** *corr.* **V**² | sum **AB** || 5 sic] si **AB** | ostendere **V** *corr.* **V**² | ut *om.* **A** || 6 si *om.* **AB** || 7 tyrannu **AB** | viri **E** *om. α* | tyrannocidio *a. c.* **B** || 8 sterelitatis **A** *et sic hic illic in* **AB**, *quod non adnotabo* || 9 demisit **AB** | quinquennium (-enium **V**²) **V**²**E** quinenium *α* | parientem **E** parient (-iens **V**²) est *α* | ingrati **E** -gratia *α* || 10 sicut liberi **V** *corr.* **V**² | esset, indicasset *Burs.* est et incasset (-caset **V** -case **V**²) *α* | escendem quid est **V** descende inquit **V**² | inquidem **A** || 11 occideris] -eres **AB** | subito *Burs.* subo **AB** sub **V** || 12 moriaris **AB** || 13 non *om.* **AB** | instabat **V**² stabat *α* | tottidie **B** cott- **V** | exiebat **B** || 14 est] et **AB** | descende **V**² *sed eras., ut vid.* | ut *om.* **AB** || 15 tyrannide *Gertz* tyrannicide **AB** -cida **V** nisi tyrannicidae *ed. Herv.* | mirari **AB** | si eo tempore ⟨parere non potui, quo a tyranno torqueri⟩ matrona potuit *suppl. Müll. praeeunte Burs.* | atrona **AB** | potuit dicere **V** || 16 tescende **AB** ascende **V**² | tyrannium **AB** | dimisisse **AB** || 17 tyrannum **V** *corr.* **V**² | descende **V**² | fecit **V** *corr.* **V**² | meum] n̅m̅ (= nostrum) **A** | ea **AB** || 18 diduxit[1] **E** duxit (*ex* dixit **B**) *α* | nun **B** || 19 subito – oppressit *del. Gertz (cf. p. 104, 11), edd. recc.* | infelicis *bis* **V** *corr.* **V**² | trahebantur **E** *τ* trebantur **AB** terrebantur **V** || 20 matronae, rapiebantur **E** matrona et praebantur **AB** -nae et premebantur **V** | nullae *et l. 21* quae **E** nulli *et* qui *α* || 22 *fort.* conceptus | facunditatem **A**

hanc pertinet, ag⟨at⟩ suae fortunae gratias, quod illo tempore nihil
E peperit. ⌜tyrannus suspicatus est nescioquid istum de tyrannicidio cogitare, sive isti aliquid excidit, sive magna consilia non bene vultus tegunt. utique de uxoris garrulitate queri non potes, cum scias, quemadmodum taceat.⌝ misit satellites: 'attrahite' inquit 'uxorem', et adiecit 'si 5
3 quos filios habet'. veniunt in domum crudelissimi carnifices, in quorum vultibus tormenta erant. iactatur misera inter satellitum manus et toto itinere non ducitur sed trahitur. hanc aliquis, si torta non sit, mirabitur non peperisse, cum cogitar⟨et⟩ iste de tyrannicidio (audacter iam consilium indicamus: iam enim, puto, licet)? Nupsit isti propter liberos, sed 10 infelices nuptias cito tyrannus oppressit; hoc publicum divortium fuit. Rapitur in arcem mulier, inter satellitum manus vexatur atque distra-
E hitur; hanc aliquis, etiam si non torqueatur, non parere miretur? ⌜Imposita in eculeum saepius ad absentem virum respexit quam ad praesentem tyrannum.⌝ Quam multas matres audivi illo tempore: 'quidnam 15 volui, quae peperi!'

4 E Arelli Fvsci. ⌜Explicantur crudelitatis adversus infelicem feminam apparatus, et illa instrumenta virorum quoque animos ipso visu frangentia ad excutiendam muliebris pectoris conscientiam proponuntur. inst⟨at⟩ ante denuntiationibus quam tormentis tyrannus et minando 20 torquet: tacet. videt intentum tyranni vultum, videt oculos minaces:
E [et] tacet. flagellis caeduntur artus, ⌜verberibus corpus abrumpitur⌝, exprimiturque ⟨sanguis⟩ ipsis vitalibus: ⟨tac⟩et. ⟨plus tibi praestare

1 agat suae *Konitzer* ac sine *α* agit **D**, sane *Schult.* | temporem **B** || 2 suspiratus **AB** | nescitquid **AB** || 3 bene vultus **E** benivolis *α* | tegunt *Wb.* (*sed in textu* texit *scr.*) exigunt **AB** exibuit (-hib-**V²**) **V** tegit **E** texit *Kiessl.* || 4 carrulitatem **AB** | potest *et* sciat **E** || 5 misit itaque s. **V** | attrahite *Burs.* attracte **AB** -tractate **V** | inquit] quid **AB** | et] a et **AB** | *vulg.* 'uxorem et' adiecit *interpungunt, non recte, ut monuit H. Fuchs. subaudiendum est* 'et attrahite si quos' *e. q. s.* || 6 venient **A** vinient **B** || 7 lactatur **B** || 8 hant **A** | ⟨etiam⟩si *Schult., cf. l. 12–13 cum adnot.* | tota **A** || 9 cogitaret *Wb.* cogitur *α* cogitaverit *Schult.* | iste *Schult.* isti *α* || 11 puplicum **B** | divortium *dett.* -tivum *α'* || 12–13 Rapitur – miretur *variatio est eorum quae l. 7–9 leguntur, fort. per errorem a Sen. ipso inserta, ut vidit Sh. Bailey* || 12 rapit **V** *corr.* **V²** | in arcem **V²** martem **AB** in artem **V** | sateillitum **BV** *corr.* **V** || 13 etiam *post* hanc *τ*, *transp. ed. Rom.* | perere **A** | imposita **E** expositam *α* exposita *τ* || 14 ad *utrumque om.* **V** | virum – praesentem *bis scr.* **AB** || 15 quidnam *dett.* quidam *α* quid mihi *Gertz* || 17 explicatur **E** || 18 illa] alia **V²** | instrumta viros **V** | animos **E** *om. α* | ipsos **AB** | visu **V²** -us *α* | fragentia **AB** || 19 multiebris *α corr.* **V²** | constantiam *Schott* || 20 instat ante *Burs.* instante **AB** instate (-stat **V²**) tam **V** | tyrannum **A** | minando *ed. Frob.* mirando *α* || 21 vultum *bis* **A** *corr.* **A²** || 22 et *del. Kiessl.* | *post* tacet *sequuntur in codd. verba l. 23sq.* plus – sustulisset; *transposui* | aptus **AB** || 23 expraemiturque **AB** | sanguis *suppl. Gertz* | vitalibus ⟨cruor⟩ *Burs.* | tacet *Schult.* et **AB** licet **V** | *vide adnot. ad l. 22* | tibi *τ* sibi *α*

non potuit, si de te liberos sustulisset.⟩ ⌜Res publica, an sit tibi ista da- E
tura liberos, nescio; tyrannicidam dedit.⌝ Ita fit, mulier: non vis parere;
delicata es, cruciatus puerperi times. Fremebat indignatione captae
civitatis maritus et consilio suo et uxoris adiutorio fortior: 'quomodo
5 occidam tyrannum? quae pars accedenti maxime vacat? ubi custodiae
cessant? ubi natura loci minore munimento virtutem non summovet?'
sic vir et uxor noctes exercebant; ⌜miraris, si transit quinquennium inter E
uxorem tortam et occupatum virum?⌝ Saeviebat etiamnunc tyrannus:
torquebantur in conspectu maritorum uxores. paenitebat matres fecun-
10 ditatis suae.

HISPONIS ROMANI. In quid desideras liberos? ut sint, quibus relinquas 5
patrimonium? ingrate, ita tu hac salva heredem non habes? Nullum tor-
menti genus omisit; omnia membra laniata, omnes partes convolsae sunt.
⌜scissum corpus flagellis, ⟨igne⟩ exustum, convulsum tormentis. igno- E
15 scetis, puto, mulierculae, si dixero: fessa est.⌝

HISPANI CORNELI. Cunctabatur ille nec ullis adhortationibus in ty-
rannicidium poterat impelli. prorsus, cum uxorem vidisses, posses ti-
menti ignoscere. Adsidue tormenta variantur, accenduntur extincti
ignes. tortor vocatur, sub quo mariti uxorem prodiderant. 'Pacisci me
20 tecum puta: ut taceam, donas quinquennium?' ⌜Quid gloriaris, tamquam E
non facilius sit occidere tyrannum quam sustinere?⌝ Duplici beneficio
uxoris suae obligatus ⟨est⟩: et quod non est occisus et quod occidit.
Fastidit sterilem qui fecit.

IVNI GALLIONIS. Instabat tyrannus: 'torque, illa pars etiam potest. 6
25 subice ignes, in illa parte iam exaruit cruor. seca, verbera, eculeo lancina;
faciam, ne viro placeat. [matrix]

1 si de] fide **A** | res publica **E** restat α res **V**^{2} || 2 tyrannicidam **E** -dium α || 3 puerperae **V** | fremat **V** *corr.* **V**^{2} || 4 maritus *om.* **V** *suppl.* **V**^{2} | tuo **AB** || 5 qui pars occidenti **V** *corr.* **V**^{2} || 7 noctes *Burs.* non te **AB** nontem **A**^{2} mente **V** mentem **V**^{2} || 8 et *om.* **AB** | etiam non **A** || 9 torquebatur **AB** *corr.* **A**^{2} | uxores m **B** || 11 romanis *a. c.* **V** | inquit **BV** | desideras *Gron.* -rabas α | quibus] quae **V** *corr.* **V**^{2} || 12 hac **A**^{2} hanc α | herem **AB** | hab̄ **B** || 13 omisit] omni sit **AB** | membra *om.* **B** | omnes] uimnes **A** imnes **B** | volsae **V** || 14 scessum **A** | igne *ex* **E** *addunt* (igne adustum) *om.* α ⟨ignibus⟩ *Novák docens apud Sen. plur. in simili contextu semper usurpari, fort. recte* | non vulsum **AB** || 15 fessa **E** τ fassa α lassa *Novák* || 16 Hispani *ed. Frob.* hisponis α | concitabat **V** -batur **V**^{2} | ille] illi **A** ill **B** | uullis **AB** | adortationibus **BV**^{2} adorat- **AV** | in *om.* **A** || 17 posse **AB** || 18 variuntur **AB** | acceduntur **AB** | extincto **A** -tingi **V** *corr.* **V**^{2} extincti ⟨sanguine⟩ *Gertz, cf. p. 106, 2* || 19 meriti **A** | uxores *dett.* || 19.20 metetum **B** || 20 puta ut *ed. Rom.* putavit **AB** -abit **V** | taccam **B** || 21 facili ius **A** | duiplici **B** || 22 *fort.* uxori | obligatur (*ex* &lig- *ut vid.*) **V** *fort. recte* | est *suppl. Schult.* | quod[1] **D**, *Schott* cur α || 24 illa pars illam *a. c.* **B** || 25 subici in ignes **V** | iam] clam *a. c.* **V** | eculeo *Müll.* oculos α || 26 fac, iam *edd.* faciem **T** | matrix *del.* **V**^{2}

PAPIRI FABIANI. Describam nunc ego cruciatus et miseram corporis
patientiam inter tyrannica tormenta saevientia. extincti sanguine re-
fovebantur ignes; ⟨in⟩ hoc desinebatur torqueri aliquando, ut saepius
E posset. exquisita ⌜verbera, lamnae, eculeus, quidquid antiqua saevitia
invenerat, quidquid et nova adiecerat — quid amplius dicam? et tyran- 5
nus torquebat et cum de tyrannicidio quaereret.⌝ o nos felices, quod
nullis ⟨ex⟩hausta puerperis fuit! tacuit ac silentio tyrannicidium fecit,
certe tyrannicidam. convolsis laceratisque membris nec adhuc sufficien-
7 tibus non dimissa est ex arce sed proiecta. Quid est, quare uxorem di-
E miseris? ⌜numquid premit censum onerosa sumptibus, [et] ut saeculi 10
mos est, ⟨et⟩ in deterius luxu fluente muliebris ambitio certamine mutuo
usque in publica damna privatis insanit? numquid gemmas et ex alieno
litore petitos lapillos⌝ et aurum vestemque nihil in matrona tecturam
E concupivit? si talis esset, facile illam corrupisset tyrannus. ⌜Expecta,
potest parere. non respondet⌝ ad propositum nec ⌜ad certam diem fecun- 15
ditas. sui iuris rerum natura est⌝ nec ad leges humanas componitur;
modo properat, modo vota praecurrit, modo lenta est et demoratur. ex-
pecta, pariet. quid dicis? 'non potest fieri.' quare? quod torta est. impu-
tat tibi, quod †publica† est, imputat tibi, quod torta est, imputat tibi,
quod sterilis est. 20

IVLI BASSI. Aiebat tyrannus: ure, caede ventrem.

ARGENTARI. 'Caede ventrem, ne tyrannicidas pariat.'

8 TRIARI. Non ex formula natura respondet, nec ad praescriptum casus
obsequitur. semper expectari fortuna mavult quam regi. aliubi offen-
dit[ur] improvisa segetum maturitas, aliubi sera magno fenore moram 25
redemit. licet lex dies finiat, natura non recipit. Aiebat tyrannus:

1 Fabiani *dett.* pab- **α** || 2 refovebatur *a. c.* **B** -bant **V** *corr.* **V**^{2} || 3 in *suppl.* **τ**, *Schult.* | definibatur **AB** disini- **V** *corr.* **V**^{2} || 4 possit **V**^{2} | lamnae (*sed* laminae *scr.*), eculeus **E** iamneculeum **AB** iam etuleum **V** (ec- **V**^{2}) || 5 et^{2} **E** *om.* **α** || 7 exhausta *C. F. W. Müll.* austa **AB** aucta **V** | puerperii **V** | tacuit *Faber* acuit **α** | ac *C. F. W. Müll.* hanc **α** | tyrannicidium silentio **V** || 8 tyrannicidam] tyrannidam **AB** | covolsis **B** || 9 quid est] quidem **AB** || 10 premit censum **E** premit cens **AB** premittes **V** | onerosam **V** || 11 et *del. Gertz, transposui* | in **E τ** et **α** | fluente **A**^{2} (*ut vid.*) **E τ** -tem **α** | ambitio **E** ambiete **α** || 12 usque in **E τ** inque **α** | privatus **V**^{2} || 13 littore **α** | matronam **B** matronae tectura **V**^{2} || 14 concupit **B** non concupivit **V** | esset] est et **A** || 15 respondet **V**^{2}**E** -des **α** | certam **E** -tum **α**, *fort. recte* || 17 properat **V**^{2} propterad **AV** proterad **B** | modo^{2}] et *Vahlen* (*errat Müll. haec ad* et *referens, ubi codd.* et *legunt*) || 19 publicata **V**^{2} alligata *Gron.* mutila *Gertz* ducta *Watt fort.* abducta *vel* ablata | tibi^{2} *om.* **α** *suppl.* **V**^{2} | imputa^{2} **AB** || 22 tyrannicida (*ex* -dia **A**) si **AB** | pariat **V**^{2} -ria **α** || 24 alibi ubi **V** *corr.* **V**^{2} | offendit *Otto* -itur **α** || 25 aliubi **V**^{2} ab aliube **α** | sera *C. F. W. Müll.* -am **α** | fenore *dett.* fonere **α** || 26 non] nunc **B** | recipit (*ex* -iat **B**) **BV**^{2} -cepit **AV** | *post* recipit *in codd. sequuntur verba* quid faciam — ingrati iam *p. 107, 21sq., transp. Vahlen*

indica, nulla tua culpa est'; ⟨tacet.⟩ caeditur; tacet. uritur; tacet.
⌜utrum putas mirandum esse, tuum tyrannicidium an huius silentium?⌝ E
Expectasse aliqua per longum tempus maritum dicitur; quanta laus est
servasse, cum expectasse tanta sit! alia desiderio viri attonita in ardentem
5 rogum se misisse; haec non cum viro arsisset, quae pro viro arsit? alia
pro incolumitate mariti vicaria morte decidit; creditisne hanc in tormentis oppressam morte *** amplius pro viro praestitisset, si quid amplius
exegisset tyrannus?

MARCELLI. ⟨Si⟩ quid tamen [qui] peccasset in partu, ignosci ei posset. 9
10 nupserat enim isti occupato. Crudelior es etiam illo, quem occidisti,
tyranno: ille torsit sed dimisit ad virum.

ALBVCI SILI. Vicerat saevitiam patientia: deerat iam sanguis, sup⟨er⟩erat fides; aliquando proiecta est. deserebatur distortis manibus, emotis
articulis; nondum in sua membra artus redierant. talem uxorem tortor
15 dimisit ad partum? Ingratus vocabatur, quod in praemio nullam uxoris
fecerat mentionem. 'Res tuas tibi habe': inicere debuit manum et ipsum
te inter res suas trahere: nihil amplius patri debes quam uxori. Mihi
crede, maius fuit tyrannicidium pati quam facere.

Pars altera. ARGENTARI. ⌜'Ego tamen torta sum': merito obiceres, 10 E
20 nisi vindicassem.⌝

FVLVI SPARSI. Vobiscum, iudices, loquor: ⟨quid faciam? non agam
gratias, quod ⟨non⟩ indicavit uxor? timeo, ne vobis ingrati iam⟩ ***
⟨Divisio *** quaestionem in hac⟩ controversia hanc reum facere pri-

1 indicat **AB** | tacet *suppl. Konitzer, Ribbeck* || 1–2 tacet. uritur; tacet. utrum *Schult.* tacetur itur taceturum (*ex* tacereturum **V**) α tacetur igitur tutrum (*sed* utrum *voluit*) V^2 || 2 putas ⟨potius⟩ *Gertz* | mirandum **E** τ -ntur α || 3 aliqua *scil. Penelope* | dicit **B** || 4 expectasse *ed. Herv.* -sset α | desiderio viri τ -ium viris α | attonita *ed. Herv.* -itam α || 5 con **A** | arsisset V^2 -sse α | alia *scil. Alcestis* || 6 mariti vicaria V^2 maritim caria **AB** mariti incaria **V** | creditisne *Burs., Madv.* crediditne **AB** credidit nec **V** credo V^2 || 7 oppressam] horruisse *Russell apud Wb.* oppressam ⟨horruisse⟩ *Wb.* | morte *vulg.* -em α | amplius] *fort.* an plus *vel* plus | praestitisse V^2 || 8 exegisset *Burs. Madv.* elegisset α || 9 Marcelli *dett.* malc- α | ⟨si⟩ quid tamen [qui] *Novák* qui tamen qui α si tamen V^2 si tamen quid *Burs.* | petasset **A** || 10 crudeliores etiam α *corr.* V^2 || 11 torsit sed *Burs.* torsisset α torsit et V^2 || 12 vicerat saevitiam V^2 viceras evicia (-tia **V**) α | patientiam **A** | supererat *cod. Schotti* superat α superabat V^2 || 13 deferebatur **T** || 14 nundum **B** | redierant V^2 redieritis erant α || 15 *signum interrog. posui* || 16 facerat *a. c.* **V** | res tuas] restituas **V** *corr.* V^2 | habe V^2 abe α | iniecere **V** *corr.* V^2 || 17 te *Burs.* et α *del.* V^2 | inter res] in terras **A** || 19 obiceres V^2 -iec- α || 20 nisi te vindicassem **E** | vendicassem **AB** || 21 quid faciam *e. q. s.*] *cf. adnot. ad p. 106, 26* || 22 non *suppl. ed. Herv.* | uxor? timeo *Vahlen* uxori meo (meae V^2) α | vobis ingrati iam *Vahlen* (*qui post haec verba supplevit i. a.* teneri videar) votis ingratiam α || 23 Divisio ... hac *suppl. Kiessl., cf. p. 108, 4sqq.* | hanc *Kiessl.* haec α | primam *Schult.* -mum α

mam, si materia patitur: 'non accepi ⟨beneficium' aut 'accepi⟩ quidem sed reddidi' aut 'accepi quidem sed non potui reddere' aut isto novissime confugere: 'non, quisquis non reddidit beneficium, ingrati tenetur; animus aestimandus est non reddentis.' POLLIO ASINIVS aiebat numquam temptandam esse quaestionem primam, ⟨nisi⟩ manifesto obtineri posset, 5 qua negamus nos beneficium accepisse: perit tota causa, nisi in hoc vicit. apparet enim ingratum ⟨es⟩se, qui ne fatetur quidem se accepisse
11 beneficium. GALLIO noster putat, quotiens possit, hoc auferendum adversario; quotiens non possit, concutiendum; quotiens ne hoc quidem pos⟨sit⟩, ita transeundum, quasi donemus et possimus quidem facere 10 controversiam sed nolimus. idem ATTICO DIONYSIO, Apollodori discipulo, placuit; hoc ille amplius: quotiens non potuerimus, aiebat, an beneficium acceperimus, controversiam facere, de modo faciamus: non esse tam magnum, quam ille dicat; sicut in criminibus facimus, quotiens negare non possumus: esse quidem crimen illud fatemur sed leviore poena di- 15 gnum, quam accusator arguat.

12 LATRO in hac controversia non dubitabat facere primam quaestionem,
E an beneficium dederit. hoc in haec divisit: ⌜etiamsi scisti de tyrannicidio viri nec indicasti, non est beneficium scelus non facere. deinde, ne scisti quidem: non enim tibi indicavi nec tam magnum consilium, virilibus quo- 20 que animis grave, commisi muliebri garrulitati, quae id solum potest tacere, quod nescit.⌝ ⟨alteram fecit:⟩ etiamsi dedit beneficium, an receperit. occidi tyrannum, libertatem tibi reddidi: ultionem plenissimam persecutus sum, nefarium hostem illic occidi, ubi torserat. dices me rei publicae causa fecisse: et tu rei publicae causa tacuisti. ⟨tertiam fecit: 25

1 accepi *dett.* -cipi **α** | beneficium *suppl. Kiessl.*, aut accepi *suppl. Burs.* || 2 sed¹ *Haase, Burs.* et **α** | ista **V²** | novissima **V²** || 3 confugere *Burs.* non fugere (fag- **V**) **α** | non¹] nam **V²** | quisque **V** *corr.* **V²** | benefiti **V** | ingratus **V²** || 5 temptandam *et* quaestionem *C. F. W. Müll., Madv.* temptandas *et* quaestiones **α** | nisi *suppl.* **τ** | obtineri **D**, *Schult.* -ere **α** || 6 nisi] in se **A** nise **B** | vincit *Otto, fort. recte* || 7 esse *dett.* se **α** | fatet **B** || 8 hoc] *sc. quod beneficium accepimus* | offerendum **AB** || 9 concutiendum *Kiessl., C. F. W. Müll., Madv.* -cupiendum **AB** -cupiscendum **V** || 10 possit ita **T** posita **α** possit **V²** | donem **A** || 11 attiqoo **B** | Dionysio *Weichert apud Müll.* (*contulit Faber Quint. III 1, 18*) vipsani (*propter II 4, 13, ut vid.*) **α** || 12 non] ne **A** || 13 de *C. F. W. Müll.* di **α** hoc **V²** || 14 ill̶ **α** | dicat *om.* **B** | negare *dett.* neagere **α** || 15 possumus *dett.* -ssimus **α**, *quod def. W. A. Bährens 508* | illud *dett.* illum **α** | levire **AV** *corr.* **V²** || 16 quam accusator **V²** qui accusatur **α** || 17 dubitat **A** | prima **B** || 18 etiamsi scisti *p. c.* **V** etiam sciti **α** | tyrannicidio **E τ** beneficio **α** || 19 ne scisti **V²** nescistis (-scitis **B**) **α** || 20 indicavi **EV²** -dicam **AB** *et fort.* **V** | tam **E** cum **AB** meum **V²** (*de* **V** *non liquet*) | virilibus **EV²** viribus **α** || 21 cartulitati **AB** | qui **AB** || 22 alteram fecit *suppl. Müll.* || 23 occidi **A²** -dit **α** | tyrannu **V²** | tibi **V²** ibi **α** | reddidi **D** reddit **α** || 24 fenfarium **AB** | illi **AB** || 25 fecisset et **A** | tu rei] iurei **A** iure **B** | icausa **V** | tertiam *suppl. Müll.*, fecit an ob id *suppl. Burs.*

an ob id⟩ tutus sit, quod lege fecerit. deinde ultima aequitatis tractatio:
an quod fecit facere debuerit. hoc divisit in duo: an iam certam sterilita- 13
tem uxoris tam bonae ferre debuerit; an ne sterilis quidem pro certo sit.
Novi declamatores post Moschum Apollodoreum, qui reus veneficii
5 fuit et a Pollione Asinio defensus damnatus Massiliae docuit, et hanc
quaestionem in hac controversia fecerunt: an inter viros et uxores data
beneficia ingrati lege teneantur: non est beneficium sed officium facere
quod debeas. ⟨quid,⟩ si filius patri se dicat beneficium dare? hanc
quaestionem ⟨fecit⟩ et Gallio noster.

10 Blandvs in ultima parte controversiae, qua de re publica disputatur,
quaestionem fecit, an quinquennium numerari debeat excepta tyrannide:
illud tempus non debet imputari quasi sterili, quo matres etiam editos
partus abominatae sunt. illud tempus imputetur feminis, ⟨quo⟩ rei
publicae pariunt, non tempus quo tyranno. huic subiecit, an, etiamsi
15 aliis imputari tempus tyrannidis solet, huic non debeat.

Latro ex suo more has non quaestiones putabat sed membra illius 14
ultimae partis ex aequitatis quaestione pendentis. an ⟨ne⟩ sterilis qui-
dem, altius repetit: [a] non quaecumque quinquennio non peperit sterilis
est. quid enim, si vir alicuius afuerit toto paene quinquennio? peregri-
20 natio viri imputabitur? quid, si vir aegrotaverit? si hic maritus a tyranno
tortus inutilis in concubitu suae uxoris iacuisset, imputari debuit quin-
quennium? quaeris quare non peper⟨er⟩it? tyrannis erat, nemo non cum
parentibus suis querebatur, quod natus esset. hic quod torta est, hic
quod maritus occupatus tyrannicidio non vacavit in uxoris voluptates.

1 lege *dett.* longe *α* || 2 divis **B** || 3 bene **AB** | steriles **AB** | certas **AB** || 4 declamatoris **A** | pos **BV** | noscum **A** moscum **BV**, *corr. Haase* | Apollodoreum *Burs.* -dorum **AB** -doro **V** | veneficii *ed. Herv.* bene- *α* || 5 appollione **V** | defessus **AB** || 6 hac controversia *Schult.* hanc controversiam *α* | fecerunt *ex* -erit **V** | iter **BV** *corr.* V^2 || 8 quid *supplevi* | si] sic *Burs.* ⟨qua⟩si *Otto* || 9 fecit *suppl.* D^2 || 10 controversia **V** *corr.* V^2 || 11 excepta *ed. Rom.* expecta **AB** expectata **V** || 12 debet *Burs.* deberi **AB** debere **V**, *quod si recipimus, l. 13* imputandum *legendum* | quasi sterili *om.* **A** quasi stes (*ex* ster) **B** || 13 imputetur *Schult.* -tatur *α* || 13–14 ⟨quo⟩ rei publicae *Burs.* in re publica *α* || 14 pariunt *dett.* parcunt **AB** quam parcunt **V** | tempus quo *Kiessl.* plus quo **AB** plus **V** illud quo *Burs.* || 15 tyrannides **V** *corr.* V^2 | solet] debet **D**, *Schult.* || 16 more has] moreas **AB** || 17 partis V^2 -tes *α* | ne *suppl. Schult.* || 18 a (an **V**) *del. Burs.* | quinquenniu *a. c.* **V** || 19 poene **AV** | peregrinatio (*del.* A^2) peregrinatione **AB** peregrinatione **V** || 20 viri imputabitur *Burs.* (*qui etiam* peregrinationi, *nullo signo interrog. posito*) virum (verum **V**) putabitur *α* utri imputabitur *Müll.* | tyranno *Burs.* viro *α* || 21 imputari debuit *Gertz* imputarit (-aturus **V**) fuit *α* imputari potuit *Haase* i. licuit *C. F. W. Müll., Otto; locus dubius* | quinquennium *Kiessl., C. F. W. Müll.* -nnio *α* || 22 pepererit *C. F. W. Müll., Sander* peperit *α* | tyrannis *C. F. W. Müll.* -nnus *α* || 23 hic *utrumque*] adice *Gertz* ⟨adde⟩ huc – huc *Sh. Bailey, alii alia, sed bene defendit Novák comparans i. a. p. 43, 15; 57, 15; 176, 27* || 24 manritus **B** | vocabit **AB** | voluptatis **AB**

15 Bvteo, aridus quidem declamator sed prudens divisor controversiarum, contra Latronem sentiebat, Blando accedebat; aliud enim esse aiebat: 'quae intra quinquennium non peperit, non utique sterilis est', aliud: 'quae intra quinquennium non peperit, non statim dimitti potest sterilitatis nomine'. hic quaeri de condicione iuris, illic de spe fecundi- 5
tatis. sed Blandum quoque arguebat; aiebat enim ⟨non⟩ sic fuisse quaerendum, an tyrannidis tempus excipi deberet, deinde, an, etiamsi non in aliis, [an] ⟨in hac, tamquam⟩ inter has gradus essent. ipse sic hanc partem ⟨vel⟩ quaestionem dividebat: an, quaecumque quinquennio
16 non peperit, tamquam sterilis dimitti possit. ⟨puta⟩ accidere, quod 10
Atheniensibus bello accidit, ut liberi et coniuges in aliquo tutiore loco deponantur: imputabitur hoc tempus feminis, quo viros non destituunt sed non habent? si tyrannus non vetuisset istam parere, quin intra ⟨quinquennium parere potuerit, quis dubitet?⟩ et cum hoc vehementer implevisset et probasset, non omnes posse dimitti, si quinquennio non 15
peperissent, tunc illo transit, an haec posset; et hic etiamnunc non hoc quaerebat, an deberet dimitti, sed an posset, et hoc contra Latronem dicebat: quomodo istam quaestionem putas in aequitatis tractationem cadere, cum quid liceat quaeratur, non quid oporteat? hic enim, an haec possit, per illa impleo: non potest, quia ⟨in⟩ tyrannide non ⟨con⟩cepe- 20
rat. aliquod tempus immune a legibus miseriae faciunt. non dico: ⟨non peperit,⟩ quia torta est — [et] hoc adhuc praetereo et aequitatis tractationi reservo — sed [perit quia torta est] quia tu maximae rei cogitatione occupatus nihil de liberis cogitasti.

1 butio α | prudens V^2 prodens α | divisor V^2 divinior α || **3** aiebat] iubeat **A** | quae **D**^{2} qui α | peperit *Burs.* potuit α || **4** alius **B** || **5** hic *dett.* hinc α | quaerit V^2 || **6** non *suppl. Otto* enim *in* non *mut. Gron.* | fuisse quaerendum] tuis sequerendum **AB** || **7** tyrannidis *dett.* tyrannicidis α | deberet *dett.* debes α || **8** an *delevi* (*vulg.* an^2 *l. 7 delent*) | in hac tamquam *suppl. Thomas* | inter] in **AB** | has *s. l.* **V** | essent *Thomas* est sed α | . . . in aliis, tamen in hac ⟨quasi⟩ gradus esset *Otto. locus incertus* | sic] sit in **V** | hac *et l. 9* parte *a. c.* **V** || **9** vel *suppl. Müll. coll. p. 220, 24* || **10** posset **B** | ⟨puta⟩ accidere *Novák* possit a. **V** ⟨potest⟩ a. *Gertz* ⟨fac⟩ a. *Müll.* || **11** in bello **D**, *edd. recc.* | ut V^2 et α | tutiores *a. c.* **B** || **12** quo *dett.* quod α | destitunt **AB** || **13** sic **V** | intra *Ribbeck, Schenkl* inter α || **14** quinquennium — dubitet *suppl. Schenkl, et exempli gratia textui inserui* si tyrannus non vetuisset, ista parere quin⟨quennio potuisset⟩ *Novák, alii alia* || **16** reperisset **AB** | illos **AB** | an *ed. Rom.* et **AB**V^2 ad **V** || **17** quaerebant **B** *et a. c.* **A** | posset **D** -ssit α || **19** cum *dett.* tum α | quid^1] qui **V** *corr.* V^2 | non] num **V** || **20** illam **V** | potest *Burs.* posset α | quia] qui **AB** | in *suppl. Burs.* | tyrannidem **V** | conceperat *Burs.* ceperat α || **21** aliquid **AB** || **21.22** non peperit *suppl. Gertz, cf. l. 23* || **22** et *del. Haase, Madv.* | hoc] uc **A** huc **B** | praetereo *Haase, Madv.* propter hoc **A** proter hoc **B** propter **V** | et *om.* **V** | tractationi *Haase, Madv.* -ne **AB** -nem **V** || **23** reservo V^2 -vos α | perit quia torta est (*ex l. 22*) *del.* τ, *Gertz* | tuo **B** | maximae *Burs.* naxima **A** (*quod in* inaxima *corr.* **A**^{2}, *ut vid.*) iaxima **B** maxima **V** | rei *om.* **V** *et* ei *s. l. suppl.* || **24** occupas **AB**

PASSIENVS, vir eloquentissimus et temporis sui primus orator, hanc 17
subtilitatem actionis non probabat in ⟨Buteone⟩; Latroni se adsentiri
dicebat ideo, ⟨quia istae⟩ quaestiones [per] tractandae per se essent, si
haec mulier ⟨in⟩iusti repudii ageret; nunc ingrati agit: ita non quae-
5 ritur, an legitime sed an ingrate dimissa sit, itaque in aequitatis tracta-
tionem cadunt etiam quae iuris sunt. nam cum quaeratur, an non opor-
tuerit hanc dimitti, etiamsi licuit, apparet, quam utique non oportuerit,
si ne licuit quidem.

ALBVCIVS itaque decentissime fecit (solebat enim fere in aliquas
10 figuras declamationem discribere) et prius egit iniusti repudii, deinde in-
grati: ⟨quis⟩, inquit, putet eam ullum beneficium ⟨ei dedisse⟩, a quo
tam ⟨iniuste⟩ quam inique dimissa ⟨est⟩? hinc omnes quaestiones ad
sterilitatem et aestimationem quinquennii pertinentis libere tractavit,
deinde transit in ingrati accusationem.

15 CESTIVS pro viro ⟨hunc⟩ introduxit colorem: ⌜quo tempore uxor torta 18 E
est, nihil adhuc de tyrannicidio cogitabam. postea cogitavi, et haec ipsa
mihi causa cogitandi fuit uxoris ultio.⌝ utrumque ⟨con⟩secutus est, ut
illa marito silentium imputare non posset ⟨et⟩ ut maritus imputare
illi tyrannicidium posset.

20 LATRO dixit se iam tunc de tyrannicidio cogitasse sed uxori non in-
dicasse.

FABIANVS philosophus colorem ⟨non⟩ magis bono viro convenientem
introduxit ⟨quam⟩ oratori callido. dixit enim et cogitasse ⟨se de⟩ ty-
rannicidio et uxori indicasse, et illam tum quidem fecisse quod probam

1 pascienus *α* || 2 actionis] Buteonis *C. F. W. Müll.* | Buteone *h. l. supplevi* in ⟨Buteone sed⟩ Latroni *Burs.* | Latroni se *C. F. W. Müll.* latrone sed *α* Buteone sed *Lindner* || 3 dicebat *ex* deb- *inter scribendum corr.* **V** | quia *suppl. Burs.*, istae *suppl. Thomas* | per^1 *del. ed. Herv.* | per ⟨se⟩ tractandae [per se] *C. F. W. Müll.* || 4 iniusti *τ*, *Gron.* iusti *α* | ageretur non **V** | ingrati *p. c.* **A** -tia *α* | agit *om.* **V** || 5 legitimo *a. c.* **V** | grate *a. c.* **B** | utique *Schult.* | tractationem *ed. Frob.* -ione *α* || 6 cadunt] condunt **A** candunt **B** | an non] anon **AB** an **V** | oportuerit *Schult.* potuerant **AB** potuerat **V** || 7 hac **V** || 9 fitaque **V** || 10 discribere *C. F. W. Müll., Gertz* de- *α* | repudit **AB** || 11 quis *suppl. Müll.* | inquit] in quibus **V** | putet *Wb.* -tat *α* | eam *Novák* emet an **AB** esse an **V** | ei dedisse *supplevi* || 12 iniuste *suppl. Müll.* | est *h. l. supplevi* || 13 continentis **V** || 14 in *om.* **AB** || 15 hunc *suppl. Gertz* | quo **E** *τ* co *α* | torta *om.* **B** || 16 cogitavi **E** -tante **AB** -tantem **V** || 16–17 ipsa mihi causa **E** ipsam causam *α* ipsa causa **A**^{2} **V**^{2} || 17 ultio **E** *τ* uicio **AV** uitio **B** | consecutus *Müll.* sec- *α* || 18 illam **B** *et a. c.* **A** | silentium *Gron.* insolentiam **AB** inlsolentiam **V** | imputare^1 **V**^{2} -aret *α* | et *suppl. Kiessl.* | ut] ita **V** | imputare^2] -aret **AB** || 20 se *Burs.* si *α* | cogitasse sed] cogitassem **V** | indicasse *Burs.* -ssem *α* || 22 filosofus **B** | non *suppl. Müll.* || 23 quam *suppl. ed. Ven.* | oratori **D** -rem *α* -re **V**^{2} | se de *suppl. Novák* ⟨se⟩ *Burs.* | tyrannicidio *Novák* -ium *α* || 24 uxori **V**^{2} uxor *α*

feminam facere oportuit; nunc peccare, quod putet beneficium esse recte facere. hic color illi et in illa parte profuit: si beneficium putas te dedisse, quod tyrannicidium non prodidisti, ego prior dedi, qui tibi tyrannicidium credidi. repudium est hoc quo ius liberorum cupiditatem ⟨iuvat⟩; quo semper uti tamquam civis debui sed postea magis tamquam tyrannicida. 5

19 L. VINICIVS, †vinci fater†, Fabiani colorem valde probabat et aiebat onerari uxorem uno modo posse: si nihil umquam secretum ab illa maritus habuisset. si dixerit, inquit, post tormenta se de tyrannicidio cogitasse, tum tyrannicidium uxori debe⟨bi⟩mus: melius de viro meruit, si torta tyrannicidam fecit, quam si tacuit. sed apparet [et] aliquid de 10 tyrannicidio cogitatum, de quo tyrannus usque eo suspicatus est, ut torqueret. ⟨si⟩ dixerit cogitasse quidem se de tyrannicidio ante tormenta sed uxori non indicasse, augebit uxoris beneficium. liberius enim potuit id tyrannicidium indicare, quod illi commissum non erat. potuit enim uxor etiam non indicante marito tam magni consili molitionem depre- 15 hendere. at si hunc colorem Fabiani sequor, multa efficiam: si olim de tyrannicidio cogitavi, honestior sum vetus tyrannicida et non privatis sed publicis malis ad ultionem impulsus. si, cum cogitarem, non celavi uxorem, facilius persuadebo malum me hodie maritum non esse cui E semper tam deditus fui. ad ultimum hoc consequar, quod, ⌜si quod 20

20 audierat tacuit, non beneficium est sed fides. Hic est L. Vinicius, quo nemo civis Romanus in agendis causis praesentius habuit ingenium: quidquid longa cogitatio alii praestatura erat, prima intentio animi dabat. ex tempore causas agebat, sed non desiderabat hanc commendationem, ut ex tempore agere videretur. de hoc eleganter dixit divus Augustus: 25 'L. Vinicius ingenium in numerato habet.'⌝

2 profuit *Burs.* -fuisse α ‖ 3 quod *ed. Rom.* et α quae *dubit. Müll., cf. sequ.* dedi, qui | prodisti **B** ‖ 4 est hoc quo *scripsi* ex tuo quo α | iuvat *supplevi* | quos **AB** ‖ 5 civis *Kiessl., cf. e. g. Luc. II 388* eius α | debui sed *Thomas* debuisset α | tyrannicidia **B** *et a. c.* **A** ‖ 6 vinci fater **A** vinificem **B** vivici (vinici V^2) fater **V** ⟨L.⟩ Vinici pater *Nipperdey ad Tac. ann. III 11* ‖ 7 honerari α | posse *dett.* -sset α | umquam *ed. Rom.* uacum **AB** uacuum **V** | secretum D^2 de- α ‖ 8 post] p; **B** | sedet **AV** *corr.* V^2 ‖ 9 debebimus *C. F. W. Müll.* (*cf. l. 13* augebit) debemus **A** (*sed del.*) **B** *om.* **V** | de viro *Burs.* deberi α ‖ 10 si *om.* **V** *suppl.* V^2 | tacuit. sed *Haase, C. F. W. Müll.* tacuisset α | et *delevi* ei *Jahn* | aliud **V** *corr.* V^2 ‖ 11 tyrannicidi **AB** ‖ 12 si *suppl. Schult.* | se de] sed et **AV** ‖ 13 uxoris] -ori **AB** ‖ 14 id *scripsi* it **A** in **B** ait *ex* at **V** in⟨quit⟩ *Burs.* *del. edd. plerique* | illa **V** *corr.* V^2 ‖ 15 indicantem **AB** | molitionem] indicionem **B** ‖ 16 at] ad **AB** | multam **V** *corr.* V^2 | efficiam si] officiae **AB** ‖ 17 cogitavit **AB** | sum] sit **B** | tyrannida **V** ‖ 18 publicis *om.* **AB** ‖ 19 cui *ed. Herv.* cum α ‖ 20 deditus *dett.* debitus α | fuit **AB** | hoc V^2 huius α ‖ 21 non de beneficium **AB** | quo] que **AB** ‖ 22 causas **AB** ‖ 23 quidquid **E** quid **AB** quod **V** | alii *Karsten* illi α**E** | praestatura erat **E** -statur erat **AB** -stiterat **V** ‖ 25 videbatur *a. c.* **B** | aug. **A** au. **B** auḡ **V** ‖ 26 L. **E** τ i α

HISPO ROMANIVS maligne et accusatorie 'nihil' inquit 'ego isti narraveram; ista, ut erat necesse, aliquid ex impetu, aliquid ex nocturnis vigiliis suspicata est. unde emanaverit sermo, scietis: videtis, quo veniat tyrannus; non ad amicum meum, non ad servum sed ad istam, quae nihil
5 negoti habuisset, si tacuisset. Tua enim causa tacuisti: sciebas te perituram, si confessa esses tyrannicidium.'

HYBREAS dixit: †aNaTTaIC† *οὖν ἐπὶ τὴν ἄκραν ἐπιών, καὶ εἰ εὐτολμεῖς, νῦν λαβὲ τὸ ξίφος.*

⌜Quidam luxuriante filio luxuriari coepit. filius accusat patrem de- **6** E
10 mentiae.⌝

PORCI LATRONIS. Vtriusque tamen comparetur luxuria: tu consumis 1 patrimonium patris tui, ego accusatoris mei. Naviga, milita, peregrinare; quaere adulescens, senex utere. ⌜Accusator meus diversos et inter se E contrarios adfectus habet: cupit reum damnari, crimen absolvi.⌝

15 CESTI PII. Potest nobis convenire: similes sumus. Puta te patrem: dic, quid me velis facere. Si tam⟨en⟩ bona fide frugi es, et hoc imitor. Te ego imitor, an tu me? rogo vos: uter prior coepit? 'Luxuriaris' inquit; patrimonium computemus. ⌜'sed tu senex es' inquit; hoc dicis: 'luxuria E tua serius coepit'; citius desinet?⌝

20 ARELLI FVSCI patris. 'Sed tu' inquit 'senex es': unde scis te non futu- 2 rum luxuriosum senem? Omnia a te vitia: quod unguento coma madet, tuum est; quod laxior usque in pedes demittitur toga, tuum est. ⟨quid⟩-quid est, quod aiunt, a te senes discunt. Quid porro? domus nostra

1 accusatore **AB** || 2 impetu (= *animi commotione*) *scripsi* sumptu *α* vultu *ed. Rom., vulg.* || 3 emanaverit *dett.* emendaverit *α* | scietis *p. c.* **A**, *ut vid.* -ntis *α* | venia **AB** || 4 ad[1] *et* ad[2] *om.* **AB** | addistam **V** *corr.* **V**[2] || 5 tua] tu **AB** | enim] etiam *Schult.* | tacuistis **V** *corr.* **V**[2] | sciebas] cibas **AB** || 6 essem **AB** || 7 hibreas **A** | *ἀνάξαις Burs.* *ἀνάβαιν' dubit. Müll.* *ἀνάστηθι Gertz, qui etiam ἀναστὰς — τεῖνον prop.* *ἀναπήδα Jonas Palm fort. recte* | OYU **AB** | *ἐπὶ*] eTI **A** eП **BV** | ПHN (NHN **A**) aKPaM eTNωN *α* | *εὐτολμεῖς Gertz* eYTOYMeIC *α* *ἐπιθυμεῖς Burs.* || 8 NYN aaBe TO ZKΦOC (-Oe **B**) *α* || 9 luxurianti **B** | luxuriari **E** luxuria **AB** luxuriare **V** || 11 comparetur *ed. Ven.* -pararetur *α* || 13 quaere *dett.* quare *α* | utere senex **V** | diversos *om.* **V** *suppl.* **V**[2] || 14 adfectur **A** || 15 puta te] putare **V** *corr.* **V**[2] | patre **A** || 16 me *om.* **AV** *suppl.* **V**[2] | tamen (= *modo, quidem*) *scripsi* tam *α* iam *Schult.* tu *Wb.* | frugi es] fruges **AB** || 17 vos *om.* **V** *suppl.* **V**[2] | uter prior *Burs.* super prios **A** supprios **B** ego prior **V** | coepit] coepi tu posterior **V** || 18 dicis **E** dixit *α* || 19 citius] cuius **B** | *post* desinet *signum interrog. posui* || 20 scit **AB** || 21 *fort.* Omnia ⟨habeo⟩ | a *om.* **B** | coma madet **AV**[2] cumam madet **B** cum amat et **V** || 22 pede **AB** | demittitur *Burs.* di- *α* | toga *Burs.* tota **AB** tonica **V** | quidquid *Gertz* quid *α* || 23 aiunt *Thomas, quae sequuntur proverbium putans et comparans p. 123, 18 sq.* aliud **A** aliut **B** in (*sed del.*) aliud **V** | dicunt **AB** discant *ed. Herv., fort. recte* | a te senex discam *C. F. W. Müll.*

luxuriosos duos non capit; indulgentius te abdicare non potui. Ecquid mihi licet seniles annos meliore vita reficere? Hoc novissimum meum meritum est sed quod tibi pro ⟨ma⟩ximo imputo: pro te etiam luxuriosus factus sum.

FABIANI. Noli pecuniam concupiscere. quid tibi dicam: 'haec est, quae auget discordiam urbis et terrarum orbem in bellum agitat, humanum genus cognatum natura in fraudes et scelera ⟨et⟩ mutuum odium instigat'? haec est, quae senes corrumpit. ⌜Quidam summum bonum dixerunt voluptatem⌝ et omnia ad corpus rettulerunt. ⌜nihil est mihi opus praecipientibus; habeo exemplum⌝: proposui quidquid tu feceris facere. navigabo, si navigaris, militabo, si militaris. dic hodie, quid putes melius. sed illud excipio: non obicies, ⟨quid⟩quid elegeris.

BLANDI. Obicit luxuriam. poteram ei hoc dicere: adulescens frugaliter vixi, quamdiu patrem habui. Ante me desisti? ante me coeperas.

3 Blandi. 'Senex luxuriaris'. respondeo tibi: adulescens enim navigavi. Ego, inquit, iam desii, tu nondum. non miror, si prior desisti: prior coeperas.

MENTONIS. Quid? gaudium occupasti? sero luxurior?

POMPEI SILONIS. Si modo emendatus est filius meus; solet enim etiam luxuria ⟨dis⟩simulari. Suo quisque ordine reus sit. Vis me ducere uxorem? si novercam haberes, iam abdicatus esses.

VIBI GALLI. Convivae certe tui dicunt: vivamus, moriendum est. si intellego, hoc nulli magis in domo dicitur quam mihi. ⌜Ostendi tibi luxuriam, quam in te non videbas.⌝ Adliga me, dum te custodias.

1 abdicari **A** | potui *ed. Frob.* -uit *α* | ecquid *dett.* haec quid *α* || 3 sed] et *Schulting* | pro maximo *C. F. W. Müll.* proximo **AB** proximae **V** -ime **V**^{2} | pro⟨pter⟩ te *C. F. W. Müll.* || 5 quae] atque **AB** || 6 urbis *Haase* -bes *α* | orbem *ed. Herv.* -bis *α* -bes **V**^{2} | in *om.* **AB** | agittat **A** || 7 natura *ed. Herv.* -rae *α* | fraudes] fraudis est **AB** | scelere **AB** | ⟨et⟩ mutuum odium *Burs.* mutu medium **AB** (medium *del.* **A**^{2}) mutuam **V** mutua **V**^{2} || 9 voluptatum **A** | *post* retulerunt (*sic etiam* **V**) voluptatem et omnia *repetunt* **AB** | mihi] mħ **A** || 10 habeo **E** ago **AB** *om.* **V** | feceris me facere **V** || 11 si^1 *om.* **AB** | navigaris *dett.* -abis **A** -ares **BV** | militares **A**^{2}**BV** | dico die **AB** || 12 excipio *ed. Rom.* scipio *α* | quidquid *Burs.* quid *α* quod **D**^{2}, *Haase* || 13 obiecit **V** *corr.* **V**^{2} | poteram ei *C. F. W. Müll.* poperam (properam **B**) et *α* | dicit **V** | adulescens *pro vocativo perperam habent edd. recc.* | frugaliter *dett.* frag- **AB** fragilitater **V** frugiliter **V**^{2} || 14 dixi **A** | quamdiu frugi patrem **V** | desisti *C. F. W. Müll.* (*cf. l. 16*) -siste *α* || 15 *ante* Blandi *notam* ∻ *habet* **A**, *notam* ≡ *habet* **B** | luxuriaris **V**^{2} -areis *α* | nagavi *a. c.* **A** neg- **V** *corr.* **V**^{2} || 16 nundum **B** | miror *dett.* minor *α* | si] sed **V** || 18 quod **V** | occupasti? sero *scripsi* accepisti vere *α* accepi: iure *Sh. Bailey* || 20 dissimulari *anon. ante Schult.* simulari (-ris **B**) *α* | docere **AB** || 21 noveram **A** || 22 coniurie **A** conviriae **B** | cere **A** cer **V** *corr.* **V**^{2} | vivamus *Lipsius* bibamus *α quod def. Schottus et Schult.* || 23 hoc nulli *ed. Herv.* haec nulla *α* | in domo] *cf. p. 118, 21 et 119, 9 sq.* || 23.24 luxuriam quam **E** lumina quae *α* tua vitia quae *Kiessl.* || 24 te^2] tu **AB**

P. ASPRENATIS. Quia nihil proficiebam obiurgando, volui illi vitam suam ostendere.

IVNI OTHONIS. Malam causam haberem, si alium accusatorem haberem. malam causam haberem, si te filium non haberem.

5 Pars altera. IVNI GALLIONIS. [aliter] A laudibus patris incipiam. fuit 4 adulescens temperatissimus et lubricum tempus sine infamia transit. duxit uxorem, filium sustulit, ad aetatem perduxit. iam senex factus est, nisi quod sibi nondum videt⟨ur: in⟩ luxuriam usque eo se proiecit, ut accusem. Senex amans, senex ebrius, circumdatus sertis et delibutus 10 unguentis et in praeteritos annos se retro agens et validius in voluptatibus quam iuvenis exultans, nonne portentum est? ⌜luxuriosus E adulescens peccat, at senex luxuriosus insanit.⌝ Aetas exaruit, vitia lasciviunt.

PAPIRI FABIANI. Navem in portu mergis. Alter solito tempore labitur, 15 alter insolito; alter alieno, alter suo. alter annos sequitur, alter senectuti repugnat. non est luxuria tua qualem videri velis: non simulas ista sed facis, nec amantem agis sed amas, nec potantem adumbras sed bibis, nec te dicis bona dissipare sed dissipas. ⌜Nemo, puto, vitia quia odit imitatur. E quis imperator ob hoc ipse de proelio fugit, ut bene pugnaret exercitus?⌝ 20 quis, ut ambitum comprimeret, ipse honores mercatus est? quis, ut seditionem leniret, turbavit rem ⟨publicam⟩? ⌜non coercet vitia qui provocat.⌝ E

LATRO sic divisit: an ob hoc accusari pater possit. hic illam volgarem 5 quaestionem posuit, quam solebat fastidire: ⟨an possit dementiae agi

1 oiurgando **AB** || 2 oftendere **B** || 3 iun **A** | malam] -la **AB** || 4 malam τ aliam α | haberem[1] **V**[2] -ere α || 5 aliter (*var. lect. vocis* altera, *ut puto*) *del. ed. Rom.* | fuit *Burs.* (*contulit Novák eiusdem Gallionis verba p. 212, 3*) huic **A** huhic **B** hic **V** ⟨fuit⟩ hic *Otto* || 6 infamia **V**[2] -iam α || 7 filius **V** *corr.* **V**[2] | senes **AB** || 8 nondum videtur *Lipsius* bonum videt α | in *suppl. Thomas* | se *om.* **AB** | proiecit *dett.* prae- α luxuria usque eo profecit *Burs.* || 9 amans *dett.* amas α | delibutus *dett.* dilubutus (de- **V**) α || 10 in[1]] inter **A** | validius *Lipsius* validus α || 11 quam] quasi **V** | invenis **AB** | exultans *dett.* -tas α || 12 at senex *Burs.* senex at (ad **AB**) α at *om.* **E** | insanis *a. c.* **A** | exaruit *Lipsius* (*qui* aetate exaruit, vitā lascivit *eleganter proposuit*), *Wiman coll. Plaut. mil. 640 sq.* exaurit **AB** inhauriunt **V** exhaurit **V**[2] || 14 papyri α | nave in portu ergis **AB** | alter *in* aliter *corr.* **V** | laebitur **AB** || 15 alter[1] **V**[2] aliter α | ad nos **AB** | senectuti **V**[2] -tutis α || 16 qualem videri velis *Burs.* (videri *etiam* **D**) matrem (patrem **V**) videre velim (-imus **V**) α | simulassem **AB** simulas enim *Burs. fort. recte* || 17 agis *Burs.* magis **AB** imaginaris **V** | potandem **AB** | adimbras **A** || 17.18 enecte *a. c.* **A** || 18 dicis *Jahn* dicet **AB** decet **V** | dissipare bona **V** | puto *Gruter* putet α | quia **E** qui α quae *ed. Frob.* | imittatur **A** || 19 imperatur **AB** || 20 ut[1]] aut **B** *et a. c.* **A** || 21 publicam *suppl. dett.* | non **VE** *om.* **AB** || 22 divisit **V**[2] -misit α | ⟨quod luxuriatus sit⟩ *post* possit *suppl. Müller* | volgarem *anon. ante Schult.* vocarem **AB** vocalem **V** || 23—*p. 116,* 1 an — dementiam *supplevi coll. II 3, 12 et X 3, 7, cf. etiam p. 116, 3 sq.; quae enim in libris sequuntur nulla quaestio est. similia suppl. etiam Novák*

cum patre ob ullam aliam rem quam dementiam:⟩ si ⟨de⟩liquerit, minime hoc patri obici solere; luxuriam non magis quam avaritiam, quam iracundiam. non vitia patris accusari solere sed [ad] morbum. ut possit aliquid praeter dementiam obici patri, ⟨an⟩ luxuria non possit. alioqui filiis, inquit, abdicare permitti⟨ti⟩s. hic de suo consumit: an, si ob hoc 5
accusari pater a filio ⟨potest, a tali filio⟩ possit. hic vitiorum exprobra-
E tio. ⟨quid,⟩ si ⌜ebrietatem patri obicis ebrius,⌝ si petulantiam iniuriarum damnatus? etiamsi ob hoc accusari potest, etiamsi a tali filio, an, si ad castigandum filium hoc consilio usus est, damnandus sit. ait enim adulescens: quolibet alio genere debuisti me obiurgare. quid, si adulterium 10
velles vindicare committendo? turpe est sic castigare vitia, ut imiteris. deinde, an consilio luxurietur; non enim concedit hoc filius: 'alioqui' inquit 'quare, si coepisti sic emendare filium, cum emendaveras, non desinis?'

6 Cestivs ⟨a⟩ parte patris aiebat simulationem luxuriae significandam 15
magis quam profitendam: ita, inquit, apparebit illum simulasse, si etiamnunc simulat. si desinit simulare, ostendit iam sibi nihil opus esse eo consilio, quasi filius emendatus sit; emendatum autem esse non concessit et adsidue dixit nihil magis se quam intervallum hoc luxuriae timere: intermissa vitia vehementius surgere. 20

Latro aperte putabat simulationem confitendam: incipio, inquit, non tantum honestum senem sed prudentem defendere, si, quod vitium videri poterat, efficio consilium. quare potius significet quam dicat frugi esse?

1 si deliquerit *scripsi* se leuiter *α* scilicet *Kiessl., alii alia* || **2** hoc *om.* **V** *del.* **A**^{2} | obicis **AB** | magos **A** *corr.* **A**^{2} || **3** iracondiam **B** | patri **AB** | solebat **A** | ad *del.* **A**^{2} | ut] etsi **V** || **4** an *suppl. Müll.* || **5** permittitis *Kiessl.* -mittis *α* *fort.* permittitur | an, si] etiamsi *Schult.* (*cf. l. 8*), *quo recepto* an *ante* a tali filio *add. Kiessl.* || **6** potest – filio (*cf. l. 8*) *suppl. Gron.* (potest, ⟨possit a tali filio⟩), *verborum ordinem mut. Burs.* | possit] potest **BV** | vitiorum *ed. Bipont.* ultiorum **AB** ultionum **V** || **7** quid *supplevi* (*cf. l. 10*) | si *utrumque*] sic *Schult., edd.* | obicis **E** obicis ob **AB** obicere solet **V** | iniuriarum *Kiessl.* -riam **AB** -ria **V** -riae *τ* || **8** ad] a **AB** || **9** filio **A** | damnandas **AB** | ait enim *bis scr.* (*sed corr.*) **A** || **11** velles *Burs.* vellet *α* | ommittendo **A** commitendo **B** | turpem est **AB** | si **AB** | ut imiteris] mitteris **A** || **12** an] a **B** | alioqui *Kiessl., C. F. W. Müll.* aliquit **AB** aut **V** || **13** quaere **BV** | sic] si **AB** | emendaverat **AB** || **15** ⟨a⟩ parte *Burs.* pater (*bis a. c.* **A**) *α* | significandam *ed. Frob.* -nde *α* || **16** profitendam *ed. Frob.* -ndum **AB** -ndae **V** || **17** simulat] -las **AB** || **17–18** opus esse eo *Burs.* posse ex **ABV**^{b} posse ea **V**^{a} (*de* ^{a} *et* ^{b} *vide ad l. 19*) || **18** emendatum *bis a. c.* **A** || **19** *post* nihil *repetuntur in codd. verba* posse (*l. 17*) – nihil; *quaedam ex repetitis del.* **A**^{2} | se quam *Madv.* sequi *α* | luxuriae timere *Madv.* luxuria et iamere (iamerei **B**, *in* iam vere *corr.* **V**) *α* || **20** vitia *p. c.* **V** vita *α* | suggere **AB** resurgere *C. F. W. Müll.* || **21** aperte] ꝑte **AB** apterte **V** | putabit **V** || **22** quot **AB** | videri **A**^{2} -ere *α* || **24** ⟨se⟩ esse *Schult.*

BLANDVS hac figura declamavit: ⟨abdicavit⟩ filium et pro abdicante respondit.

CESTIVS aiebat adulescentis partem diligentius colorandam: facere 7 illum rem non ita probam, patri non remittere quod a patre ipsi remis-
5 sum sit. itaque sic narravit, ut ⌜suam quoque luxuriam imputaret patri: E non severam fuisse disciplinam, non bene institutam domus legem, quae posset adulescentis mores formare et a vitiis aetatis abducere. quodammodo, inquit, ad luxuriam a patre praemissus sum. unguento canos madentis et comissatorem senem! utique nulli nimis luxuriosus sed parum
10 sanus videbatur.⌝ Merito in adulescentibus ⟨non⟩ omnem luxuriam vindicant: cito desinunt. desii, cum haberem luxuriae istius exemplum. Quaeritis, quae res mihi remedio fuerit? aetas: illa quae faciebam iam putabam me non decere.

Hunc sensum ipse Cestius sano genere dixit; FLAVVM ALFIVM, audi- 8
15 torem suum, qui eandem rem lascivius dixerat, obiurgavit. Flavus hoc modo dixit: †cum desiderio scripsisse† paulatim se ad frugalitatem redisse et odium sibi vitiorum factum. hoc fuit, inquit, quare desinerem: sentiebam, inquit, me senem fieri. Cestius hoc aiebat dulcius quidem ⟨esse⟩ sed corripuit ultimam sententiam: incredibile est, inquit, cum
20 iuvenis sit, sensisse illum se senem fieri, et nolim videri tam diu luxuriatum, donec sentiret se senem fieri.

FVSCVS ARELLIVS dixit: non accusaturus patrem sed me defensurus 9

1 Blandus *dett.* -dius α | hac $A^2 V^2$ hanc α | figuram V *corr.* V^2 | abdicavit *supplevi* | fili A^2 | abdicante *Schult., quod dubit. accepi* -dicato α || 3 agebat B || 4 rem *dett.* regem α re V^2 | ita probam *Thomas* inprobam non ita α || 5 sic] si AB | ut suam *bis* B || 6 severum AB | non² *om.* AB | bonae V | institutam *Sander* -tuta AB -tutae V || 7 moram AB | formare V^2 -aret α | abducere V^2 -duceret AB abdicare V || 8 a patre praemissus sum E patris α | praemissus] *sc. ut hoc experimento pater ipse cognosceret, quae et qualis esset luxuria* | *ante* unguento *lac. vulg. statuunt, sed cf. e. g. p. 118, 13* | canos *Vahlen* -nis α | mandatis *a. c.* A || 9 commissatorum (e e *supra*) A | utique *Vahlen* itaque AV^2 itte quae B ite quae V | nimis EA^2 minus α | luxuriosos AB || 10 adulescentcibus B | non *suppl. ed. Rom.* || 11 desii (-si AB) *om.* V || 12 mi AB | ille B || 12.13 iam putabam *C. F. W. Müll.* inputabam (-bat V) α || 13 non *del.* A^2 | decere *Vahlen* dicere AB discere V || 14 sane *a. c.* B || 15 sum AB | eadem B | lascivilis AB | Flavus *Burs.* -vius α || 16 cum desiderio scripsisse (-sset V^2)] *fort.* cum residere ⟨fur⟩ores coepissent desidiae se eripuisset *Kiessl.* ⟨voluptatum⟩ desiderio se eripuisset *Novák* || 17 odium *Kiessl.* -io α | vitiorum *Kiessl.* -iosum α | odio se vitiorum captum *Müll.* || 18 inquit *del.* A^2 | mo sene AB || 19 esse *suppl. C. F. W. Müll.* | corripuit ultimam *C. F. W. Müll.* corrupit et unam α corripuit extremam *Kiessl.* corrumpi tamen *Madv.* (esse *pro* ⟨esse⟩ sed *legens*) || 20 sensissem AB | illum *del.* A^2 *om.* V | nolim *Burs.* nolui AB noluisse V | 21 sentrret V | se senem *dett.* sensum α senem se *edd. plerique, quod peius ad rhythmum* || 22 fuscius V | accusaturos A acusatoros B | sed *et* sum (*p. 118, 1*) *om.* AB

sum, ne aliena luxuria male audiam. Hoc consilium luxuriante filio ⟨in⟩honestum, emendato supervacuum. in narratione hunc colorem habuit: subito furore conlapsam patri mentem. meretricem ⟨vi⟩di pendentem collo senis et parasitorum circumfusum patri gregem, turpes int⟨erim⟩ cum rivalibus rixas et ebrietati nocturnae additum diem. putavi initio et ego consilium esse, non morbum: desii luxuriari; 'desinet' inquam 'si propter me coepit.' permanet ⟨in⟩ iuvenalibus vitiis et turpius luxuriosus et diutius. quid faciam? ⟨si⟩ ex suo more emendare patrem volo, luxuriandum est.

10 SILO POMPEIVS patronum adulescenti dedit, quod non putabat in accusatoris persona Latro faciendum, ut aliquis per patronum accusaret patrem.

RVFVS VIBIVS ⟨dixit a parte⟩ adulescentis: festivum senem! in honorem filii sui ebrius fit. in narratione hoc usus est colore: solutum patrem, iam mente eius labente, laudare coepisse luxuriam: dicere eos es⟨se⟩ felicissumos, qui sibi amare permitterent nec curarent tantum habere quantum acceperant; obiurgare interim, quasi non commodaret: 'rusticum' inquit 'iuvenem!' 'praematura' inquit 'severitas non est frugalitas sed tristitia; quid tu senex facies?' non creditis haec illum dixisse, qui, ut ait, ita me obiurgare vult, ⟨ut⟩ luxurietur?

11 ARGENTARIVS hoc colore declamavit: duo luxuriantur in domo: alter

1 male audiam (*Burs.*). hoc (*Gertz*)] ma laudiano (-dian- *del.* **A** *vel* **A**[2]) **AB** mea laudatio **V** | luxuriantem **AV** | filio *C. F. W. Müll.* -ium *α* || 2 inhonestum *scripsi* non (*om.* **V**) aestum *α* honestum *Thomas* | emendatio **V** emendato ⟨est⟩ *Kiessl.* || 3 conlapsum **AB** | mentum *a. c.* **V** || 3.4 vidi pendentem *C. F. W. Müll.* defendentem *α* || 4 colo **V** || circumfusum patri gregem *τ* circumfuscum (-fuscumcum **A** -fuscam **V**) patris regem *α* || 5 interim *scripsi* it *α* etiam *Otto del. C. F. W. Müll., Kiessl.* | additum *ed. Schott.* addictem (*ni fallor;* addutem *sec. Müll.*) **A** addi item (itam **V**[2]) **BV** adiectum *Novák* || 6 consiliom **AB** | desii (-si **AB**)] -sinet **V** || 7 in *suppl.* **D** || 8 dutius **B** | qui **AB** | ⟨si⟩ ex (*sed* e *scr.*) *Schult.* et *α* e **D** ex *Müll.* || 9 velo **B** || 10 patronus **AB** | adulescenti *dett.* -ntis **AB** -ens **V** || 13 rofus **A** | dixit *supplevi,* a parte *suppl. Kiessl., C. F. W. Müll.* | fustivum **AB** || 14 sit **AV** | narratione **D** -nem *α* | solutum = *effusum, immodicum* || 15 mente *Gertz, Müll.* -tem *α* | labente *Gertz, Müll.* -tem *α* labantem *dett.* | dicere *Kiessl.* -rent *α* | eos esse *Kiessl., Otto* eo se *α* || 16 felicissumos *scripsi* feliciusus **AB** felicius siis **V** | eos aevo felici usos *Burs.* ⟨nihil⟩ esse felicius iis *Novák* | quis **AB** | nec curarent *scripsi* necessarium *α* || 16–17 nec cessarent tantum habere quantum concupierint *Gertz* | tantum habere quantum acceperant] *rem familiarem integram servare, ni fallor* || 17 obiurgare (o. se) *Burs.* -arent *α* | commodaret *Otto* -morarent **AB** -memorarent **V** | ruticum **B** || 18 inquit[2] *Burs.* -quis *α* || 19 sed *dett.* et *α* | senes **V** || 20 ut ait, ita me *scripsi* vi ait etiam **A** vita it etiam **B** vitaito etiam **V** vitia dum (... luxuriatur) *Burs.* | ut *supplevi et* luxurietur *scripsi* -iatur *α* || 21 ⟨una⟩ in domo *edd. sine causa, cf. p. 114, 23; infra p. 119, 9 sq.* | alteri **AB**

iuvenis, alter senex; alter filius, alter pater. uterque aeque licenti cultu per publicum incedit. alter vobis hoc ait: 'concessis aetati ⟨voluptati⟩bus utor et iuvenali lege defungor; id facio quod pater meus fecit, cum iuvenis esset. negabit? bona ego aetate coepi: simul primum hoc tirocinium adu-
5 lescentiae quasi debitum ac sollemne persolvero, revertar ad bonos mores.' qui qualem causam habeat, videritis: facit etiamsi non quod oporteat fieri, at quod solet. alter ait: 'scio me novum civitatis miraculum incedere, luxuriosum senem, sed hoc castigandi genus commentus sum: ut emendarem filium, ipse peccare coepi.' ⟨it⟩a, si avos viveret, ut nemo in
10 domo luxuriosus esset, tres luxuriosi fuis⟨se⟩tis?

A parte patris GLYCON SPYRIDION dixit: *ἐγὼ μὲν* †aPΛIN† *δαπανῶν*, 12 *σὺ δ' οὐ* †aCIAYH†.

AGROITAS Massiliensis longe vividiorem sententiam dixit quam ceteri Graeci declamatores, qui in hac controversia tamquam rivales rixati
15 sunt. dicebat autem Agroitas arte inculta, ut scires illum inter Graecos non fuisse, sententiis fortibus, ut scires illum inter Romanos fuisse. sententia quae laudabatur haec fuit: *ἐπὶ τῆς ἀσωτίας τοῦτο διαπεφωνήκαμεν· σὺ μὲν δαπανᾷς ἡδόμενος, ἐγὼ δὲ λυπούμενος.*

DAMAS SCOMBRVS: *ἐστυγημένην ἀσωτίαν ἀσωτεύῃ.*

1 aeque licenti *Haase, Burs.* etque (*om.* **V**, *ut dittographiam del. Novák*) licenter (lucente **V** lucenti **V**[2]) *α* | licenter cultus *Gertz* || 2 incidit **AB** | concessum **V** | aetati voluptatibus *Burs.* -ate opus *α* -tati otiis *Thomas* || 3 et] ex **AB** | defungor] fulngor **V** | fecit] facit **AB** || 4 est set **A** | negabit *ed. Herv.* -bat *α* | ego *Ribbeck* ergo *α* | coepi *Schult.* -it *α* || 5 solemne (-pne **B**) **AB** | persolvero *Kiessl., Haase, alii* -ere *α* | moros **A** *corr.* **A**[2] || 6 facit *Thomas, Madv.* -iat *α* | oportet *vulg., sed cf. H.-Sz. 335; trad. def. W. A. Bährens 502* | 7 at quod] ad quod **A** atque **V** | sicio **B** | incedere *dett.* -ciderit **A** -cederit **BV** || 8 commentus sum *scripsi* commovent (-vet **V**) usum *α* || 9 coepi *Jahn* -it *α* | ita *Schult.* a **AB** ac **V** | ut *Burs.* et *α* || 10 fuissetis *ed. Herv.* fuistis *α* | *signum interrog. posui* || 11 parte] pte **A** | clycon **AV** clicon **B** | Spyridion *Faber* syricon **A** siricon **BV** | *ἐγὼ μὲν Burs.* eΠu MN *α* | aPΛIN] aPXIN **V** *ἄρχομαι Wilamowitz* | *ἕπομαι ἀρχὴν δαπανῶν Thomas* *ἄκων δαπανῶ Burs.* || 12 *σὺ δ' οὐ Burs.* CY CI (aOY **B** aOYCY **V**) *α* | aCIAYH] *παύῃ vulg.* || 13 Agroitas *Burs.* agnotas *α* | malienses **A** masilienses **B** | vividiorem *Gron.* liv- *α* || 14 controversiam **AB** | rixati *Baehrens in ed. Catulli II 285* rogati **AB** regati **V** nugati *Gron.* || 15 docebat **BV** | Agroitas *Burs.* agrita *α* | arte *Gertz* pars **AV** *om.* **B** | ut scires *ed. Rom.* et scirem (-re **V**[2]) *α* || 16 sententos *in* -tis (*et sic* **A**) *corr.* **B** || 16.17 sententia quae] sententiam debet (*del.* **A** *vel* **A**[2]) sententiam qua **AB** || 17 laudabatur *Kiessl.* labantur (*ut vid.*) **A** labatur **BV** |' OCωTIaC *α* | *τοῦτο Burs.* TOITO *α* | *διαπεφωνήκαμεν Kiessl.* alaΦΦωMHNaMeN *vel sim. α* || 18 CI MeN **BV** *om.* **A** | aTBΛNDC (ΛIBaNDC **B**) NaOMeNOC eTω ae *α* | *λυπούμενος Burs.* ΛωNOYMeNOC *α* *ἀνιώμενος Haase* *χολούμενος Thomas* || 19 Damas *Burs.* damos *α* | Scombrus *Schott* combrus **AV**[2] cumbrus **BV** | *ἐστυγημένην Thomas* CTHTHMeNNN *vel sim. α* | AeωTIΛN (-aN **A**) aCUOTeYH (-TYN **A**) *α*

13 DIOCLES CARYSTIVS: εἴθ' εὐχαριστοίης· ἄρτι ἐκ τῆς ἀσωτίας μεταβάλλομαι.

HERMAGORAS raras sententias dicebat sed argutas et quae auditorem diligentem penitus adficerent, securum et neglegentem transcurrerent. in hac controversia dixit: ὢ τύχης δεινῆς· ταὐτὰ ἐπιτάττοντες ἀλλήλοις ἐλυσσῶμεν. 5

BARBARVS dixit vulgarem sensum satis vulgariter: γνώσῃ, τέκνον, ὅτι νοῦς γήρᾳ συνανθεῖ.

Elegantius hoc composuit HISPO ROMANIVS: placet vobis frugalitas mea, quod patrimonium servavi, quod adquisivi, quod uxorem mature 10 duxi, semper dilexi, quod ab omni me tutum fabula praestiti? illud adfirmo, nihil tota vita frugalius feci.

Rem ab omnibus dictam celerrime SYRIACVS VALLIVS dixit: fili, quando vis desinamus?

7 E ⌜Quidam, cum haberet formosam uxorem, peregre profectus est. in 15 viciniam mulieris peregrinus mercator commigravit. ter illam appellavit de stupro adiectis pretiis; negavit illa. decessit mercator, testamento heredem omnibus bonis reliquit formosam et adiecit elogium: 'pudicam repperi'. adit hereditatem. redit maritus, accusat adulteri ex suspicione.⌝

1 PORCI LATRONIS. Quamquam eo prolapsi iam mores civitatis sunt, ut 20 nemo ad suspicanda adulteria nimium credulus possit videri, tamen ego

1 caritius α *corr. ed. Ven.* (Charis-) | εἴθ' εὐχαριστοίης *Müll.* ΕΙΛ (ΕΤΛ **V**) ΕΖΑΡΙΕCΑΕC (ΕΙΑΡΙΘCΑΕC **V**) α | ἄρτι ἐκ *Thomas* ΑΡΚ ΕC α | τῆς ἀσωτίας *Burs.* ΤΙC (ΗC **V**) ΜΔΕΩΤΙΑCΕ (ΜΟΕ- **V**) α | μεταβάλλομαι *Müll.* (-βάλλονται *manus recens in* **T** βαλοῦμαι *Thomas*) ΜΕΤΑRΑΜΟΝΑΙ (-ΒΑΜ- **B** -ΜΟΝΛ **A**) α || 3 herma acotas **A** hermacotas **BV** | raras sententias *ed. Rom.* rara sententia α aridas sententias *Schult.* | argutas *ed. Rom.* arguta α | auditorem V^2 -orum α || 4 adficerent *ed. Rom.* -eret α | transcurreret **V** *et p. c.* **A** || 5 ΤΙΧΗC (-ΝC **A**, *ut saepe*) α | δεινῆς] ΑΕΙΝΝC (ΛΕΙ- **V**) α καινῆς *dubit. Gertz* || 5–6 ΕΠΙΤΑΤCΟΝΙΕC (ΕΝΙCΑΤ- **A**) ΛΜΗΑΟLC (*vel sim.*) ΕΠΙΟΟΜΕΝ (ΕΝΙ- **A**) α || 7 bulgarem **AB** | ΤΝΩCΗ α || 8 ΜΟΥC α | γήρᾳ *Müll.* ΑΗΝΑ *vel sim.* α ἀνοίᾳ *Haase* | συνανθεῖ *Haase* CΥΠΑΝΦΕΙ α || 9 *post* hoc *lac. ind. Schult.* | composit **AB** *fort.* [com]posuit | romanio **AB** romanus **V** | frugalitas V^2 fragilitas **AB** fragalitas **V** || 10 servavi *Burs.* servas **AB** servo *ex* -os **V** *vel* V^2 | quod[3] *om.* **V** || 11 duxi *dett.* dixit α *del.* A^2 | ab *Burs.* ad α | omnem **V** | fabilam **V** fabulam V^2 | praestitit **AB** || 12 frugalia **V** *corr.* V^2 || 13 ad **AB** | Syriacus Vallius *ed. Herv.* siriacon (syr- **V**) suallius α || 15 quidam V^2 -dem α | est *om.* **B** || 16 vicinia **AB** | ter **E** (*cf. p. 123, 18*) *om.* α || 17 adiectis pretiis **E** adieciti (-cit **V**) praetis (preces **V**) α | illac **B** || 18 elogium τ eloigam **AB** eloigiam **V** || 19 repperi *dett.* -rit α comperi **E** || 20 moris **AB** || 21 suspicanda *dett.* suscipienda (*ex* -ndas **V**) α | adulteri animum **A** | nimia *a. c.* **V**

adeo longe ab eo vitio iam [patientiam aut mium] ⟨abesse videor, ut⟩ magis timeam, ne quis in me aut nimiam patientiam aut nimium stuporem arguat, quod tam ⌜seram querellam detuli: non accuso adulteram E nisi divitem factam;⌝ ex ea domo ream protraho, in qua iam nihil meum
5 est. cum ego tamdiu peregrinatus sim, nullum periculum terra marique fugerim, plus ⟨ista⟩ intra unam viciniam quam ego toto mari quaesit. ⌜post tantos impudicitiae quaestus si tacere possum, confitendum habeo E [in] hac me causa afuisse⌝, ut in accessionem patrimoni peregrinando cum uxore certarem. illud, iudices, mihi tormentum est, quod notata
10 iudicio vestro, ut multiplicatam dotem perdat, plus tamen ex quaestu [habet] habitura est, quam quantum damnatae perdendum est: tantum in istam dives amator effudit, ⟨ut⟩ post poenam quoque expediat fuisse adulteram.

Quae praeceperim uxori proficiscens, scio. cetera, quemadmodum 2
15 adulescens formosus, dives, ignotus in viciniam formosae et in absentia viri nimium liberae mulieris commigraverit, quemadmodum adsidua satietate continuatae per diem noctemque libidinis exhaustis viribus perierit, interrogate rumorem. vos interrogo, iudices, quid offici mei fuerit: poteram ego salvo pudore meo nihil de hereditate suspicari, in qua
20 etiam nomen auctoris ab uxore doctus sum? veni nihil aliud quam ut fortunam meam querar; nam causam melius vos nostis.

⌜Tempus est, iudices, de uxore marito credi.⌝ ⟨concedo⟩ mulierem 3 E tam formosam amari potuisse; pudica certe sic amari, ne sollicitaretur, potuit. neque ⟨est⟩, quod dicat: 'non in meo istud arbitrio positum'.
25 erratis vos, iudices, si non maius ad sollicitandam matronam putatis

1 adeo] adego **AB** | iam – mium (*cf. l. 2*) **AB** *del.* **A**² iam patientiam **V** iam *genuinum puto et propter homoeoteleuton* (*cf. l. 2* nimiam) *causam confusionis fuisse. vulg. cum* **A**² *etiam* iam *delent* | abesse videor, ut *supplevi* ⟨afui, ut⟩ *Kiessl.* || 2 magis timeam *Kiessl.* agisti meam (agi- *del.* **A**²) **AB** egisti meam **V** || 3 seram **τ** severam **α** | querela **A** -lam **V** || 4 rea **V** || 5 sim **D** sum **α** | terram **AB** || 6 ista *suppl. ed. Ven.* | unum **AB** | quaesit *Sander* -si **α** || 7 post] p; **A** p: **B** | tacere **Eτ** taceat **α** | abeo **α** || 7–8 taceam, prorsus confitendum habeam hac *Gertz haud male* || 8 in *om.* **E**, *del.* **A**² | in hac *om.* **V** | afuisse **E** fuisse **α** || 9 uxoris **AB** | llud **V** | est *om.* **B** | nofata **AB** || 10 iudicio *dett.* inditio **α** || 11 habet *del. Kiessl.* | habitur **AB** || 12 dives] debes **AB** | ut *suppl. dett.* | paeniam *a. c.* **A** | experdiat **A** || 14 quemadmodum *dett.* queadmodum **α** || 15 viciniam *ed. Rom.* -ia **α** || 16 mulieres *a. c.* **A** || 17 continuatae *scripsi* cottidian(a)e **AV** -iena **B** | exaustis **AB** exhausitis *a. c.* **V** || 18 rumore **AB** | interrogo *ed. Rom.* intellego **α** | iudices *dett.* indices **α** | quod officiis *a. c.* **V** || 19 qua *Schult.* quam **α** || 20 numen **BV** *cf. p. 123, 23* nomen auctoris | auctor **A**² | doctus *Born.* (*cf. l. 15* adulescens ignotus) ductus **A** dictus **BV** edoctus *Schult.* || 21 querar *dett.* quepar **α** | nostos *a. c.* **A** || 22 de uxore **E** et uxorem **α** | marito *sc. et non adultero* | concedo *supplevi* || 23 certe *Novák, Gertz* forte **α** || 24 est *suppl. dett.* || 25 ⟨erat.⟩ erratis *Kiessl.* | erratis] cratis **A** eratis **B** | maius *Burs.* imarius **A** marius **B** maritus **V** | ab **AB**

irritamentum spem corrumpendi quam faciem quamvis amabilem visu. si tantum in formosa sperari posset quantum placere potest, omnes formosae in se universos oculos converterent. matrona, quae ⟨tuta⟩ esse adversus sollicitator⟨um⟩ lascivias volet, prodeat in tantum ornata, quantum ne immunda sit; habeat comites eius aetatis, qua impudici, si 5
E nihil aliud, in verecundiam annorum [re]movendi sint. ⌜ferat iacentis in terram oculos. adversus officiosum salutatorem inhumana potius quam inverecunda sit⌝, etiam in necessaria resalutandi vice multo rubore confusa. sic se in verecundiam pigneret, ⟨ut ⌜neget⟩ longe ante impudicitiam suam ore quam verbo⌝. in has servandae integritatis custodias 10 nulla libido inrumpet.

4 Prodite mihi fronte in omne lenocinium composita, paulo obscurius quam posita veste nudae, exquisito in omnes facetias sermone, tantum non ultro blandientes, ut quisquis viderit non metuat accedere; deinde miramini, si, cum tot argumentis impudicitiam praesumpserit, cultu, in- 15 cessu, sermone, facie, aliquis repertus est, qui incurrenti adulterae se non subduceret!

Internuntium, puto, illa sollicita⟨to⟩ris arripi et denudari iussit, flagella et verbera et omne genus cruciatus poposcit, in plagas deterrimi mancipi vix imbecillitatem muliebris manus continuit. quotiens absentis 20 viri nomen imploravit, quotiens, quod non una peregrinaretur, questa
5 E est! ⌜nemo sic negantem iterum rogat.⌝

1 quam] quamvis **V** | visu *Watt, ego* sensum *α* || 2 formosam **A** | placere *ex* placet **V** | omnis **AB** || 3 oculos *Gron.* (*qui etiam* universorum *prop.*) populos *α* | matrona quae *Burs.* -nam (-nae **V**[2]) quam *α* | tuta *suppl. Burs.* quae ⟨munita⟩ *Thomas* || 4 sollicitatorum *Gertz* sollicitos **A** sollicitatos **BV** -toris *Burs.* | lascivias volet *scripsi praeeunte Burs.* (-iam volet) lascivam (-via **V**) solet *α* || 5 quantum *dett.* -nta *α* | aetates **B** *et a. c.* **A** | qua impudici *dubit. scripsi* qui iu pudiga **A** qui inpudica (-ga **B**) **BV** cui impudici *Haase* cui impudica *Otto* || 5–6 quae (*Schult.*) impudicum . . . movere possit *Müll.; locus dubius* || 6 [in] verecundia *Haase, Burs.* | amorum **A** | movendi sint *dubit. scripsi* removendi sit *α* removenda sint *Otto* -ndi sint *Haase* | feram **B** fera in **V** | iaciendis **V** || 7 oculis *a. c.* **V** || 8 inverecundia **AB** *corr.* **A** | necessaria . . . vice *Jahn* -iam . . . vicem *α* | rubore **V**[2] robore *α* || 9 pigneret *Burs.* pignori *α* | ut *suppl. Burs.*, neget *h. l. supplevi; vulg. cum* **E** neget *post l. 10* verbo *ponunt, quod peius ad rhythmum* | ante **E** alte *α* || 10 suam ore **E** est amore *α* | verbo **E** nervo **AB** vero **V** | has *Burs.* hac *α* | servando **A** | custodia **V** || 12 frontem **V**[2] | omne *dett.* -nem *α* | compositam **V** || 13 unde **A** | exquisito *ed. Ven.* -ita *α* | facietias **V** | tantum *dett.* tandum *α* || 14 quisquis *ed. Ven.* quisque *α* | videret **A** | metuat **V**[2] motuat *α* || 15 praesumpserit (*sc.* aliquis *l. 16*) *scripsi* praescripserit *α* -scripserit⟨is⟩ *Schult., edd. plerique* || 16 reptus **A** | incurrenti *Burs.* -curretia **AB** -curreret retitia **V** || 18 puta **B** | illa *Novák* -lud *α* -lum *Jahn* | sollicitatoris *C. F. W. Müller* (*cf. p. 123, 7*) sollicitaris *α* || 20 quotiens] *post hanc v. habet α* quod non una re peregrinaretur, *del.* **A**[2] || 21 non enim ploravit **A** | peregrinaret **B** | questa *p. c.* **V** quaesita *α* || 22 sic *p. c.* **V** si *α*

Cum quo questa es? apud quem indignata es? abunde te in argumentum pudicitiae profecturam putas, si stuprum tantum negaveris, quod plerumque etiam impudicissima spe uberioris praemi de industria simulat? quando de iniuria tua viro scripsisti et, ne in occasionem similis
5 iniuriae solitudo tua pateret, maturiorem reditum rogasti? et quanto decentius contumeliam penetralium meorum uxoris epistula quam testamento sollicitatoris cognoscerem! miserrimus omnis saeculi maritus: sic contempta absentia mea etiamnunc iniuriam meam nescirem, si qui fecerat tacere voluisset.

10 Totiens sollicitata non ⟨iram⟩ in istam faciem, qua placere poteras, 6 convertisti? non omne ornamentum veluti causam talis iniuriae exsecrata es? quod proximum est a promittente, rogata stuprum tacet!

Inspicite adulterae censum: ex eo impune est, quod adulter isti dedit. si est aliquid, quod non ⟨ded⟩erit, quid singillatim omnia percenseo?
15 quicquid ego ⟨ag⟩novi meum, do tibi; miser maritus cum omni censu meo inter munera adulteri lateo. 'sola heres esto.' quid ita? 'habes,' inquit 'scripsit causas: quia, cum semel appellassem, cum ⟨iterum appellassem, cum⟩ tertio appellassem, non corrupi.' o nos nimium felici et aureo, 7 quod aiunt, saeculo natos! sic etiam qui impudicas quaerunt pudicas
20 honorant? ⌜'omnium bonorum⌝ meorum, omnis pecuniae meae ⌜sola E heres esto, quia corrumpi non potuit,⌝ quia tot sollicitationibus expugnari non potuit, ⌜quia tam fideliter pudicitiam custodivit.' tace paulisper nomen auctoris: numquid non testamentum viri creditis?⌝ ecce nullam in uxore suspicatus infamiam, inter mutuum eius amorem (aut certe
25 ita creditum) iam moriturus tabellas occupare si volo et in⟨vi⟩cem

1 es[1] *ed. Rom.* est α | es[2]] est V[2] | argumentum *ex* -ntis (*ut vid.*) **B** || 2 profuturam V || 3 impudicissima *p. c.* V -mas α | spe uberioris *dett.* spem uberiorem α | primi V | simul ad **A** || 4 iniuriae *dett.* -ria α || 5 solitudo *ed. Herv.* sollicitudo α | reditum *dett.* perditum α || 6 quem **AB** | testamento *dett.* -ntum α || 7 cognoscorem **B** | saeculi *dett.* oculi α || 8 mea] me **AB** | nescirem *dett.* -scire α | qui *ed. Rom.* quit **AB** quid V qui id *Schult.* || 9 voluisset *dett.* -isse et α || 10 sollicitata non *Burs.*, *Madv.* -tatam **AB** -tatem V | iram *supplevi* | placeret **AB** || 11 omnem **AB** | iniuriam exsecratur **AB** || 12 *fort.* taces || 13 adulterae *Schult.* -eri α | est *scripsi* si α sit *vulg.* | adulter isti dedit *Gertz*, *Madv.* (*sed* adulter *et* dedit *etiam Schult.*) adulteris (adteris) **A** edidit α adulter isti ⟨non⟩ dedit *Watt* || 14 dederit *Schult.* erit α || 15 agnovi meum, do *Gertz* non emundo α | miser *dett.* (miser ut) miserum α || 16 munere **AB** | adulteri *dett.* -ero **AB** *et* (*ex* -era) V | sola heres τ soleres α || 17 quia *ed. Rom.* qua **AB** quam V || 17–18 iterum – cum *suppl. Kiessl.*, *C. F. W. Müll.* || 18 appellassem *del.* A[2] | corrupi o] corruptio **AB** | feli **A** || 19 notos **A** || 19–20 *fort.* natos, si etiam . . . honorant! || 20 honorunt **A** || 20.21 sola heres *dett.* soleres α || 22 potuit **D** possit α | tam sofideri fideliter **AB** *corr.* A[2] | tange **A** || 23 testamento V | virior editis **AB** | ette V || 24 suspicatur V || 25 morityrus V | volo et invicem *scripsi* voleticum **AB** voletis cum V volo et ei cum *Linke* volo et [icum] *Wb.*

muneribus meis imponere elogium, ex testamento adulteri petendum est.

'Sola heres esto, quamvis aliena, quamvis ignota, tantum quia pudica, 8 quia incorrupta est.' quid? isti tam censorio adultero non mater est, non soror, non propinqua? an nulla earum pudica est? idcirco scilicet cum tantis divitiis peregrinas urbes in honorem pudicitiae ignotae perambulat: illic, ubi natus est, nulla pudica erat, atque illic, ubi negotiatus, quia nulla non prostituta erat, vacuo testamento pudica ⟨he⟩res per errorem quaesita est.

Ego adulteram arguo, qui in matrimonium recepi, qui communis ex E ista liberos precatus sum, qui pudicam libentissime crederem. ⌜adeone iam ad omnem patientiam saeculi mos abiit, ut adversus querimoniam viri uxor alieno teste defendatur?⌝ at hercules adversus externorum quond⟨am⟩ opiniones speciosissimum patrocinium erat 'ego viro placeo'. 9 at ego, si hunc morem scribendi recipitis, in conspectu vestro ita scribam: uxor mea heres ⟨ne⟩ esto, quod peregrinante me adamata est, quod heres ab adulescente alieno ac libidinoso relicta est, quod tam infamem hereditatem adit. a duobus vos testamentis in consilium mitto: utrum secuturi estis? quo ab adultero absolvitur an quo damnatur a viro?

Vnus pudicitiae fructus est pudicam credi, et adversus omnes inlecebras atque omnia delenimenta muliebribus ingeniis est veluti solum ⟨ac⟩ firmamentum in nullam incidisse fabulam. †nouos fortasse non in om-

1 petendum **V**^{2} pat- *α* ‖ 3 sola heres *dett.* soleres *α* | quamvis^{1}] -visa **AB** -visi *a. c.* **V** ‖ 4 censurio **AB** | adultero *dett.* -terio *α* ‖ 5 an *Haase* ad **AB** atque **V** | nulla *om.* **V** *suppl.* **V**^{2} | idcircum **AB** ‖ 6 divitis **AB** | pudiciae **ABV**^{2} | ignotae *Burs.* cognotae **AB** incognitae **V** ‖ 7 atque illic] illic atque illic illic **AB** *postremum* illic *del.* **A**^{2} | quia *ed. Rom.* qui **AB** quin **V** est *Müll.* ‖ 8 nulla *ed. Rom.* illa *α* | heres *ed. Ven.* res *α* ‖ 10 qui in **V**^{2} quem *α* | recepi **D** -cipi *α* ‖ 10.11 ex ista *dett.* exsistas *α* ‖ 11 praecas **A** predicatus *a. c.* **V** | pudicam *Schott* pudica mi *α*, *et illud* mi(hi) *def. Schult.* | libentissime crederem *dett.* -ssimi cederem *α* ‖ 11—12 adeone — abiit (*pro quo* habet **A**) *del.* **A**^{2} ‖ 12 mos *τ*, *ed. Rom.* (*cf. p. 120, 20*) nos *α* | abiit **E** habet *α* | adverrus **B** | querimonia **AB** ‖ 13 defendatur *dett.* -detur *α* | at hercules **V**^{2} aderc- **AB** aterc- **V** ‖ 14 quondam *Gertz* quod *α* | viri **BV** ‖ 15 hunc morem *τ* hoc amorem *α* hunc iam morem *Schult.* | ita] vita **AB** ‖ 16 ne *suppl. Schult.* | peregrinante *p. c.* **V** -ntem *α* | me adamata] eo damnata **AB** ‖ 17 ab adulescente **V**^{2} ab *om.* **AB** ad- *om.* **V** | ac] ad **AB** | relictae **B** | quo **AB** | tam infamem **V**^{2} tamen famam **AB** tamen in f. **V** ‖ 18 testamentis *dett.* -ntum (*ex* -nto **A**) *α* | consilium *edd. vett.* -lio *α* | utrum *dett.* verum *α* | secuturi **V**^{2} secutoris **A** secutori **B** securi **V** ‖ 19 quo^{1} *Faber* quod *α* | obsolvitur **A** | quo^{2} *Faber* quid *α* | damnatur a **D** damnaturam *α* ‖ 20 munus **V** ‖ 21 muliebris **B** | ingnis **A** | est *dett.* et *α* | solunt **AB** | ac *suppl. ed. Herv.* ‖ 22 in nullam *τ* innuptam *α* | incidisse *ed. Herv.* accidisse *α* ‖ 22—*p. 125,* 2 nouos fortasse *e. q. s.*] *dubit. temptavi* ⟨vir⟩ bonus fortasse nomen hominum existimationi curat honorandum; multa deinde ac varia dat virtutis experimenta. femina quidem *e. q. s.*

nium existimationem ocure et horrendum multa deinde ab uariae daturis experimenta.† feminae quidem unum pudicitia decus est; itaque ei curandum est esse ac videri pudicam ***

⟨EXCERPTA CONTROVERSIARVM LIBRI SECVNDI⟩

Adoptandus post tres abdicatos

5 Dives tres filios abdicavit. petit a paupere unicum in adoptionem. pauper dare vult; nolentem ire abdicat. contradicit. 1

Numquam futurum putavi, ut aut pater meus liberos odisset aut dives concupisceret. Diu dubitavi, ille amicum temptaret an hic filium. Ita nos pauperes sumus, qui habemus quod divites rogent? Si immerito abdicavit, odi patrem tot eicientem 10 innocentes; si merito, odi domum tot facientem nocentes. Amo aeque paupertatem ac patrem: utroque adsuevi. Non tibi per multos fulta liberos domus est, quamquam ne sic quidem debuisti dare; tutior enim adversus fortunam est cui aliquid post damnum superest. 'Abdico' inquit: apparet, unde venias. Vna inter nos disputatio est: iste me dignum putat beato patre, ego meo. 'Divitem' inquit 'esse te volo': 15 o me abdicandum, si talem patrem relinquo! Quid me videri velis, nescio; innocentem? sed abdicor; nocentem? sed adoptor. Non, ut in ceteris abdicationibus, in mea potestate est non abdicari: perditurus sum patrem, si abdicor, perditurus, si non abdicor. Quid interest, utrum eiciar an transferar? Etsi parendum est in omnibus patri, in eo non est parendum, quo efficitur, ne pater sit. Grave est carere unico, 20 gravius eo, quem alius concupiscit. Non delectant ignoti servorum domino greges nec sonantia laxi ruris ergastula; patrem gratis amo. Necesse est timeam infelicem liberis domum. Non potest inveniri reconciliationis aptius tempus: dives filios quaerit.

Pars altera. Magnum et hoc inter cetera paupertatis incommoda, quod abdica- 25 tionem filius non timet. Senatorium gradum census ascendit, census equitem Romanum a plebe secernit, census in castris ordinem promovet, censu iudex in foro legitur. Facilius est paupertatem laudare quam ferre. 'Si emendati' inquit 'fuerint liberi mei, habebo hunc cum illis; si perseveraverint, habebo pro illis'.

Extra. Aridi declamatores fidelius quos proposuerunt colores tuentur; non enim 30 alicuius sententiae dulcedo subrepit, nullum schema sollicitat. Sic quae malam faciem habent saepe pudicae sunt: non animus illis deest sed corruptor. Gallus Vibius fuit tam magnae olim eloquentiae quam postea insaniae. cui hoc accidisse uni scio, ut ad insaniam non casu caderet sed iudicio perveniret; nam dum insanos imitatur, dum lenocinium ingenii furorem putat, quod simulabat ad verum redegit. Otho

1 ab] ac **V** | ab variae] avaritiae *Köhler* || 2 feminae *Burs.* -ina *α* | quidem *Schult.* -dam *α* | pudicita **AB** | decus *Karsten* equus *α* | est *om.* **V** *suppl.* **V**[2] || 2–3 itaque ei curandum *Novák* atqui (-que **V**) curandus *α* || 3 ac *dett.* ad *α* | *in α desunt cetera, sed in* **E** (*p. 129 sq.*) *nonnulla ex deperditis invenies* | Annei Senecae orator et rethor (retor **A**) sententiae divisiones colores controversiarum liber III (tertius **A**) explicit feliciter. Incipit liber IIII *α* || 8 dubitavi *recc.* dib- **M** || 12 ne] nec **M**[3] || 13 unde venias *eras.* **M** || 15 velis *e textu integro vulg.* velim **M** || 22 filius **M** *corr.* **M**[2] || 26 secernit *Müll.* scernit **M** discernit *recc.* || 29 proposuerunt *βν* -uerint **M** || 30 subrepit *recc.* -ripit **M** | schemas oblicitat **M** *corr.* **M**[2] || 34 redigit **M** *corr.* **M**[2]

Iunius pater edidit quattuor libros colorum, quos belle Gallio noster Antiphontis libros vocat: tantum in illis somniorum est. Syriacus contra Maximum Stertinium, a quo premebatur, cum comes eius fuisset, dixit: per annos XV in officio tuo fui; dic, quid peccaverim. sed haec est consuetudo vestra: iniuriam vocatis finem servitutis. 5

Ius iurandum mariti et uxoris

2 Vir et uxor iuraverunt, ut, si quid alteri accidisset, alter moreretur. vir peregre profectus est, misit nuntium uxori, qui diceret se decessisse. uxor se praecipitavit. recreata iubetur a patre virum relinquere; non vult. abdicatur. contradicit.

Dii immortales, qua debetis prudentia humanum genus regitis: effecistis, ut 10 illud non periculum amantis esset sed experimentum. Hos dividere vult socer, quos ne mors quidem dividet? 'moriar' inquit; 'habeo et causam et exemplum: quaedam se maritorum rogis ardentibus miscuerunt, quaedam anima redemerunt maritorum salutem.' sollicitudine brevi inter has puella viva numeratur. Assiduae contentiones erant: 'sine te vivere non possum'; 'immo ego sine te.' qui certantium 15 exitus solet esse, iuravimus. Hic animus sine dubio iurantium fuit, ut vivi non diducerentur, cum illud quoque caverint, ne morte dividerentur.

Pars altera. 'Non possum' inquit 'relinquere virum'; quicquam non potest, quae mori potest? paene, dum falsae mortis nuntium misit, verae recepit. Potes sine viro pati: peregrinationem eius tulisti. Iure iurando iam liberata es casu proximo. 20

Extra. Ovidius Naso apud Arellium Fuscum magistrum suum hanc controversiam declamavit; nam Latronis admirator erat. Latro in praefatione quadam dixit: non vides, ut immota fax torpeat et ignes exagitata restituat? mollit viros otium, ferrum situ rubiginem ducit. Naso dixit:

Vidi ego iactatas mota face crescere flammas 25
et rursus nullo concutiente mori.

Hic autem dixit: quidquid laboris est, in hoc est, ut uxori virum et uxorem viro diligere concedas. necesse est deinde, ut iurare permittas, si amare permiseris. Eiusdem: pauca nosti, pater, crimina: et litigavimus aliquando et cecidimus et, quod fortasse non putas, peieravimus. Rogatus aliquando ab amicis suis, ut tolleret 30 tres versus, invicem petivit, ut tres exciperet, in quos nihil illis liceret. scripserant illi quos tolli vellent secreto, hic quos tutos esse vellet. in utrisque codicillis idem versus erant, ex quibus primum fuisse narrabat Albinovanus Pedo, qui inter arbitros fuerat:

semibovemque virum semivirumque bovem; 35

secundum:

et gelidum Borean egelidumque Notum.

1 ionius **M** *corr.* **M**² || 7 vir peregre *bis* (*sed corr.*) **M** || 9 contradicit **M**³ c d **M** || 13 sue *a. c.* **M** | miscuerunt] *cf. p. 82, 13 cum adnot.* | redimerunt **M** *corr.* **M**² || 14 sic lutem **M** *corr.* **M**³ | *post* brevi *lac. ind. Müll. textu integro coll., fort. recte* || 16 excitus **M** *corr.* **M**³ | hic animus *om.* **M** *suppl. mg.* **M**³ | ducerentur **M** *corr.* **M**² || 17 dividerentur *recc.* de- **M** || 23 viro socium *in* viros ocium *corr.* **M**³ || 24 situm *a. c.* **M** | rubignem **M** || 30 peieravimus *e textu integro vulg.* periera-mus **M** | *supra* rogatus *suppl.* extra **M**³ || 31 versos **M** *corr.* **M**² | exciperet *β v* -erent **M** || 32 utriusque *a. c.* **M** | quodicillis (-cellis **M**³) **M** || 33 poedo **M** || 37 et gelidum Borean *om.* **M**, gelidum borea (-eā **M**³) *suppl.* **M**² | egelidumque notum *e textu integro vulg.* gelidum nomen **M**

ex quo apparet summi ingenii viro non iudicium defuisse ad compescendam licentiam carminum suorum sed animum. aiebat interim decentiorem faciem esse, in qua aliquis naevus esset.

Raptor patrem non exorans

5 RAPTOR, NISI ET SVVM ET RAPTAE PATREM INTRA DIEM TRICESIMVM EXORAVERIT, PEREAT. Raptae patrem exoravit, suum non exorat. Reum facit dementiae. **3**

Quid contremiscis, senectus? quid, lingua, trepidas? quid obtorpuistis, oculi? nondum est tricesimus dies. Ne tristiore quidem vultu expugnatam filiae pudicitiam tulit. Nimis cito exoratus est. Ne omnia vitia ab adulescentia repetam, virgi-
10 nem rapuit, patrem accusat; haec intra triginta dies. putas me accusatori promissurum quod filio negavi? Miraris dubitare patrem? lex ipsa inter mortem et nuptias dubia est. Semper sibi licere omnia credidit, nihil me umquam rogavit. 'ignovit' inquit; ita aliquis ante me rogatus est? Demens sum, vides, nimirum turpiter vivo, legem ignoro, dies tuos non numero. 'Demens' inquit 'es'; potest aliquis
15 ignoscere sic roganti? Deliberabo cum amicis, deliberabo cum propinquis. Me miserum, quam paene promisi! O me miserum, quod tantum triginta diebus irasci possum! Quid miraris, si illum citius exorasti? facilius est iniuriam donare quam crimen. procede in medium, senex, cuius misericordia crudelis sum. 'Iam' inquit 'angustum tempus est'; et tibi vacat accusare? Sic aliquis exorat, sic deprecatur?
20 apparet nunc te primum rogare. Quid enim tamquam demens egi? non sum exoratus? nondum transiit tempus; etiamnunc exorari possum. quam inicum est nondum esse me nocentem et iam reum!

Pars altera. Me miserum, pater! irae tuae detractum est nihil, tempori multum. infelicior sum quam si neutrum exorassem. Si servaturus es filium, iam tempus fuit;
25 si occisurus, iam tempus est. Prior rogatus est qui magis timebatur.

Nepos ex meretrice susceptus

Abdicavit quidam filium. abdicatus se contulit ad meretricem et ex ea sustulit filium. aeger ad patrem misit; cum venisset, commendavit ei filium et decessit. pater post mortem illius in adoptionem recepit nepotem. accusatur ab altero filio de-
30 mentiae. **4**

Dementia in me novi generis arguitur: sanus eram, si non agnoscerem meos. Expectabam, ut aliquis pro abdicato rogaret; nemo audebat propinquorum fratre cessante. Deficientis spiritus in adventum meum sustinebatur. intravi; iam cadentes oculos ad meum nomen erexit fugientemque animam retinuit. In sinu meo
35 et filium et animam deposuit. Nuntiatum est mihi in ultimis esse filium, nec hoc a fratre.

Pars altera. Pater istius incertus est; bene cum isto ageretur, si et mater. Incidit in meretricem inter cetera mala et fecundam. Mulier, nescio ⟨an⟩ adversus patrem iniuriosior, quod abstulisti illi heredem, an quod dedisti. Adoptavit eius filium,
40 propter quam eiecerat suum.

3 novus M *corr.* M³ || 5 exuraverit M *corr.* M² || 6 *ante* raptae *suppl.* raptor M³ || 7 Quid con-] quidem M *corr.* M³ | optorpuisti si oculi *a. c.* M || 10 haec *β* hoc M || 11 negavi *a. c.* M || 11–12 Miraris – rogavit *om.* M *suppl. mg.* M² || 13 ante me] aut tam temere M³ || 14 inquis *ν* || 17 mirum M³ || 18 crudelissimum *a. c.* M || 21 iniquum M³ || 24 si¹ *ex* se M³ || 25 ian M *corr.* M³ | timebantur *a. c.* M || 33 dificientis M *corr.* M² || 37 est *om.* M *suppl.* M² | si et] et si et *a. c.* M || 38 mala *recc.* -lam M | an *suppl. Kiessl.*

Torta a tyranno pro marito

5 Torta a tyranno uxor, numquid de viri tyrannicidio sciret, perseveravit negare. postea maritus eius tyrannum occidit. intra quinquennium non parientem sterilitatis nomine dimisit. agit illa ingrati.

Eas nuptias tyrannicidium diduxit, quas non diduxit tyrannus. Trahebantur ma- 5
tronae, rapiebantur virgines; nullae tunc videbantur feliciores quam quae liberos
non habebant. Suspicatus est hunc tyrannus de tyrannicidio cogitare, sive isti ali-
quid excidit, sive non bene tegit vultus magna consilia. tamen de uxoris garrulitate
queri non potest, cum sciat, quemadmodum taceat. Imposita in eculeum saepius
ad absentem virum respexit quam ad praesentem tyrannum. Explicatur totus ad- 10
versus infelicem feminam tyrannicae crudelitatis apparatus et illa instrumenta vi-
rorum quoque animos ipso visu frangentia ad excutiendam muliebris pectoris
⟨con⟩scientiam proponuntur. Verberibus corpus abrumpitur. Nescio, res publica,
an tibi ista mulier datura sit liberos; tyrannicidam dedit. Miraris, si transiit quin-
quennium inter uxorem tortam et occupatum virum? Scissum corpus flagellis, igne 15
adustum tormentisque convulsum. ignoscetis, puto, mulieri, si dixero: fessa est.
Quid tyrannicidio gloriaris? facilius est tyrannum occidere quam sustinere. Verbera,
laminae, eculeus, quidquid antiqua saevitia invenerat, quidquid adiecerat nova –
quid amplius dicam? et tyrannus torquebat et cum de tyrannicidio quaereret. Num
premit censum onerosa sumptibus et, ut saeculi mos est, in deterius luxu fluente 20
muliebris ambitio certamine mutuo usque in publica damna privatis insanit? num-
quid gemmas et ex alieno litore petitos lapillos? Expecta, potest parere. non re-
spondet ad certam diem fecunditas. sui iuris rerum natura est. Vtrum putas tuum
esse mirandum tyrannicidium an huius silentium?

Pars altera. 'Ego torta sum.' merito obiceres, nisi te vindicassem. Etiamsi scisti 25
de tyrannicidio viri nec indicasti, non est beneficium scelus non facere. deinde, nec
scisti: non enim tibi indicavi nec tam magnum consilium, virilibus quoque animis
grave, commisi muliebri garrulitati, quae id solum potest tacere, quod nescit. Quo
tempore uxor torta est, nihil adhuc de tyrannicidio cogitabam. postea cogitavi, et
haec ipsa mihi cogitandi causa fuit uxoris ultio. Si quod audierat tacuit, non bene- 30
ficium est sed fides.

Extra. L. Vinicius, quo nemo civis Romanus in agendis causis praesentius habuit
ingenium: quidquid longa cogitatio illi praestatura erat, prima intentio animi
dabat. ex tempore causas agebat, sed non desiderabat hanc commendationem, ut
ex tempore agere videretur. de hoc eleganter dixit divus Augustus: 'L. Vinicius in- 35
genium in numerato habet.'

Pater et filius luxuriosi

6 Quidam luxuriante filio luxuriari coepit. accusatur a filio dementiae. contradicit.

Accusator meus inter se contrarios adfectus habet: cupit reum damnari, crimen
absolvi. 'Sed tu senex ⟨es⟩', inquit; hoc dicis: 'luxuria tua serius coepit, citius desi- 40

5 tirannidicidium *a. c.* **M** || **11** tyrannicae *recc.* tyrannide **M**^{3} (**M** *non legitur*) || **13** conscientiam *scripsi coll. textu integro* scientiam **M** || **16** cumvulsum **M** || **18** lamminae **M** || **19** et^{2} *eras.* **M** || **19–20** Num – sumptibus *eras.* **M**, *tamen* onera (*pro* onerosa) *legitur; corr.* $\beta\,\nu$ || **20** mos *recc.* mons **M** || **23** iuris *recc.* viris **M** || **24** tirannidium *a. c.* **M** || **27** viribus **M** *corr.* **M**^{2} || **32** L.] Lucius **M**^{3} || **33** illi] *cf. p. 112, 23 cum adnot.* || **35** eliganter **M** *corr.* **M**^{2} | agustus **M** | Vinicius ingenium *recc.* unicius ingenuum **M** || **38** dimentiae **M** *corr.* **M**^{2} || **39** intra **M**^{3} || **40** es *e textu integro suppl. Burs.*

net.' Quidam summum bonum dixerunt voluptatem. nihil est mihi opus praecipientibus: habeo exemplum. Ostendi tibi luxuriam, quam in te non videbas. Ebrietatem patri obicis ebrius?

Pars altera. Adulescens luxuriosus peccat, senex luxuriosus insanit. Nemo vitia
5 quia odit imitatur. quis imperator ob hoc ipse de proelio fugit, ut bene pugnaret exercitus? Non coercet vitia qui provocat. Meam quoque luxuriam patri imputabo. non sub severa fui disciplina, non sub bene institutae domus lege, quae posset adulescentis formare mores et a vitiis aetatis abducere. quodammodo ad luxuriam a patre praemissus sum. madent unguento cani et comissator senex nulli nimis
10 luxuriosus sed parum sanus videtur.

Peregrinus negotiator

7 Quidam, cum haberet formosam uxorem, peregre profectus est. in viciniam mulieris peregrinus mercator migravit. ter illam appellavit de stupro adiectis pretiis; negavit illa. decessit negotiator, testamento heredem omnibus bonis reliquit for-
15 mosam et adiecit elogium: 'quia pudicam comperi'. adiit hereditatem. redit maritus, accusat adulteri ex suspicione.

Seram querelam detuli: non accuso adulteram nisi divitem factam. Post tantos impudicitiae quaestus si tacere possum, confitendum habeo hac me causa afuisse. Tempus est de uxore marito credi. Ferat matrona iacentes in terram oculos et
20 adversus officiosum salutatorem inhumana potius quam inverecunda sit. Longe ante ⟨im⟩pudicitiam suam ore quam verbo neget. Nemo fortiter negantem iterum rogabit. 'Omnium bonorum sola heres esto, quia corrumpi non potuisti, quia tam fideliter pudicitiam custodisti.' tace paulisper nomen auctoris: numquid non testamentum viri creditur? Adeone iam omnis patientia saeculi nostri abiit, ut ad-
25 versus querimoniam viri alieno teste defendatur uxor?

Muliebrium vitiorum fundamentum avaritia est. Quae potest non timere opinionem adulterii, potest non timere adulterium. Ex omni rupe conchylium contrahitur, quo vestis cruentetur; infelices ancillarum greges laborant, ut adultera tenui veste perspicua sit et nihil in corpore uxo-
30 ris suae plus maritus quam quilibet alienus peregrinusque cognoverit. futura eius aestimabo iudicia; interim, quod rogat, comperit impudicam. Omnes te impudicam locuntur, pudicam tantum et unus et peregrinus,

5 fuit **M** *corr.* **M**[3] ‖ 6 qui *bis* **M** | luxiriam **M** *corr.* **M**[2] ‖ 9 comessator **M** ‖ 12 uxoram **M** *corr.* **M**[2] | vicinam **M** *corr.* **M**[3] ‖ 14 heredem *om.* **M** *suppl.* **M**[2] | omni **M** *corr.* **M**[2] ‖ 16 *post* suspicione *suppl.* d. c. **M**[3], *ex quo vulg.* contradicit *legunt; non accepi neque in textu integro legitur* ‖ 18 affuisse **M**[3] ‖ 19 uxore et marito *a. c.* **M** ‖ 20 inverecunda] in- *eras.* **M** ‖ 21 impudicitiam *recc.* pud- **M** | negat **M** *corr.* **M**[2] | iterum] inter *in ras.* **M**[3] ‖ 22 rogabit *β* -avit **M** | quia[1]] qui **M** *corr.* **M**[3] ‖ 23 numquid *recc.* numquam **M** | non] ne **M**[3] ‖ 24 omnis patientia] *cf. p. 124, 12; excerptor textum male intellexisse videtur* ‖ 25 quemoniam **M** *corr.* **M**[2] ‖ 26 Muliebrium *e. q. s.*] *quae sequuntur in textu integro interierunt, cf. p. 125, 3 cum adnot.* ‖ 28 conchylium] -chilium *in ras.* **M**[2] ‖ 29 nihl **M** ‖ 31 futura – impudicam *del.* **M**[3] | eius (*et* futuram . . . pudicitiam) *Kiessl.* etus **M** | futuro vetus . . . iudicium *Burs.; locum incertum sic intellego: mox de elogio eius* (= futura eius iudicia) *dicam quid sentiam, interim hoc dico: iam comperit te impudicam* (*sc. e vultu et habitu tuo*), *ideoque rogavit*

qui plus laudator quam accusator nocet. Vxorem meam nusquam pudicam audivi nisi in adulteri elogio. Deice in terram oculos et aures externorum vocibus claude; sibi quisque pro te neget. Pudicam ille dixit, ego impudicam; puto, plus credetis civi quam peregrino, marito quam adultero. Ipsum elogium scripsit corruptoris animo. 'Quia pudicam' inquit 5 'comperi': quod nulli praeter me contigit.

Pars altera. Formosa est: hoc natura peccavit; sine viro fuit: hoc maritus peccavit; appellata est: hoc alius peccavit; negavit: hoc pudice; heres relicta est: hoc feliciter; hereditatem adiit: hoc consulte fecit.

1 qui *Kiessl.* cui **M** || 3 ibi **M** *corr.* **M**[2] || 5 eloquium **M** *corr.* **M**[3] | animus **M**[3] || 9 explicit liber secundus incipit liber tertius **M**

⟨EXCERPTA CONTROVERSIARVM LIBRI TERTII⟩

Seneca Novato, Senecae, Melae filiis salutem

Quosdam disertissimos cognovi viros non respondentes famae suae, 1
cum declamarent; in foro maxima omnium admiratione dicentes, simul
ad has domesticas exercitationes secesserant, desertos ab ingenio suo.
5 quod accidere plerisque aeque mihi mirum quam certum est.

Memini itaque me a Severo Cassio quaerere, quid esset, cur in decla-
mationibus eloquentia illi sua non responderet. In nullo enim hoc fiebat 2
notabilius. oratio eius erat valens, culta, vigentibus plena sententiis.
nemo minus passus est aliquid in actione sua otiosi esse: nulla pars erat,
10 quae non sua virtute staret, nihil in quo auditor sine damno aliud ageret;
omnia intenta, aliquid petentia. nemo magis in sua potestate habuit
audientium affectus. verum est, quod de illo dixit Gallio noster: 'cum
diceret, rerum potiebatur; adeo omnes imperata faciebant: cum ille
voluerat, irascebantur, ⟨flebant, miserebantur⟩. nemo non illo dicente
15 timebat, ne desineret.

Non est, quod illum ex his quae edidit aestimetis; sunt quidem et haec, 3
quibus eloquentia eius ⟨agnoscatur, tamen auditus⟩ longe maior erat
quam lectus. non hoc ea portione illi accidit, qua omnibus fere, quibus
maiori commendationi est audiri quam legi, sed in illo longe maius discri-
20 men est. primum, tantundem erat in homine quantum in ingenio: cor-
poris magnitudo conspicua, suavitas valentissimae vocis (quamvis haec
inter se raro coeant, ut eadem vox et dulcis sit et solida), pronuntiatio
quae histrionem posset producere, ⟨nec⟩ tamen quae histrionis posset
videri. nec enim quicquam magis in illo mirareris quam quod gravitas, 4

1 Melae *recc.* male (-lae M^3) M | filii M *corr.* M^3 || 2 cognovi *Gertz* *om. in lac.* M agnovi *recc.* || 3 simul *recc.* si minus (min' *in ras.* M^3) M || 8 culta M, *ni fallor, licet Müll.* cultu *legerit* cultu *recc.* | vigentibus *Kiessl.* ing- M || 11 aliquid *Schult.* aliquo M || 12 dicit M^3 || 13 diceret] dicebat *β, edd. recc., sed vix necessarium* || 14 flebant, miserebantur *supplevi; lac. ind. primus Wb.* || 16 edidit *cod. Mazarinaeus* dedita M | hic *Gertz* || 17 agnoscatur — auditus *suppl. Burs.* || 18 letus M *corr.* M^2 | *expectaveris* hoc non ea | qua S quam M || 19 audiri *cett.* -ire M | in illo *ex* millo M^2 || 20 in[2] *om.* M *suppl.* M^2 | ingenio *recc.* -nuo M || 23 quae[1] *recc.* qua M | nec *suppl. Burs.* | quae histrionis *Pincianus* quaestionis M

quae deerat vitae, actioni super⟨er⟩at: quamdiu citra iocos se continebat,
censoria oratio erat. Deinde, ipsa quae dicebat meliora erant quam quae
scribebat. vir enim praesentis animi et maioris ingenii quam studii
magis placebat in his, quae inveniebat, quam in his, quae attulerat. iam
vero iratus commodius dicebat, et ideo diligentissime cavebant homines, 5
5 ne dicentem interpellarent. uni illi proderat excuti; melius semper fortuna quam cura de illo merebat⟨ur⟩. [id] numquam tamen haec felicitas
illi persuasit neglegentiam: uno die privatas plures ⟨quam duas⟩ non
agebat et ita, ut alteram ante meridiem ageret, alteram post meridiem;
publicam vero numquam amplius quam unam uno die. nec tamen scio, 10
quem reum illi defendere nisi se contigerit; adeo nusquam rerum ullam
6 materiam dicendi nisi in periculis suis habuit. sine commentario numquam dixit nec hoc commentario contentus erat, in quo nudae res ponuntur; ex maxima parte perscribebatur actio. illa quoque, quae salse
dici poterant, adnotabantur. sed cum procedere nollet nisi instructus, 15
libenter ab instrumentis recedebat. ex tempore coactus dicere infinito
se antecedebat. numquam non utilius erat illi deprehendi quam praeparari, sed magis illum suspiceres, quod diligentiam non relinquebat,
cum illi tam bene temeritas cederet.

7 Omnia ergo habebat, quae illum, ut bene declamaret, instruerent: 20
phrasin non vulgarem nec sordidam sed electam; genus dicendi non remissum aut languidum sed ardens et concitatum; non lentas nec vacuas
explicationes sed plus sensuum quam verborum habentes; diligentiam,
maximum etiam mediocris ingenii subsidium. tamen non tantum infra
se, cum declamaret, sed infra multos erat; itaque raro declamabat et non 25
8 nisi ab amicis coactus. sed quaerenti mihi, quare in declamationibus impar sibi esset, haec aiebat: 'quod in me miraris, paene omnibus evenit.
magna quoque ingenia – a quibus multum abesse me scio – quando
plus quam in uno eminuerunt opere? Ciceronem eloquentia sua in carminibus destituit; Vergilium illa felicitas ingenii ⟨in⟩ oratione soluta reli- 30
quit; orationes Sallustii in honorem historiarum leguntur; eloquentissimi

1 actioni supererat *recc.* accionis superat **M** | iocos *ed. princ.* locos **M** || 3 scribebat *Burs.* sciebat **M** | studiis *a. c.* **M** || 7 merebatur *recc.* -ebat **M** | id *del. recc.* || 8 neglegentiam *recc.* -iae **M**; *locus dubius, fort.* id . . . ⟨ut⟩ neglegentiae ⟨cederet⟩ | quam duas *suppl. Novák, Müll.* || 11 quem *ex* que **M**^{2} *vel* **M**^{3} | nusquam **S** numquam **M** | rerum *fort. delendum ut ex* reum *falso repetitum* | ullam *β* nullam **M** || 12 discendi **M** *corr.* **M**^{2} || 14 ex *β* et **M** et ex *cod. Mazarinaeus* sed ex *Müll.* | quae *om.* **M** *suppl.* **M**^{3} | salse] false **M**^{3} || 15 adnotebantur **M** *corr.* **M**^{2} || 16 dicerem **M** *corr.* **M**^{2} || 18 illum] illud **M**^{3} | suspiceres *ed. Frob.* susciperes **M** | relinquebant **M** *corr.* **M**^{3} || 21 phrasin *recc.* parasin (fa- **M**^{2}) **M** | electam **M**^{2} de- **M** lectam **M**^{3} || 22 lentas *β* lectas **M** letas **M**^{3} || 23 dilentiam **M** *corr.* **M**^{3} || 25 declamat **M** *corr.* **M**^{3} || 26 quad re *a. c.* **M** || 28 quoquo **M** *corr.* **M**^{2} || 29 opero **M** *corr.* **M**^{2} || 30 ingenii sui *recc.* | in *suppl. recc.*

viri Platonis oratio, quae est pro Socrate scripta, nec patrono nec reo digna est. hoc non ingeniis tantum sed corporibus videmus accidere, 9 quorum vires non ad omnia, quae viribus efficiuntur, aptae sunt: illi nemo luctando par est; ille ad tollendam magni ponderis sarcinam prae-
5 valet; ille quidquid apprehendit non remittit sed in proclive nitentibus vehiculis moraturas manus inicit. ad animalia venio: alii ad aprum, alii ad cervum canes faciunt; equorum non omnium, quamvis celerrimi sint, idonea curriculis velocitas est; quidam melius equitem patiuntur, quidam iugum. ut ad meum te morbum vocem, Pylades in comoedia, Ba- 10
10 thyllus in tragoedia multum a se aberrant. †nomini meo† cum velocitas pedum non concedatur tantum sed obiciatur, lentiores manus sunt; quidam cum hoplomachis, quidam cum Thraecibus optime pugnant, quidam sic cum scaeva componi cupiunt, quomodo alii timent. in ipsa oratione quamvis una materia sit, tamen ille, qui optime argumentatur, neglegen-
15 tius narrat; ille non tam bene implet quam praeparat. Passienus noster cum coepit dicere, secundum principium statim fuga fit, ad epilogum omnes revertimur; media tantum quibus necesse est audiunt. miraris eun- 11 dem non aeque bene declamare quam causas agere, aut eundem non tam bene suasorias quam iudiciales controversias dicere? Silo Pompeius se-
20 dens et facundus et litteratus est et haberetur disertus, si a praelocutione dimitteret; declamat tam male, ut videar belle optasse, cum dixi: numquam surgas. magna et varia res est eloquentia neque adhuc ulli sic indulsit, ut tota contingeret; satis felix est qui in aliquam eius partem receptus est. ego tamen et propriam causam videor posse reddere: adsuevi 12
25 non auditorem spectare sed iudicem; adsuevi non mihi respondere sed adversario; non minus devito supervacua dicere quam contraria. in scholastica quid non supervacuum est, cum ipsa supervacua sit? indicabo tibi affectum meum: cum in foro dico, aliquid ago; cum declamo, id quod bellissime Censorinus aiebat de his, qui honores in municipiis
30 ambitiose peterent, videor mihi in somnis laborare. deinde res ipsa di- 13 versa est: totum aliud est pugnare, aliud ventilare. hoc ita semper ha-

1 quae est *scripsi* quaeque **M** quoque *Burs.* | quae . . . scripta ⟨est⟩ *recc.* || 2 videmus *recc.* videris **M** videtis *Müll.* || 4 luctando *recc.* -ndi **M** -nti *cum uno ex recc. Burs.* | ille] illi **M** *corr.* **M**² || 5 proclive *ed. Schott.* -vi **M** -vi *vel* -vum *recc.* || 6 venio *β* veni **M** | prum **M** *corr.* **M**² || 8 ideo ne a *a. c.* **M** || 9 pilades in com͞edia (o *eras.*) batyllus **M** || 10 nomini meo] Nomio *Bücheler* Numenio *ed. Herv.; expectaveris nomen gladiatoris vel sim.* || 11 quadam **M** *corr.* **M**² || 12 con (*corr.* **M**²) trecibus **M** || 13 alii timent *Bücheler* alitiẽ (= *vel* aliti est *vel* alitiem) **M** || 15 possionus **M** *corr.* **M**² || 17 media *β* -iam **M** || 18 aut *ex* aiut **M**³ || 21 demamat **M** *corr.* **M**² | belle *recc.* -li **M** || 23 contigeret **M** *corr.* **M**² || 26 devito *recc.* debito **M** dub- **M**³ || 29 bellissime *recc.* bellis (-s *del.*) simile **M** | aiebat *recc.* habebat **M** | his] is *Castiglioni* | honores *recc.* -ris **M** || 31 habitum *Gertz* arbitum **M** arbitratum **M**³

bitum est, scholam quasi ludum esse, forum arenam, et ille ideo primum
in foro verba facturus tiro dictus est. agedum istos declamatores produc
in senatum, in forum: cum loco mutabunt⟨ur⟩. velut adsueta clauso et
delicatae umbrae corpora sub divo stare non possunt, non imbrem ferre,
non solem sciunt; vix se inveniunt. adsuerunt enim suo arbitrio diserti 5
14 esse. non est, quod oratorem in hac puerili exercitatione spectes. quid,
si velis gubernatorem in piscina aestimare? diligentius me tibi excusarem,
tamquam huic rei non essem natus, nisi scirem et Pollionem Asinium et
Messalam Corvinum et Passienum, qui nunc primo loco stat, minus bene
15 videri ⟨dicere⟩ quam Cestium aut Latronem. utrum ergo putas hoc di- 10
centium vitium esse an audientium? non illi peius dicunt, sed hi corrup-
tius iudicant. pueri fere aut iuvenes scholas frequentant; hi non tantum
disertissimis viris, quos paulo ante rettuli, Cestium suum praeferunt, ⟨sed
etiam Ciceroni praeferrent,⟩ nisi lapides timerent. quo tamen uno modo
possunt, praeferunt; huius enim declamationes ediscunt, illius orationes 15
16 non legunt nisi eas, quibus Cestius rescripsit. memini me intrare scholam
eius, cum recitaturus esset in Milonem. Cestius ex consuetudine sua mira-
tus dicebat: 'si Thraex essem, Fusius essem; si pantomimus essem,
Bathyllus essem; si equus, Melissio.' non continui bilem et excla-
mavi: 'si cloaca esses, maxima esses!' risus omnium ingens: scho- 20
lastici intueri me, quis essem, qui tam crassas cervices haberem. Cestius
Ciceroni responsurus mihi quod responderet non invenit sed nega-
vit se executurum, nisi exissem de domo. ego negavi me de balneo
17 publico exiturum, nisi lotus essem. deinde libuit Ciceroni de Cestio in
foro satisfacere. subinde nanctus eum in ius ad praetorem voco et, cum 25

1 *post* est *ras. 10–12 litt. in* **M** | ideo ille **P** *edd. plerique* || 2 tyro *et post hanc v. ras. 12–15 litt.* **M** | ductus **M** *corr.* **M**^{3} (*ut vid.*) | declamatores *v* -turos **M** | produt **M** *corr.* **M**^{3} || 3 mutabuntur *recc.* mutam (*sed* -m *eras.*) bunt **M**, *et fort.* mutabunt *legendum* || 3–4 clauso et delicatae *Gron.* classe et dilectae **M** || 4 sub divo] subsidio **M** *corr.* **M**^{2} || 7 piscina *recc.* -nam **M** | diligentius me tibi *Kiessl. praeeunte Burs.* (diligentissime me tibi) diligentissime sibi **M** || 9 messalem **M** *corr.* **M**^{2} | corvinium *ex* -num **M**^{3} (*ut vid.*) | Passienum *recc.* bass- **M** | primo *recc.* -mum **M** || 9–10 minus bene audiri *Kiessl.* m. b. audire *Sh. Bailey* || 10 dicere *suppl. Müll.* (*cf. l. 11* peius dicunt) | Cestium *recc.* test- **M** | ego **M** *corr.* **M**^{3} || 11 hi *ex* in **M**^{2} || 12 ⟨qui⟩ pueri *Wachsmuth* | iudices venes **M** *corr.* **M**^{2} || 13 retuli (*et sic semper*) **M** || 13–14 sed – praeferrent *suppl.* β || 15 declamationem se discunt **M** *corr.* **M**^{2} || 16 Cestius *recc.* cestum **M** -ium **M**^{2} || 16–17 scolam cum eius cum **M** *corr.* **P** (*sed* scolas *scr.*), *Burs.* || 17 Cestius *recc.* test- **M** | sua *neutr. plur.* | sui mirator *Haupt, fort. recte* || 18 si^1 *recc.* sesi **M** | Fusius *recc.* fufius **M** Fuscus *Fröhner* | pantomimus *recc.* -minus **M** || 19 Bathyllus *Lipsius* patyllus **M** *cf. p. 133, 9* || 20 si cloaca esses, maxima] scio acaesem axima **M** *corr.* **M**^{2} (*sed* -i *vocis* si *non suppl.*) || 21 crassas *recc.* gr- **M** || 23 executurum β *quod dubit. accepi* exituram (*quod in* -urum *corr.* **M** *vel* **M**^{3}) **M** recitaturum *dub. Burs. fort.* dicturum || 24 demde **M** *corr.* **M**^{2} || 25 nactus **M**^{2}

quantum volebam iocorum conviciorumque effudissem, postulavi, ut praetor nomen eius reciperet lege inscripti maleficii. tanta illius perturbatio fuit, ut advocationem peteret. deinde ad alterum praetorem eduxi et ingrati postulavi. iam apud praetorem urbanum curatorem ei
5 petebam. intervenientibus amicis, qui ad hoc spectaculum concurrerant, et rogantibus dixi molestum me amplius non futurum, si iurasset disertiorem esse Ciceronem quam se; nec hoc ut faceret vel ioco vel serio effici potuit.'

'Hanc' inquit 'tibi fabellam rettuli, ut scires in declamationibus non 18
10 tantum aliud genus ⟨rerum, sed aliud genus⟩ hominum esse. si comparari illis volo, non ingenio mihi maiore opus est sed sensu minore. itaque vix iam optineri solet, ut declamem; illud optineri non potest, ut velim aliis quam familiarissimis audientibus.' et ita faciebat. declamationes eius inaequales erant, sed ea quae eminebant, in quacumque declamatione
15 posuisses, inaequalem eam fecissent. compositio aspera et quae vitaret conclusionem, sententiae vivae. iniquom tamen erit ex his eum aestimari, quae statim subtexam; non enim haec ille optime dixit, sed haec ego optime teneo.

Luxuriosus a sodalibus excaecatus

20 CAECVS DE PVBLICO MILLE DENARIOS ACCIPIAT. Decem adulescentes, 1 cum bona comedissent, sortiti sunt, ut, cuius nomen exisset, ex pacto excaecaretur et ita acciperet mille denarios. exiit sors cuiusdam; excaecatus est. petit mille denarios; negantur.

Hi sunt oculi, quos timuistis, mariti. O legem, si excaecat homines,
25 abrogandam! Mille denarios nulli res publica dat, nisi qui invitus accipit. Dic nunc: 'miserere!' hoc, cum excaecareris, non dixisti. Res publica debilitatem consolatur, non emit. Consumptis patrimoniis membra conferunt. Vtilius est rei publicae unum caecum repelli quam novem fieri; non solus a vobis petit alimenta sed primus. Alam qui propter debilitatem
30 alitur, non alam qui propter alimenta debilitatur. Sic fit, ubi homines

1 iocorum *recc.* loc- **M** | vitiorumque **M** con- *suppl.* **M**[2] || 2 legem scripti **M** *corr.* **M**[2] | maleficiit **M** *corr.* **M**[2] | illius *cod. Mazarinaeus* illis **M** || 3–4 ad alterum praetorem eduxi *Schott* adulterum praedixi **M** || 6 dixim **M** *corr.* **M**[2] | iurassem **M** *corr.* **M**[2] || 7 nec *recc.* ne **M** || 9–10 [non] tantum ⟨non⟩ aliud genus *Burs.* || 10 rerum – genus *supplevi* || 11 vix *recc.* vixi **M** || 14 ea quae *v* ineque (*propter* inaequales, *ni fallor*) **M** neque (i *eras.*) *vel* **M** *vel corrector* || 16 conclusionem *Thomas* compositionem **M** | iniquum *cod. Mazarinaeus* in quo *ex* iniquo *vel* **M** *vel corrector* | aestimari *recc.* exest- **M** || 17 statim *ed. Frob.* satis **M** || 22 et ita *recc.* etiam (*ut vid.*) **M** ita **M**[3] || 25 abrogandum **M** *corr.* **M**[3] | invita **M** *corr.* **M**[2] *vel* **M**[3] || 28 rei publicae *recc.* res p̄ **M** || 30 aliter **M** *corr.* **M**[2] | debilitat **M** *corr.* **M**[3]

maiorem vitae partem in tenebris agunt, ut novissime solem quasi supervacuum fastidiant.

Pars altera. Illis novem nihil daturus est; nulli non favorabilis erit, si eos, a quibus excaecatus est, decipit. Circumventus adulescens ab illis novem veteranis consumptoribus 'solus' inquit 'novem consentientibus non potui resistere'. Omnia ex composito facta sunt: unus mentionem intulit, omnes approbaverunt; electus est, qui sortiretur; sors huius, quae exiret prima, subiecta est. Cum repugnaret, excaecatus est. 'Si circumventus' inquit 'est, persequatur iniuriam, de vi agat, talionem petat.' videbimus; primum est, ut habeat, unde vivat.

Parricida aequis sententiis absolutus

2 Quidam filium accusavit parricidii; aequis sententiis absolutum abdicat.

Minus est iam quod rogo; non peto, ut me a parricida vindicetis, sed ut separetis. parricidam non accuso sed fugio. Quando iste accusatori parcet, qui patri non pepercit? Ergo nihil medium est inter testamentum et culleum? Non absolutus parricida sed dubius: ut absolvaris, multis tibi sententiis opus est, ut damneris, una. Non absolverunt reum sed saeculo pepercerunt. Miraris in hac civitate misericordiam, in qua lex absolutionem et paribus tabulis dat? Quaeris, quam multis non placeas? si unum adiecero, parricida es. Absolutionem legi, non innocentiae debes. 'Absolutus' inquit 'sum': non abdico te propter parricidium sed propter alia vitia, quae te fecerunt tam credibilem parricidam.

Pars altera. Manifestus adulescentis color est, ut se dicat patris auctoritate oppressum.

Abdicandus qui abdicatum fratrem adoptavit

3 Cvm tricenario filio pater patrimonivm dividat. Quidam habuit filios, frugi et luxuriosum. abdicavit luxuriosum. frugi peregre profectus est, captus est a piratis; de redemptione scripsit patri. patre cessante luxuriosus praevenit et redemit. redit frugi, adoptavit fratrem suum. abdicatur.

Nec est, quod quisquam me laudet; prior frater inter nos fecit pietatis exemplum: una navigavit, una periclitatus est, una omnes emensus est

3 faborabilis **M** || **5** consentibus **M** ē *supr.* **M**³ || **6** potui *β* -uit **M** | res sistere **M** *corr.* **M**² || **9** iniuria **M** *corr.* **M**³ || **10** habebat *a. c.* **M** || **12** sentiis **M** *corr.* **M**² || **14** ut *om.* **M** *suppl.* **M**² | quando (= *quomodo, cf. H.-Sz. 607*)] quomodo *Burs.* || **15** medium *recc.* melius **M** || **21** parricididium *a. c.* **M** || **26** tricinario *a. c.* **M** || **27** frugi²] fugi **M** *corr.* **M**² || **28** captus est *om.* **M** *suppl.* **M**², *post* a piratis *colloc.* **M**³ | censante **M** *corr.* **M**² || **29** praevenit *recc.* per- **M** || **31** prio **M** *corr.* **M**³ || **32** una *omnibus locis in* unam *corr.* **M**³

terras; reliquit me tantum ad paternam domum. 'Non est, quod excusatione aetatis utaris; potes navigare.' Vtrique gratias agere deberet: frater me isti reduxit, ego isti fratrem. Si tamquam inertem abdicasti, navigavit; si tamquam impium, suos redemit. Non potest eripi filio quod
5 accepit a lege. quomodo enim potest pater eripere quod non potest non dare?

Pars altera. Per alterum mihi necesse est abdicare quem nolo. Hoc uno alter alteri placet, quod uterque patri displicet. Vtamur medicina, qua cogimur, quod in vulneribus fieri periculosis solet, ut malum cum ipso
10 corpore exsecetur. Adoptare permittitis adulescenti, quem lex in patrimonio dividendo experitur? lex te ad ministerium patrimonii admisit, non in dominium. est aliqua aetas, a qua aliquis filius esse desinat? ne tricenario quidem adoptare filio licet; neque enim quisquam alium potest in manum suam recipere, qui ipse in aliena manu est. Quomodo fieri pot-
15 est, ut tibi potestas vitae necisque aut in fratrem sit aut in filium non sit? Si bene de te meruerat, patrem pro illo rogasses. Nam quod ego non redemi, paupertatis fuit; nihil in medio comparebat. quidquid tricenarius reliquerat, abdicatus abstulerat. quid facerem solus, senex, inops, cuius patrimonium alter diviserat, alter absumpserat?

20 Servatus a filio

SERVATVS CONTRA SERVATOREM NE QVAM HABEAT ACTIONEM. Servatus a filio abdicat. ille praescribit. 4

Licuisset perire, si loqui non licet! Servatum me putatis? captus sum. Redde me hosti; captivis loqui licet. Quoniam tantopere vitae beneficia
25 iactat, audite, quis prior dederit. Si quis me hosti reddiderit, servatorem vocabo. An vos abdicationem actionem putatis? etiamsi actio est, lex, quae de servato loquitur, ad personas tantum extraneas pertinet, ad filium et ad patrem non magis quam ad servum et ad dominum, libertum et patronum. Vt a patris potestate discedas et ad aestimationem benefi-
30 cii venias, qui vitam dat, si prior accepit, non obligat sed reddit. Processi in aciem exemplum filio meo; vicit me non hostis sed aetas, servavit quem saepe servaveram. 'Redivivum' me 'senem' meretrix vocat, parasitorum iocantium materia sum; omnibus istis tamquam servatoribus

4 navigavit *v* navigat M || 8 plecet M *corr.* M^2 || 9 periculosis *recc.* -osi M -ose M^3 || 11 experitur] *sc. tantum* || 16 num M *corr.* M^3 || 19 absumpserat *cod. Mazarinaeus* ads- M || 21 habeat *recc.* -ebat M || 23 ⟨O, si⟩ licuisset *C. F. W. Müll.* || 24 quoniam (qūō) M, *errat Müll.* || 27 servato M^2 vato M || 28 et^2 *om.* M *suppl.* M^2 || 30 qui *in ras.* M^3 | pior M *corr.* M^3 | accepit *recc.* -cipit M | redit M *corr.* M^2 || 31 vicit *ex* victi (*?*) M^3 || 32 redevivum M || 33 locantium M *corr.* M^3 | istis] is M *corr.* M^2

tacere iubeor? Fili, si vivere mihi non licet, cur perire non licuit? 'Ego te' inquit 'protexi'; ita tu adulescens in acie non ante patrem stetisti? Audite filii mei gloriam: parricidium non fecit. cum posset servare, servavit.

Pars altera. Hic me genuit, hic mihi spiritum, hic has manus, quibus servaretur, dedit. 5

Pater raptam continens

5 RAPTA RAPTORIS AVT MORTEM AVT INDOTATAS NVPTIAS OPTET. Raptor postulat, ut rapta educatur. pater non vult.

Iste raptor est, ego in ius educor. Non est tam facile homini probo 10 occidere quam perdito mori. 'Communis' inquit 'lex est'; dii faciant, ne me experiri cogas, an tota ista mea sit. 'Quando ergo' inquit 'optabis?' hoc tempore non possum; curo vulnera, familiam reficio, expugnatam domum lugeo, ereptam virginitatem consolor, minantem sibi ipsi custodio. 'quando optabis?' cum rapta voluerit, non cum raptor. 'quando 15 optabis?' cum tu noles. 'quando' inquit 'optabis?' paro me optioni, confirmo animum. non est facile hominem occidere. premo interim gemitus meos et introrsus erumpentes lacrimas ago; scio quid futurum sit; vultus te meus decepit. Stulte, quemquam putas morari filiae suae nuptias? in securem incurris et carnificem ultro vocas. cum rogare debeas, convi- 20 cium facis. Nemo vindicare se cogitur.

Pars altera. Nihil est miserius quam incertum inter vitam mortemque destitui. iam beneficium erit, etiamsi mortem optaverit. In amorem filiae istius incidi. appellare debui de nuptiis patrem. feci, sed videtis, quam etiam in lege lentus sit. Raptor vitam alieni arbitrii habet, liber- 25 tatem sui. Lex ista communis est. habet hic raptor quod timeat, habet et quod sperare possit. 'In lege' inquit 'non est scriptum, quando'; immo statim. quotiens tempus non adicitur, praesens intellegitur. Tam longum tibi ius in caput civis permittitur? crudelius est quam mori semper mortem timere. 30

Domus cum tyranno incensa

6 DAMNI INLATI ACTIO SIT. Quidam tyrannum ex arce fugientem cum persequeretur, in privatam domum compulit. incendit domum, tyrannus cum domo conflagravit. praemium accepit. agit cum illo dominus damni.

1 *post* iubeor *signum interrog. posui* || 2 acie *recc.* atiem **M** || 9 rapte ducatur **M** *corr.* **M**^{3} || 11 ne] nec **M** *corr.* **M**^{3} || 12 cogat **M** *corr.* **M**^{2} || 17 animam **M** *corr.* **M**^{3} || 19 filia **M** *corr.* **M**^{3} || 20 inturris **M** *corr.* **M**^{3} | cumvitium **M** || 29 civis *ex* cuius **M**^{3} | permitatur **M** *corr.* **M**^{2} || 34 praemium *Burs.* -mia **M** | accepit *in* -cipiet *corr.* **M**^{2}

Quem exclusisti et quem recepisti? Quare nullam aliam domum tyrannus petiit? nemo non venienti domum clusit. Aditum in domum non habui, qui in arcem habui. Non gaudes impendisse te aliquid publicae libertati? 'hic est, in cuius domo tyrannus occisus est.' tamquam tyranni-
5 cida monstraris. 'Redde' inquit 'domum'; ita vivo tyranno non perdideras? Tyranni amicus, tyranni satelles, certe, quod negare non potes, hospes. Diu expectavi, an eiceretur tyrannus. Facilius potes accusare aut te, qui tam familiaris tyranno fuisti, ut illi tua maxime placeret domus, qui illum recepisti, aut tyrannum, qui tibi damnum dedit, quod in do-
10 mum tuam confugit, aut, ⟨ut⟩ culpa te liberem, facilius potes accusare fortunam, quae tyrannum potissimum ad te detulit.

Pars altera. Eius debet esse damnum, cuius praemium est. non est iniquum eius rei tibi iniuriam imputari, cuius fructum percepisti. Non elegit domum tyrannus (nec enim hoc illi vacabat) sed in eam quam potuit
15 irrupit, cum ego in ea non essem. Nactus hic occasionem nocendi intrare noluit sed tyrannicidium elegit dubium, lentum, periculosum urbi. Accepit praemium maius, sine dubio quasi damnum sarcire deberet.

Venenum furenti filio datum

Filio furenti et membra sua lanianti pater venenum dedit. accusatur **7**
20 ab uxore malae tractationis.

Non mirum est, quare vivat quae filium perdidit; vivit qui occidit.

Pars altera. Quem cotidie perdebam aliquando extuli. Falleris, misera mulier, in orbitatis tuae tempore; non tunc perdidisti filium sed tunc extulisti.

25 Extra. ALFIVS FLAVVS hanc sententiam dixit: ipse sui et alimentum erat et damnum. hunc CESTIVS, quasi corrupte dixisset, obiurgans 'apparet' inquit 'te poetas studiose legere: iste sensus eius est, qui hoc saeculum amatoriis non artibus tantum sed sententiis implevit.' Ovidius enim ⟨in⟩ libris metamorphoseon dicit:

30 ipse suos artus lacero divellere morsu
coepit et infelix minuendo corpus alebat.

30 *Ov. met. VIII 877 sq.*

1 quem[2] *om.* M *suppl.* M[2] || **2** petît *propter rhythmum Wb., quod fort. melius* || **6** satellis M *corr.* M[3] | potest *a. c.* M || **9** tib M *corr.* M[3] || **10** ut *suppl. recc.* | liberem *in* -um *corr.* M[2] || **11** *fort.* ad te potissimum, *quod etiam melius ad rhythmum* || **13** ei M *corr.* M[3] || **16** lentem M *corr.* M[2] || **17** quasi *recc.* quam si M || **25** Alfius *recc.* alfitus (*ut vid.*) M alius M[3] || **26** correpte M *corr.* M[2] || **27** est *om.* M *suppl.* M[2] || **29** in *suppl. recc.*

Olynthius pater reus concursus

8 QVI COETVM ET CONCVRSVM FECERIT CAPITAL SIT. Victa Olyntho cum filio adulescente Olynthius senex Athenas venit. Athenienses omnibus civitatem Olynthiis decreverunt. invitatus ad cenam ab adulescente luxurioso cum filio venit. ibi cum de stupro filii mentio esset, pater pro- 5 fugit, adulescens retentus est. pater flere ante domum coepit; incensa est domus, decem adulescentes perierunt et filius Olynthii. accusatur pater, quod coetum concursumque fecerit.

Misero si flere non licet, magis flendum est. Imperari dolori silentium non potest. Fuerunt ex populo, qui dicerent: 'hic meum filium, hic 10 meam corrupit uxorem'; suum quisque illo et ignem attulit et dolorem. Timeo, fili, ne, dum te quaero, in ossa raptoris alicuius incidam. Vbi Athenarum fides, ubi hospitales invicem dexterae? 'Capti', inquam 'fili, sumus; dum licet, fugiamus, sed, tamquam a Philippo, pariter.' Apud Philippum certe viri fuimus. Lacrimae meae vocantur in crimen, quasi, 15 ex quo Olynthos capta est, flere desierim! Tantus scilicet sum, ut in ea civitate populum concitare potuerim, in qua filium servare non potui. Non, quotiens convenerunt in aliquem locum plures, coetus et concursus est, sed quotiens convocati, quotiens parati quasi ad ducem suum concurrerunt; non si una vicinia coit aut transeuntium paucorum numerus 20 adfluxit, sed ubi totus aut ex magna parte populus, ubi divisa in partes civitas. coetus multitudinis magnae nomen est coeuntis ex consensu quodam; at illic initio pauci fuerunt, deinde reliqui non ad me convenerunt sed ad incendium, quod tamen populus spectare maluit quam extinguere. Lex non eum punit, propter quem coetus factus est, sed eum, a quo fac- 25 tus est. Non mihi tanti ultio fuit, ut amittere filium vellem; et temptavi populum rogare nec potui.

Pars altera. Quid coetu opus est? sunt scriptae ad vindictam iniuriarum omnium leges. Mota semel multitudo modum non servat. Ardere illo incendio civitas potuit. 30

Crux servi venenum domino negantis

9 Aeger dominus petit a servo, ut sibi venenum daret; non dedit. cavit testamento, ut ab heredibus crucifigeretur. appellat servus tribunos.

'Lex Cornelia, te appello: ecce erus iubet quod tu vetas.' Ne quis illum displicuisse domino putet, tunc huic parari iussit crucem, cum sibi 35

1 olyntnius **M** || 2 capital *in* -ale *corr.* **M**[3] || 7 decem] x **M** | olinthii (*et sic etiam alibi*) **M** || 9 impera **M** *corr.* **M** *vel* **M**[3] || 15 lacrimeaee **M** *corr.* **M**[2] || 18 aliquem *v* alium **M** || 19 quasi *recc.* quia si **M** || 20 vitinia **M** || 23 demde **M** *corr.* **M**[2] || 27 nee **M** *corr.* **M**[3] || 31 domino *recc.* -ni **M** || 32 ager **M** *corr.* **M**[3] || 34 erus *Freinsheim* heres **M**

venenum. Plura servi crimina confitemur: intempestivas potiones, inutiles cibos desideranti negavit; quid enim ille non voluit, qui venenum petivit? 'Malui crucem pati quam mereri.' Si vincitur, periturus est, si non vincitur, serviturus ei, a quo in crucem petitur. Ex altera parte lex 5 est, ex altera testamentum, crux utrimque. Furiosus servum sine causa voluit occidere. quaeritis insaniae argumentum? et se voluit occidere. 'Servo' inquit 'tribuni non possunt succurrere.' serva natum regem habuimus, servo indice patefacta est Bruti liberorum cum Tarquiniis coniuratio. Ergo nihil interest, venenum domino dederit aliquis an ne-10 gaverit? Etiam ubi remedium est mori, scelus est occidere. Tam cito vos de vita domini servum desperare vultis quam heredem? Mortem si supplicium putas, quid rogas? si beneficium, quid minaris? Venenum quisquam obicit nisi datum? Vllum tu finem facies tribuniciae potestati, quam populus Romanus, ut ipse plurimum posset, plus valere quam se voluit? 15 Venenum habere scelus est tam magnum quam dominum occidere.

Pars altera. Mori volens elegit huic ministerio nequissimum servum, audacem, infestum sibi. Ille non saluti consuluit domini, quem videbat insanabili morbo tabescere, sed tormenta eius extendit. Servus erilis imperii non censor est sed minister. Agitur de iure testamentorum, quo-20 rum interiit omnis potestas, si ⟨servi⟩ vivorum imperia neglexerint, mortuorum tribuni. Itane, furcifer, tu non morieris domini arbitrio, morietur dominus tuo?

2 desiderant **M** *corr.* **M**[3] || **3** maluit *recc.* || **5** utrique **M** *corr.* **M**[2] || **7** serva *Freinsheim, et fort.* **M** servo (-o *in ras.*) **M**[3] || **12** putas (*sc. domine*)] puta **M** *corr.* **M**[2] || **20** servi *suppl. C. F. W. Müll.* || **22** explicit liber tertius. incipit liber quartus **M**

⟨EXCERPTA CONTROVERSIARVM LIBRI QVARTI⟩

Seneca Novato, Senecae, Melae filiis salutem

1 Quod munerarii solent facere, qui ad expectationem populi detinendam nova paria per omnes dies ⟨dis⟩pensant, ut sit, quod populum et delectet et revocet, hoc ego facio: non semel omnes produco. aliquid novi semper habeat libellus, ut non tantum sententiarum vos sed etiam auctorum no- 5 vitate sollicitet. acrior est cupiditas ignota cognoscendi quam nota repetendi. hoc in histrionibus, in gladiatoribus, in oratoribus, de quibus modo aliquid fama promisit, in omnibus denique rebus videmus accidere: 2 ad nova homines concurrunt, ad nota non veniunt. non tamen expectationem vestram macerabo singulos producendo; liberaliter hodie et 10 plena manu faciam.

Pollio Asinivs numquam admissa multitudine declamavit, nec illi ambitio in studiis defuit; primus enim omnium Romanorum advocatis hominibus scripta sua recitavit. et inde est, quod Labienvs, homo ⟨tam⟩ mentis quam linguae amarioris, dixit: 'ille triumphalis senex ἀκροάσεις 15 suas [id est declamationes suas] numquam populo commisit,' sive quia parum in illis habuit fiduciam sive – quod magis crediderim – tantus orator inferius id opus ingenio suo duxit et exerceri quidem illo volebat, gloriari fastidiebat.

3 Audivi autem illum et viridem et postea iam senem, cum Marcello 20 Aesernino, nepoti suo, quasi praeciperet. audiebat illum dicentem et primum disputabat de illa parte quam Marcellus dixerat: praetermissa ostendebat, tacta leviter implebat, vitiosa coarguebat; deinde dicebat partem contrariam. floridior erat aliquanto in declamando quam in

1 malae filii **M** *corr.* **M**^{3} || 2 a expectatione **M** *corr.* **M**^{3} || 3 nova *recc.* nota **M** | dispensant *ed. Frob.* pensant **M** || 5 sententiarum *recc.* scientiarum **M** || 6 ecrior **M** *corr.* **M**^{2} || 8 promisit *recc.* -misisti **M** || 9 nota non veniunt *Kiessl.* nova conveniunt **M** || 11 plena *recc.* -nam **M** | manum **M**^{3} || 14 Labienus *recc.* ab- **M** | tam *supplevi* || 15 linguae quam mentis *dub. Müll.* | amariori **M** *corr.* **M**^{3} | dixit *Gertz* dicit **M** | ille *recc.* illas (-as *in ras.* **M**^{3}) **M** | aKPOΛCEIEC **M** || 16 suas *edd. vett.* tuas (*ex* tua) **M** *vel* **M**^{2} tuas *recc.* | id – suas *del. ed. Rom.* || 17 fiducia **M** *corr.* **M**^{3} || 18 erceri **M** *corr.* **M**^{2} || 19 fastidiebat *recc.* -ierat **M** || 20.21 marcelle (*corr.* **M**^{3}) asernino **M** || 21 nepoti *in* -te *corr.* **M**^{2} | audiebat *γ* aut docebat **M** || 23 tacta *C. F. W. Müll.* tacita **M** || 24 flodior **M** *corr.* **M**^{2} | aliquanto *γ, Schott* -ndo **M** || 24 – *p. 143,* 1 in agendo] magen **M** *corr.* **M**^{2}

agendo. illud strictum eius et asperum et nimis iratum in censendo
iudicium adeo cessabat, ut in multis illi venia opus esset, quae ab ipso
vix impetrabatur. Marcellus, quamvis puer, iam tantae indolis erat, ut 4
Pollio ad illum pertinere successionem eloquentiae suae crederet, cum
5 filium Asinium Gallum relinqueret, magnum oratorem, nisi illum, quod
semper evenit, magnitudo patris non produceret sed obrueret.

Memini intra quartum diem, quam Herium filium amiserat, declamare
eum nobis, sed tanto vehementius quam umquam, ut appareret hominem
natura contumacem cum fortuna sua rixari. nec quicquam ex ordine
10 vitae solito remisit. itaque cum mortuo in Syria C. Caesare per codicillos 5
questus esset divus Augustus, ut erat mos illi clementissimo viro, non
civiliter tantum sed etiam familiariter, quod in tam magno et recenti
luctu suo homo carissimus sibi pleno convivio cenasset, rescripsit Pollio:
'eo die cenavi, quo Herium filium amisi.' quis exigeret maiorem ab amico
15 dolorem quam a patre?

O magnos viros, qui fortunae succumbere nesciunt et adversas res 6
suae virtutis experimenta faciunt! declamavit Pollio Asinius intra quar-
tum diem, quam filium amiserat; praeconium illud ingentis animi fuit
malis suis insultantis. at contra Q. HATERIVM scio tam imbecillo animo
20 mortem Sexti fili tulisse, ut non tantum recenti dolori cederet sed veteris
quoque et oblitterati memoriam sustinere non posset. memini, cum di-
ceret controversiam de illo, qui a sepulchris trium filiorum abstractus
iniuriarum agit, mediam dictionem fletu eius interrumpi. deinde tanto
maiore impetu dixit, tanto miserabilius, ut appareret, quam magna in-
25 terim pars esset ingenii dolor.

Declamabat autem Haterius admisso populo ex tempore; solus omnium 7
Romanorum, quos modo ipse cognovi, in Latinam linguam transtulit
Graecam facultatem. tanta erat illi velocitas orationis, ut vitium fieret.
itaque divus Augustus optime dixit: 'Haterius noster sufflaminandus est.'
30 adeo non currere sed decurrere videbatur. nec verborum illi tantum copia

29 *Hieron. Contra Ioann. Hierosol. 12* Quintus Aterius, qui ingenium in numerato habebat (*cf. II 5, 20*), ut sine monitore tacere non posset; de quo egregie Caesar Augustus 'Quintus' inquit 'noster sufflaminandus est'

1 in censendo *Jahn* incendio suo **M** || 3 quam≡vis (vis *scr.* **M**^{3}) **M** || 5 asinum **M** *corr.* **M**^{3} || 6 saepe *Schott* || 7 herius **M** *corr.* **M**^{3} || 8 eum γ cum **M** | hominem *Burs.* -num **M** || 9 natura *in* -ram *corr.* **M**^{3} || 12 sed etiam *bis* **M** *corr.* **M**^{3} || 13 homo *bis* **M** *corr.* **M**^{3} || 14 cenavi] cenae **M** *corr.* **M**^{2} || 17 suae ν suas **M** || 18 praecomum **M** *corr.* **M**^{3} || 19 Q. *Gron.* quae **M** | atherium **M** || 20 mortem Sexti fili *Kiessl.* mortis (-tes **M**^{2}) sex filiorum **M** | dolori *recc.* -ore **M** || 23 mediant **M** *corr.* **M**^{3} || 24 mserabilius **M** || 25 genii dodolor **M** *corr.* **M**^{2} || 26 Haterius *recc.* marius **M** || 28 facultatam **M** *corr.* **M**^{2} || 29 atherius **M** | sufflaminandus] -amm- **M**^{2} || 30 currere] concurrere **M**^{2} | decurrere *recc.* -curre **M** | videbatur β -eatur **M**

sed etiam rerum erat: quotiens velles eandem rem et quamdiu velles diceret, aliis totiens figuris, aliis tractationibus, ita ut regi posset nec consumi. 8 regi autem ab ipso non poterat, ideoque libertum habebat, cui pareret. sic ibat, quomodo ille aut concitaverat eum aut refrenaverat: iubebat eum ille transire, cum aliquamdiu locum dixerat; transibat. insistere iubebat eidem loco; permanebat. iubebat epilogum dicere; dicebat. 9 in sua potestate habebat ingenium, in aliena modum. dividere controversiam putabat ad rem pertinere, si illum interrogares; non putabat, si audires. is illi erat ordo, quem impetus dederat; non dirigebat se ad declamatoriam legem nec verba custodiebat. quaedam enim scholae iam quasi obscena refugiunt, nec, si qua sordidiora sunt aut ex cotidiano usu repetita, possunt pati. ille in hoc scholasticis morem gerebat, ne verbis calcatis et obsoletis uteretur, sed quaedam antiqua et a Cicerone dicta, ⟨a⟩ ceteris deinde deserta dicebat, quae ne ille quidem orationis citatissimae cursus poterat abscondere. adeo quicquid insolitum est etiam in 10 turba notabile est. hoc exempto nemo erat scholasticis nec aptior nec similior, sed, dum nihil vult nisi culte, nisi splendide dicere, saepe incidebat in ea, quae derisum effugere non possent. memini illum, cum libertinum reum defenderet, cui obiciebatur, quod patroni concubinus fuisset, dixisse: 'impudicitia in ingenuo crimen est, in servo necessitas, in liberto officium.' res in iocos abiit: 'non facis mihi officium' et 'multum ille huic in officiis versatur'. ex eo impudici et obsceni aliquamdiu officiosi vo- 11 citati sunt. memini et illam contradictionem sic ab illo positam magnam materiam Pollionis Asinii et tunc Cassi Severi iocis praebuisse: 'at' inquit 'inter pueriles condiscipulorum sinus lasciva manu obscena iussisti.' et pleraque huius generis illi obiciebantur. multa erant, quae reprehenderes, multa quae suspiceres, cum torrentis modo magnus quidem sed turbidus flueret. redimebat tamen vitia virtutibus et plus habebat quod laudares quam cui ignosceres, sicuti in ea, in qua flevit, declamatione.

2 ut] ut nec **M**^{3} | posset *recc.* -ssit **M** || 3 ideoque *Gertz* alioquin **M** aliquem *Otto fort.* eoque || 4 paret **M** *corr.* **M**^{2} || 5 eum ille *Müll.* eum (*del.* **M**^{3}) illum **M** illum *recc. plerique* | aliquamdiu *v* (*cf. l. 22*) aliquem diu **M** diu aliquem *recc., edd. plerique* | locum cum **M** *corr.* **M**^{2} || 7 modo **M** *corr.* **M**^{3} || 10 sole **M** *corr.* **M**^{3} (scole) || 11 iam] = *etiam, ut puto* | refugium **M** *corr.* **M**^{2} | sordiora **M** *corr.* **M**^{3} || 14 a *suppl. ed. Rom.* | dicebat (*del.* **M**^{2}) diserta (diss- **M**^{3}, *corr. recc.*) dicebat **M** || 15 insolicitum **M** *corr.* **M**^{2} || 16 notabule **M** *corr.* **M**^{2} | exempto *β* -plo **M** | nemo erat *recc.* memorat **M** || 18 derisum *ed. Herv.* de rei summa **M** | possunt **M** *corr.* **M**^{3} || 19 obicebatur **M** *corr.* **M**^{3} || 20 ingenio **M** *corr.* **M**^{2} || 21 in] in̄ **M** | iocos abiit *σ* locos habiit (-uit **M**^{3}) **M** | huic *Burs.* hoc **M** || 22 obceni **M** *corr.* **M**^{2} || 23 menimi **M** *corr.* **M**^{3} || 24 locis **M** *corr.* **M**^{2} || 25 lasciva *recc.* -via **M** -viam *Burs.* || 27 torrentes **M** *corr.* **M**^{2} || 29 sicut *Novák docens formam* sicuti (*et* uti) *apud Sen. non legi* | ea *recc.* eam **M**

Pater a sepulchris a luxurioso raptus

Amissis quidam tribus liberis cum assideret sepulchro, a luxurioso 1
adulescente in vicinos hortos abductus est et detonsus coactus convivio veste mutata interesse. dimissus iniuriarum agit.

5 Numquam lacrimae supprimuntur imperio, immo etiam irritantur. Nulla flendi maior est causa quam flere non posse. Rapuit me qualem in convivium puderet venire; dimisit qualem redire ad sepulchrum puderet. Credo mirari aliquem, quod in forum amissis modo liberis veniam; at ego iam in convivio fui. 'Quousque' inquit 'flebis?' est quaedam in ipsis 10 malis miserorum voluptas et omnis adversa fortuna habet in querelis levamentum. Ibi me flere prohibes, ubi crudeliter ipse non fleres. Cum miserrimum sit flere, quam infelix sum, cui ne hoc quidem licet! Vidi ebriorum sitim et vomentium famem. Quis est iste, qui supra flentem patrem censuram lugendi postulat? proiectus in omnia gulae libidinisque 15 flagitia, omnibus notandus censoribus saeculo praecepta componit: scit, quantum super amissos tres liberos patri flendum sit, quem, si viveret, pater fleret. Senex, orbus, infelix hoc tantum inter miserias solacium capio, quod miserior esse non possum. Cineres meorum in sepulchro video. magnum solacium est saepius appellare liberorum non 20 responsura nomina. Hic mihi vivendum est, ne cui de nuptiis, ne cui de liberis cogitanti dirum omen occurram. Cogit flere qui non sinit. In illo convivio morari etiam felicis patris esset iniuria.

Pars altera. Questus prius sum de inhumanitate eorum, qui illum propinquitate contingerent: 'nemo amicus, nemo' inquam 'propinquus est?' 25 sed melius illi eius rabiem, ut video, noverant. ⟨Erant⟩ festo die sodales amicique mecum, quorum unus: 'quid hunc miserum perire patimur? nemo sibi ipse finem flendi facit; pudet illos desinere, cogi volunt.' Consolarer te diutius, nisi iam et accusare posses.

Metellus caecatus

30 Sacerdos integer sit. Metellus pontifex, cum arderet Vestae tem- 2
plum, dum Palladium rapit, oculos perdidit. sacerdotium illi negatur.

Vesta mater, fortasse nullum sacerdotem haberes, nisi Metellum habuisses. Sacrorum causam ago, non Metelli; plus illorum interest, ne Metellum sacerdotem, quam Metelli, ne sacerdotium perdat. Non erat tan-

1 sepulchrs **M** *corr.* **M**[3] || 2 sepulcro **M** || 3 vitinos **M** *corr.* **M**[3] || 6 flere] fle **M** *corr.* **M**[2] || 9 flebis *recc.* flevi **M** || 14 gule *ex* gyle **M**[2] || 17 miseras **M** *corr.* **M**[3] || 18 morum **M** *corr.* **M**[2] || 21 onen **M** *corr.* **M**[2] || 24 inqua (*corr.* **M**[3]) pronpinquus **M** || 25 erant *suppl. Thomas* || 31 sacerdotum **M** *corr.* **M**[2] || 33 metella **M** *corr.* **M**[3] || 34 sacerdotum **M** *corr.* **M**[2]

tus Metellus, cum illi sacerdotium dedimus. Civitas sollicita pendebat: duo periclitabantur, quibus nihil habebat populus pretiosius, sacra et Metellus. O faciendum sacerdotem, nisi esset! Lex 'integrum' ad animum refert, non ad corpus. Lex hoc aestimari tunc voluit, cum quis peteret, non cum haberet sacerdotium. Habes, Vesta, duplex pontificis tui meri- 5 tum: servavit sacra nec vidit.

Extra. Pollio ait de hoc: si caecus ante factus esset, non sustulisset; si postea caecus factus est, vidit.

Pars altera. Sacerdos non integri corporis quasi mali ominis res vitanda est. hoc etiam in victimis notatur, quanto magis in sacerdotibus? Post 10 sacerdotium magis est observanda debilitas; non enim sine ira deorum debilitatur sacerdos. Apparet non esse propitios deos sacerdoti, quem ne servati quidem servant.

Extra. Hunc colorem Gallio non probavit, summo cum honore Metelli adserens contra Metellum agendum, ita ut cogatur cum iudicibus 15 officio pontificum et ipse consulere.

Exul raptae pater

3 Imprvdentis caedis damnatvs qvinqvennio exvlet. rapta raptoris mortem avt indotatas nvptias optet. ⟨Quidam,⟩ cum haberet filiam et filium, imprudentis caedis damnatus in exilium abiit. filia eius 20 rapta est. raptor ad patrem puellae se contulit, impetravit ab illo, ut iuberet filiam nuptias optare et epistulam daret ad filium. fratre auctore mortem optavit puella. pater rediit; abdicat filium.

Quomodo me excusabo rei publicae, cui duos abstuli? neutrum mea culpa: in altero me fortuna decepit, in altero filius. Filia etiam fratri 25 paruit, filius nec patri. 'Per humanos' inquit 'errores': agnovi preces meas. 'Potes omnibus' inquit 'ostendere, hominem quam non possis occidere.' Scis me civem debere rei publicae: hoc intererit tamen, quod imprudentes occidimus, prudentes servavimus. Aliquem in exilio infra fortunam meam vidi. 30

Pars altera. Inrupit contumeliose tamquam in exulis domum. Pervenit ad patrem, non pepercit eius pudori. at ego querebar, quod absenti fecit iniuriam. Non possum ob hoc abdicari, quod lege factum est. Non potuisti, pater, de iniuria iudicare, quam non noveras. Multa nobis extor-

1 illis M *corr.* M³ | sacerdotum *a. c.* M || 5 merituri *a. c.* M || 7 ait de *Burs.* ante M *quo recepto sequ.* ante *del. edd. plerique* || 9 ominis *ed. Frob.* omnis M || 18 exultet *a. c.* M || 19 Quidam *suppl. Gertz, cf. p. 159, 23; 160, 26; 230, 15 et al.* || 20 habiit (*corr.* M³) fia (*corr.* M²) M || 25 filia *recc.* fialia M || 27 posses M² || 29 infra *γ* intra M || 33 ab M *corr.* M³ || 34 *ante* nobis *add.* ā M³

quentur, quae nolumus scribere; et tu in ea fortuna eras, in qua posses iniuriam accipere, et ille is erat, qui etiam in patria facere iniuriam posset. Quia sciebat malam, causam suam egit apud eum, qui illam non noverat. Redit superbus, iubebat nos optare nuptias, cogebat; videbatur 5 sic et illic coegisse. Aliquid tamen epistulis consecutus est: nemo umquam tardius perit. Collegit ingentem numerum perditorum, expugnavit domum, vexavit puellam. haec tibi raptor non narraverat.

Extra. LATRO aiebat semper invisum esse, qui reum alium pro se subiceret. non oportere hic derivari factum in sororis voluntatem. qui de- 10 fendit, inquit, crimen, auditur tamquam reus; qui transfert, tamquam accusator. malo autem loco est qui habet rei fortunam, accusatoris invidiam.

ASINIVS POLLIO dicebat colorem in narratione ostendendum, in argumentis exequendum. non prudenter facere eos, qui in narratione omnia 15 instrumenta coloris consumerent, nam et plus illos ponere quam narratio desiderasset et minus quam probatio.

Armis sepulchri victor

SEPVLCHRI VIOLATI SIT ACTIO. Bellum cum esset in quadam civitate, 4 vir fortis in acie armis amissis de sepulchro viri fortis arma sustulit. for- 20 titer pugnavit et reposuit. praemio accepto accusatur sepulchri violati.

Arma vix contigeram; secuta sunt. Haec si sumo, arma sunt; si relinquo, spolia. Vidisses vere violari sepulchrum, si illo venisset hostis. Vterque quod alteri deerat commodavimus: ille viro arma, ego armis virum. Res publica multum consecuta est, vir fortis nihil perdidit. Necessi- 25 tas est quae navigia iactu exonerat, necessitas quae ruinis incendia opprimit; necessitas est lex temporis. Quicquam non fit legitime pro legibus? Melius cum ipso sepulchro actum est, in quo notiora sunt iterum arma victricia. Pro re publica plerumque templa nudantur et in usum stipendii dona conflamus.

30 Pars altera. Reum habemus in proelio inertem, in fuga audacem, turpem non minus patrocinio quam crimine: arma sua perdidit; hoc excusare non poterat, nisi aliena rapuisset. aliena rapuit; hoc excusare non poterat, nisi sua perdidisset. Arma victricia, arma consecrata diis manibus, arma quae te quoque fecerunt virum fortem. 'Reposui' inquit 'arma';

1 scribere *del. Sh. Bailey* | eras] heres M *corr.* M[3] || 2 patria *recc.* -iam M || 3 *post* malam *comma posui* (*post* suam *vulg.*) || 4 reddit M *corr.* M[2] || 6 tardius] *nempe frater epistulis acceptis cunctabatur* || 9 derivari *recc.* di- M || 10 trafert M *corr.* M[2] || 14 non *om.* M *suppl.* M[2] | facereos M *corr.* M[3] || 19 amissis *om.* M *suppl.* M[2] || 20 accusator M *corr.* M[3] || 23 altari M *corr.* M[2] || 25 quae[2] *ex* quare (*ut vid.*) M || 27 com M *corr.* M[3] || 33 consecrata *recc.* -cratra M

gloriatur, quod non et illa perdiderit. 'Non teneor lege, quia reposui.' tam teneris hercule, quam qui vulneravit aliquem, licet vulnus sanaverit, quam qui subripuit aliquid, licet reddiderit deprehensus. Non est hoc illi crimen propter virtutem donandum: iam gratiam virtuti rettulimus; praemium consecuta est. Aequos esse nos convenit: unum virum 5 fortem honoravimus, alterum vindicemus.

Privignus medicus

5 Abdicavit quidam filium. abdicatus medicinae studuit. cum pater aegrotaret et medici negarent posse sanari, sanavit. reductus est. postea aegrotare noverca coepit. desperaverunt medici. rogat pater filium, ut 10 curet novercam. nolentem abdicat. contradicit.

Quo pacto istud evenit, ut abdicatione mea pater aegrotaret, reditu noverca? Pietati cessere morbi. Medicinam relinquo, multum laboris, multum vigiliarum; adice huc et quod qui sanantur ingrati sunt. Et medicus possum decipi et non possum privignus excusari. 'Eundem' in- 15 quit 'medici morbum esse dicunt'; nempe illi qui negaverunt te posse sanari. Ego vero cedo domo, si fateris illam sic posse sanari. Timeo fortunam; imputabitur mihi, si quid acciderit. Ecce tu me non posse non credis. omnes medici negant, et nunc diligentiores fuerunt, quia in te decepti sunt. Non sum tantae scientiae quantae videor: magnis praecepto- 20 ribus opus est; ego abdicatus studui. quaeris, quomodo te sanaverim? non tibi medicus sed filius profui. desiderio laborabas; gratum tibi erat quidquid meis manibus acceperas. ut primum intravi, recreatus es; quid in te curandum esset, adverti. haec non eodem morbo laborat. multa sunt dissimilia: sexus, aetas, animus. Nihil magis aegris prodest quam ab 25 eo curari, quo volunt. Temerariis remediis graves morbi curantur, quibus uti non audeo in noverca.

Extra. Non oportet adulescentem quicquam novercae suscensere; alioqui odit et gaudet. ferendus est adulescens, si se excusat, non est, si ulciscitur. 30

Pars altera. Lugendum est, flendum est; in hoc me servasti? Hostis aliquando vulnus sanavit quod fecerat, ob hoc maxime, quia alius sanare non poterat. Negant posse sanari, nemo suscipit; nemo enim vult curationem filio praeripere.

4 retulimus **M** || **5** virum] rum **M** *corr.* **M**[2] || **6** alteram **M** *corr.* **M**[3] || **11** contradicit] CD **M** || **12** reddita **M** *corr.* **M**[2] || **13** cessare **M** *corr.* **M**[2] || **15** eandem **M** *corr.* **M**[2] || **23** meis *om.* **M** *suppl.* **M**[2] || **26** ⟨a⟩ quo *recc., edd. sine causa* | remediis *recc.* -midiis **M** || **31** lugendus **M** *corr.* **M**[2] | Hostis] *i. Achilles qui Telephum et vulneravit et sanavit* || **32** ab **M** *corr.* **M**[2]

Extra. POLLIO dicebat: inter patres et filios id solum iudex putat licere quod oportet.

Indiscreti filius et privignus

Quidam mortua uxore, quae in partu perierat, alteram duxit, puerum 6
5 rus misit. ex illa subinde filium sustulit. utrumque puerum ruri educavit. post longum tempus redierunt similes. quaerenti matri, uter eius sit, non indicat. accusatur ab ea malae tractationis.

Quid fletis, pueri? securi estote: non memini. iam lites sunt et nondum indicavi. Qualis eris noverca, quae sic fieri cupis? Alter tuus est, alter tui
10 frater est, et, si per te licuerit, neuter privignus est. Dum alterius vis esse mater, utriusque es noverca. Si coegeris, mentiar: non mater sed noverca decipieris. Hos ipsa noluit natura distingui. Indicarem, nisi tam pertinaciter quaereres. Hic tuus est. quid alterum novercalibus oculis intueris? ille tuus est. Vni tibi contigit, ut habeas privignum et non sis noverca.
15 Pars altera. Malae tractationis agit; filius enim rus ablegatus a patre et educatus est sic, ut ignotus esse posset et matri. Tibi rediit uterque filius, huic uterque privignus. Eo crudelius filio caret, quo propius accessit. Times huius iniquitatem, cum iniquus ipse magis ames eum, cui alterius donare vis matrem, quam cui non vis suam reddere.
20 Extra. Quod ad colorem pertinet viri, HISPO ROMANIVS et SILO POMPEIVS hoc usi sunt: nescio et ideo non indico. quidam miscuerunt et utroque usi dixerunt: nescio, sed etiamsi scirem, non indicarem, quod LATRO et CESTIVS. sed ASINIVS POLLIO neutrum colorem probabat: si dicit, inquit, 'nescio', nulli fidem facit; uxor ipsa non quaereret ab illo,
25 nisi ille scire posset. dici enim contra virum potest: quaere a nutrice, a paedagogo. verisimile non est neminem domi esse, qui sciat. ille autem mixtus color utrumque corrumpit, et ignorantis fidem et non indicantis fiduciam. nam cum dicit 'etiamsi scirem, non indicarem', efficit, ut illum scire iudex putet; cum dicit 'nescio', efficit, ut videatur indicare debere,
30 si scit. ipse autem hoc colore usus est, quem aiebat simplicissimum: scio, sed non indico, quia pueris hoc utile est, et tuo filio: magis amaturus sum eum, qui matrem videbitur non habere.

Tyrannicida adulter tyranni

TYRANNICIDAE PRAEMIVM. In adulterio deprehensus a tyranno gla- 7
35 dium extorsit tyranno et occidit eum. petit praemium. contradicitur.

1 pallio M *corr.* M[2] || 5 rus *ex* rursum (?) M | ruri *om.* M *suppl.* M[2] || 12 indicari M *corr.* M[2] || 13 quaereris M *corr.* M[3] || 17 eo *recc.* quo M, *cf. adnot. ad p. 150, 26* || 18 timis M *corr.* M[2] || 20 hispomanios M *corr.* M[2], M[3] || 23 custus M *corr.* M[2], M[3] || 29 sciret *a. c.* M || 30 aiebat *recc.* ag- M || 35 CD M

Non fecisset tyrannicidium, nisi illum tyrannus armasset. Cuius adulter non fuit, qui etiam tyranni fuit? Imputat nobis, quod deprehensus in adulterio mori noluit. Tyrannicida vester iure occidi potuit a tyranno. Certamen impari condicione contractum publica fortuna distraxit; non innocentior vicit sed fortior. Tulit secum tyrannus gladium; sic enim occisuri veniunt. Cur solus ad praemium venis? tyrannum certe occidisti cum adultera. Non loricam clipeumve sumpsit sed tenuem ac perlucidam vestem; perfusus unguento intravit cubiculum, in quo tyrannum non esse diligenter agnoverat. Tyrannicida noster, ne tyrannum inveniret, optavit. Ducat tyrannicidam in arcem tyrannus, non uxor; odium, non amor; ascensurus ferat animum, ferat ferrum; eat illo, ubi inveniat tyrannum. Omnia honesta opera voluntas inchoat, occasio perficit. saepe honorata virtus est et ubi eam fefellit exitus. scelera quoque, quamvis citra exitum subsederint, puniuntur, nec infelix virtus amittit gloriae titulum, nec gloriam virtutis intercipit fortuita felicitas. Numquam maiorum nostrorum prudentia tantis muneribus tyrannicidium emerat, si illud etiam libido promitteret. Novo inauditoque more pugnabant: tyrannicida pro adulterio, tyrannus pro pudicitia. Occidisti tu maritum, fortuna tyrannum. Tyrannum cadere rei publicae volo; occidat illum civis iratus, misceat maledicta vulneribus qualia in adulterum maritus †adulterat†. ab adulterae osculis ad praemium curris? nolo tyrannicida imitetur, antequam occidat, tyrannum. Populus Romanus veneno vinci hostem noluit, proditione noluit. Honorabo subitum tyrannicidium, non honorabo fortuitum, non coactum.

Pars altera. 'Non habebas' inquit 'ferrum'; quid enim tyranno profuit quod habuit? In eo, qui inermis ad tyrannum venit, non virtus minor est sed periculum maius. Non quaeras, quid in arcem tulerim; tyrannicidium detuli. Non est gladius meus; sed manus mea est, sed animus meus est, sed consilium, sed periculum, sed tyrannicidium meum est. Adulterium vocas, quo effectum est, ne quis timeat adulterium? Diligenter arce munita occasionem requirens temptavi servos, temptavi amicos; per uxorem solam refulsit occasio. Non putavi adulterium uxorem tyranni polluere sicut nec homicidium tyrannum occidere. Ferrum in arcem ferre periculosum erat, invenire facile. Si tyrannum, inquam, invenero, obvia quaelibet res telum erit; certe semper secum solet habere ferrum tyran-

1 armarset **M** *corr.* **M**^{3} || **3** noster *recc. fort. recte, cf. l. 9* || **4** in pari *edd. nonnulli* || **6** occisuri *recc.* oct- **M** | terte **M** *corr.* **M**^{3} || **11** eat *ex* erat **M** *vel corrector* || **16** prudentia *ex* -iam **M** *vel corrector* | emerat *scripsi* emeret **M** || **20–21** maritus ⟨iacere solet, non qualia in maritum⟩ adulter. at ⟨tu⟩ *Gertz* | adulterat] attulerat *recc.* || **22** Romanus *recc.* resp̄ **M** || **23** hostem] u *supr.* **M**^{3} | nolut **M** *corr.* **M**^{3} || **26** eo *recc.* quo **M** || **27** non] ne *dubit. Gertz, sed in excerptis similia inveniuntur* || **29** adulterum **M** *corr.* **M**^{2}

nus. Gladius inter duos fortioris est. Quam sollicitus adulter fui, ne non deprehenderer!

Patronus operas remissas repetens

PER VIM METVMQUE GESTA IRRITA SINT. Bello civili patronus victus et 8
5 proscriptus ad libertum confugit. receptus est ab eo et rogatus, ut operas remitteret. remisit consignatione facta. restitutus indicit operas. contradicit.

Patronus a liberto restitutionem peto. Si pacisci tunc a me voluisses operas, spopondissem. Bona bello perdidi, ad restitutionem nudus veni;
10 nunc libertorum operas desidero. Profer tabellas illa proscriptionis tabula crudeliores: persequebatur illa quos vicerat, hae persecutae sunt quos receperant; in illa ultio fuit, in his perfidia; denique illa iam desiit, hae perseverant. 'Non mea' inquit 'sed aliena vis fuit'; aeque dignus est poena qui ipse vim adhibet ut qui ab alio admota ad lucrum suum utitur. In
15 hunc primum incidi et, dum timeo, ne offenderem, secutus sum hoc exigentem. Non recepit me sed inclusit. Nihil est venali misericordia turpius.

Pars altera. Nihil tibi opus est potestas: scis tibi illum parere, etiam cum cogi non potest. Quaslibet indicas operas, numquam tamen indices
20 tam periculosas quam indixisti. Habeo iudicia tua: bene de servo iudicasti; manu misisti. bene de liberto; proscriptus mihi potissimum te commisisti. Si noluissem patronum habere, potui. Vnus ex proscriptis fuisti, qui tunc posses etiam rogari. Restitutio tibi proscriptionem remisit, non quidquid in proscriptione gessisti rescidit.

25 Extra. Omnes invecti sunt in libertum. VARIVS GEMINVS et OTHO IVNIVS egerunt lenius, ut patronus remissurus videretur operas, si obtinuisset. nam OTHO dixit: sine me iudicio meo videri remisisse; faciam, remittam. quid me sic times, tamquam invitus promiserim? contra CESTIVS ait: tunc eiusmodi utendum coloribus, ubi verendum est, ne
30 videamur rem duram postulare, ubi contra honestam personam promissione iudex molliore fallendus est. quid in hac persona veremur et causa, nisi hoc unum, quod ex hoc colore metuendum est, ne, si volumus hoc remittere, et voluisse videamur?

3 remissas *recc.* di- M de- M[2] || **6** CD M || **9** spopendissem M *corr.* M[3] || **11** credeliores M *corr.* M[3] | haec M *corr.* M[3] || **12** reciperant M *corr.* M[3] || **14** ut] et *vulg., sed cf. ThLL 1, 1044, 45 sqq.* || **18** scis tibi *Burs.* scisti M | parare M *corr.* M[2], M[3] || **19** com M *corr.* M[3] || **20** periculosas *ex* -sus *vel* -sos M[3] || **21** manum M *corr.* M[2] *vel* M[3] || **22** commisti M *corr.* M[3] | ex *recc.* et M || **25.26** Otho Iunius *γ* othonius M || **28** invitus] i- *eras.* M || **30** promissio M *corr.* M[2] || **32** colore *recc.* colere M || **33** explicit liber IIII incipit liber V M

⟨EXCERPTA CONTROVERSIARVM LIBRI QVINTI⟩

Laqueus incisus

1 INSCRIPTI MALEFICII SIT ACTIO. Quidam naufragio facto, amissis tribus liberis et uxore incendio domus suspendit se. praecidit illi quidam ex praetereuntibus laqueum. a liberato reus fit maleficii.

'Tres' inquit 'liberos perdidi'; utinam et illos servare potuissem! Vive; mutantur vices felicitatis humanae: proscriptus aliquando proscripsit. Victi fugiunt, proscripti latent, naufragi natant. 'Amisi' inquit 'uxorem, liberos, patrimonium'; tu putabas te ea condicione accepisse, ne perderes? ludit de suis Fortuna muneribus et quae dedit aufert, quae abstulit reddit, nec umquam tutius est illam experiri quam cum locum iniuriae non habet. Cn. Pompeius in Pharsalia victus acie vixit; maius tu tuum putas esse naufragium? Crassus vixit, et non privatas perdiderat sed publicas opes. Omnia tibi Fortuna abstulit sed spem reliquit. tolle spem hominibus: nemo victus retemptabit arma, nemo infeliciter experta negotiatione alios appetet quaestus, nemo naufragus vivet. spes est ultimum adversarum rerum solacium. Vt viveres, natasti. Miseritus sum nec in te amplius quam periculum cogitavi; non attendi incendium, non orbitatem, aut, si attendi, memineram te post illa vixisse. Non visus est mihi moriendi animum habere: ⟨e⟩legerat locum, in quo interpellari posset.

Pars altera. Tot ille fundorum dominus aliena arbore suspendo laqueum. De fortuna nihil queror: mori permittit. 'Nunc' inquit 'morere'; iniuria est, ut, qui meo arbitrio debui, tuo moriar. Amisi uxorem, liberos, patrimonium; fortuna mihi nihil praeter laqueum reliquit, iste nec laqueum. Sumpsi instrumenta mortis solitudinem et laqueum, alterum aptum morituro, alterum misero. Quisquis intervenis, si amicus ⟨es⟩, defle, si inimicus es, specta. Cum a me iste accusetur, graviorem de me quam de reo ferte sententiam: ego ut moriar, iste ne prohibeat. Ne haec narrarem, mori volui. Praecidit remedium meum. Si qua est fides, non enatavi sed eiectus sum. Nihil iam timebam nisi vivere. Domus meae

11 pars alia M farsalia M^3 || 12 grassus M || 14 hominibus *recc.* omnibus M | retemptabit *recc.* -avit M || 17 in *om.* M *suppl.* M^2 || 19 elegerat *Kiessl.* leg- M || 21 fundarum domus M *corr.* M^3 || 22 inquid *ex* quid M^2 || 23 ut qui meo *bis scr.* (*sed corr.*) M || 26 es *suppl. recc.*

fata claudo, nullo miserior quam quod ultimus morior. Cui me vitae reservas? ut aedificem? aspice incendium. ut navigem? aspice naufragium. ut educem? aspice sepulchrum. In tam calamitosa domo feliciores fuistis, uxor et liberi: vobis mori contigit.

5 Gener inimici divitis

Pauper, cum haberet filium et divitem inimicum filiam habentem, 2 peregre profectus est. rumor fuit de morte eius. filius cum divite in gratiam rediit et eius filiam duxit. reversus pater cogit illum uxorem repudiare; nolentem abdicat.

10 Nemo quicquam facile credit, quo credito dolendum sit. ego diu non credidi de nuptiis tuis. Desertor patris, inimici cliens, uxoris mancipium, non flevisti patrem, non quaesisti; sic inimico placuisti. 'Rumor' inquit 'fuerat te decessisse'; mirabar, si talem uxorem vivo patre habere potuisses. Non quaeris, ubi perierim? mors mea tibi debet esse suspecta; in-15 imicum habeo. Quis alius hanc famam potuit emittere, nisi qui me vivo filiam collocare non poterat? Non times, ne inter ipsas nuptias tuas patris ossa referantur? Tot servi secuntur, tot liberti, tot clientes, ut quidquid dixerit rumor sit. Fabricius aurum a Pyrrho accipere noluit; beatior fuit ille animo quam ille regno. Plures insidias in itinere fugi, et factum dives, 20 quod faciendum mandaverat, credidit.

Pars altera. Vanum gloriae genus odium divitiarum. Mortales esse inimicitiae debent. Scipio Gracchi inimicus et tamen postea socer. Cuius vitio inimicitiae contractae sint, apparet: ille amat filium tuum, tu nec tuum.

25 Extra. SAENIANVS rem stultissimam dixit: dives me semper contempsit, numquam nisi pro mortuo habuit. ut aliquid et ipse simile Saeniano dicam, post hanc sententiam semper Saenianum pro mortuo habui.

Fratres pancratiastae

MALAE TRACTATIONIS SIT ACTIO. Quidam duos filios pancratiastas in- 3 30 stituit, eduxit ad Olympia. cum compositi essent, ut simul pugnarent, accessit ad pugnantes pater et ait abdicaturum se, si quis perdiderit.

1 fata claudo *recc.* facta daudo M || 3 calamitas a M *corr.* M[3] | filiciores M *corr.* M[2], M[3] || 4 uoxor M || 7 filius *om.* M *suppl.* M[3] || 11 deserto M *corr.* M[2] || 13 mirabar – potuisses *post* tuis (*l. 11*) *posuit Gertz fort. recte* || 14 tibi *bis scr.* M *corr.* M[3] || 15 emittere *scripsi, cf. adnot. ad p. 155, 9* inmittere (*ex* imitere) M || 16 *fort.* filiam ⟨tibi⟩ || 17 servis referuntur M *corr.* M[3] | liberti tot clientes *recc.* liberi tot dientes M || 18 pyro M pyrro M[3] || 22 gracci M || 23 tuum *om.* M *suppl.* M[3] | tu nec *in ras.* M[3] || 25 senianus *p. c.* M[2] || 29 quidam *om.* M *suppl.* M[3] (*ni fallor; cf. Müll. ad loc.*) || 30 pugnates M *corr.* M[2] || 31 ait *ex* stit (*?*) M[2]

commortui sunt iuvenes et decreti his divini honores. reus fit pater malae tractationis ab uxore.

Tertius sine sorte pugnasti et utrumque vicisti. Stetit cruentus pater; iam perierant et adhuc minabatur. Moriuntur non alter ab altero sed uterque a patre. Misera mater odisse non potest qui filium suum occidit. 5
Iuvenes invicti, nisi habuissent patrem. Pii iuvenes nec parricidium patri negare potuistis. Vincere propter parricidium nolunt, vinci propter abdicationem. 'Abdico eum, qui victus erit.' demens, meliorem abdicaturus es. Invoco Iovem, cuius Olympia parricidiis polluta sunt.

Pars altera. Non facturus dixi et, si facturus, pro gloria dixi. Non de- 10
beo in invidia solus esse, cum luctus communis sit. Omnes aiebant fratres collusuros; minatus sum, non ut filiis metum imponerem sed ut populo satisfacerem.

Damnatus parricidii alligans fratrem

4 QVI FALSVM TESTIMONIVM DIXERIT VINCIATUR APVD EVM, IN QVEM 15
DIXERIT. Ex duobus filiis profectus est cum uno pater. adulescens solus rediit. accusatus est a fratre parricidii et damnatus. diebus festis intercedentibus poena ex lege dilata est. rediit pater. accusavit damnatus fratrem falsi testimonii et obtinuit et vinxit. cogit pater, ut vinctum solvat; nolentem abdicat. 20

'Falsum' inquit 'in fratrem testimonium dixit'; si vis grave illius crimen facere, te exorabilem praesta. Crudelis in fratrem miraris, si in te parricidium creditum est? Ergo ego duos filios habere non possum? Adulescens, iam potes et parricidium facere. Alligatus est alter filius, quia non revertebar, alter quia redii. Numquam solves fratrem? si talis 25
es, nihil testis mentitus est: parricida es. Non impio in te sed in patrem pio animo dixit; suspectum habuit, quod reliqueras patrem. Inter catenas filii mei iaceo eodem clausus ergastulo; ingrate, testem tuum simul alligasti.

Pars altera. Meo periculo solutus, meo alligatus vix solvi poterat, si 30
testimonium falsum pro fratre dixisset. Parricidium de patre finxit, de fratre commisit. Venisse patrem mihi carnifex nuntiavit. Parricida sum, si, cum obicitur hoc, leviter irascor. Miraris si eum fratrem alligare pos-

5 ⟨non⟩ odisse *recc.* || 6 invicti nisi *ex* invictutisi M^3 || 9 polluta *Burs.* absoluta M || 11 aiebant *recc.* age- M || 12 collusoros *a. c.* M || 18 dilata *ex* de- (*?*) M^3 || 19 vinxit] vin- *ras.* M^3 || 22 te[1] *supra ras. 4 litt. suppl.* M^3 | in te *recc.* inter M || 24 alter *ex* aliter (*?*) M^3 || 25 alter *ex* ali M^2 | solves *recc.* -vas M || 26 mentitus *recc.* -tita M || 27 reliqueres M *corr.* M^3 || 32–33 sum, sicut (M^3) obicitur, ⟨si⟩ huic (*Burs.*, *C. F. W. Müll.*) leviter irascor *edd. plerique*

sum, qui me potuit occidere? Ingrata erat ipsa poenae meae dilatio, expectare gravius videbatur quam pati; imaginabar mihi culleum, serpentes, profundum.

Domus cum arbore exusta

5 QVI SCIENS DAMNVM DEDERIT QVADRVPLVM SOLVAT, QVI INSCIVS, SIMPLVM. Dives pauperem vicinum rogavit, ut sibi arborem venderet, quam sibi dicebat obstare; pauper negavit. dives incendit platanum, cum qua et domus arsit. pro arbore pollicetur quadruplum, pro domo simplum. 5

Excitatus flammarum sono vicinorum primo fidem imploravi. Arbor
10 ramis excurrentibus totam domum texerat. 'Non potest exorari; incendatur.' est hoc impotentiae, sine fine concupiscere, sine modo irasci. 'Non potest expugnari precibus; expellatur ignibus.' Nihil inter te et pauperem interest, si iure agamus. Liceat et pauperem gaudere prospectu. Vos possidetis agros ⟨usque ad⟩ urbium fines urbesque domibus
15 impletis, intra aedificia vestra undas ac nemora comprehenditis. Nihil lautius occurrit oculis tuis quam ruinae meae. Domum perdidi, qui carere ne arbuscula quidem poteram. Deliciis tuis, dives, ardebimus? oculis voluptas [in] incendio quaeritur et prospectus ignibus relaxatur. 'prospectui obstabat.' quid? inambulantibus nobis non obstant servorum
20 catervae? excitati in immensam altitudinem parietes lucem non impediunt? infinitis porrectae spatiis ambulationes et urbium solo aedificatae domus non nos prope a publico excludunt? Sub hac arbuscula imaginabar divitum silvas. Quantum perdidi, quem fatetur iratus inimicus plus perdidisse quam voluit! Non iniquum postulo: eius damno desinat in-
25 cendium, cuius consilio coepit. Scilicet ut domus ad caelum omne conversae brumales aestus habeant, aestiva frigora, et non suis vicibus intra istorum penates agatur annus *** in summis culminibus mentita nemora et navigabilium piscinarum freta. arata quondam populis rura singulorum nunc ergastulorum sunt latiusque vilici quam reges imperant. maria
30 proiectis molibus submoventur. Nesciebas, quanta sit potentia ignium, quam irrevocabilis, quemadmodum totas absumat urbes, quam levibus initiis oriantur incendia? Etiamsi partem damni dare noluisti, si tamen voluisti partem, in totum, quasi prudens dederis, tenendus es; ex toto

2 serpentis *ex* -tes M[3] || 4 exusta *ex* -uta *ut vid.* M || 6 pauprem M *corr.* M[2] || 7 incedit M *corr.* M[2] || 9 imploravi *recc.* exp- M || 11 impotentia M[3] | irasci] iraras. M[3] || 12 expugn M *corr.* M[2] | expellatur *Burs.* -ntur M | inter *ex* int M[2] | te *Faber* me M || 13 prospectu] -ctu *ras.* M[3] || 14 usque ad *supplevi* || 15 *post* nemora *mg. add.* prospectu M[2] || 16 qui *ex* qua M[3] || 17 ne] nec M[3] || 18 in *del. recc.* || 19 obstupat M *corr.* M[3] || 21 et *supra ras. suppl.* M[2] || 25 converso M *corr.* M[3] || 27 *in lac. suppl.* agunt *recc.*, alunt *ed. Frob.*, ut sint *Gertz*, *post l. 28* freta *non interpungens* || 31 quam[1]] quem M *corr.* M[3] || 33 voluisti *recc.* nol- M

enim noluisse debet qui imprudentia defenditur. si fatereris te scientem ianuam incendisse, ⟨si unum tignum,⟩ puto, tota domus intellegeretur ex parte [si unum tignum]. nec enim quisquam omnia incendit sed unam aliquam rem, ex qua surgat in omnia se sparsurus ignis. atqui pars domus est arbor, quae in domo est.

Pars altera. Pestilentem mihi faciebat domum arbor; caelum omne, per quod salubris spiritus venire posset, obduxerat. rogavi pauperem et dixi: nihil tibi nocet arbor recisa, mihi plurimum non recisa. Quid ad te illi rami pertinent, qui extra domum sunt? Quasdam partes domus meae rami premebant, iam etiam quosdam parietes moverant. scitis, quanta vis sit arborum; muros discutiunt.

Raptus in veste muliebri

6 IMPVDICVS CONTIONE PROHIBEATVR. Adulescens speciosus sponsionem fecit muliebri veste se exiturum in publicum. processit, raptus est ab adulescentibus decem. accusavit illos de vi et damnavit. contione prohibitus a magistratu reum facit magistratum iniuriarum.

Muliebrem vestem sumpsit, capillos in feminae habitum composuit, oculos puellari lenocinio circumdedit, coloravit genas. non creditis? et qui non crediderant, victi sunt sponsione. Et hoc de sponsione forsitan venerit, ut auderet impudicus contionari. Date illi vestem puellarem, date noctem: rapietur. Sic illum vestis sumpta decuit, ut videretur non tunc primum sumpsisse. Facta totius adulescentiae remitto, una nocte contentus sum: sic imitatus est puellam, ut raptorem inveniret. Numquid cecidi, numquid carmen famosum composui aut, ut proprium genus iniuriae tuae dicam, numquid te rapui? Apud patres nostros qui forensia stipendia auspicabantur, nefas putabatur bracchium toga exerere. quam longe ab his moribus aberant qui tam verecunde etiam virtute utebantur! Constat hunc stupratum, cum damnati sint qui rapuerunt.

Pars altera. Constat semper gravem, semper serium fuisse, sed hoc iocis adulescentium factum est. ceterum tam nota erat verecundia eius, ut nemo †iam sine sponsione† crediderit.

2 si unum tignum *ex l. 3 transp. ed. Herv.* | taota M *corr.* M^3 || **3** unam] unum M *corr.* M^3 || **7** possit M *corr.* M^2 | obduxerat] -xerat *suppl.* M^2 || **10** premebant] prohibebant M *corr.* M^2, M^3 || **11** quante M *corr.* M^2 || **13** adolescens *ras.* M^3 || **14** veste *om.* M *suppl.* M^2 || **16** magistratum] mag̅g̅ M || **18** creditus M *corr.* M^2 | et] at *Gertz* || **19** qui non *ex* quin M^2 | forsitam M || **20** venerit *Gertz* -erat M | audiret M *corr.* M^2 || **25.26** forensiasti pendia M *corr.* M^2 || **26** auspicabantur *recc.* -batur M | putabat M *corr.* M^3 || **28** sint *ed. Rom.* essent M || **30** cetera M *corr.* M^2 | nota] -ta *ras.* M^3 || **31** iam] rem *Gertz* | sponsine M *corr.* M^2 | *fort.* ut nemo iam (*vel* eam) s. sp. ⟨lascivire⟩ crediderit *vel sim.*

Non recepti ab imperatore

NOCTE IN BELLO PORTAS APERIRE NE LICEAT. Imperator in bello summam habeat potestatem. Trecenti ab hoste captivi ad portas nocte venerunt; imperator non aperuit. ante portas occisi sunt. imperator post 5 victoriam reus est laesae rei publicae. 7

Non putavi meos: noverant legem. 'Cur' inquit 'trecenti perierunt?' immo cur, ne perirent, capti sunt? Hos ego interdiu non recepissem nisi victores, noctu ne victores quidem. Procedens postridie in proelium pugnaturis ostendi trecentos, in quibus nihil laudari potest praeter fu- 10 gam, nihil desiderari praeter numerum. Fugiunt, ut leges relinquant, revertuntur, ut tollant. Populus Romanus Cannensi proelio in summas redactus angustias, cum servorum desideraret auxilia, captivorum contempsit et credidit eos libertatem magis tueri posse, qui numquam habuissent quam qui perdidissent. Nocte quomodo hostem civemque distin- 15 guam? quam mihi das notam? ut arma cognoscam? Credo in insidiis hostes fuisse, ut exclusos occiderent, sequerentur admissos.

Pars altera. Infestus trecentis fuit, iniquo collocavit loco. hoc ne argui posset, non recepit. Capti sunt fortissimi duces, Regulus, Crassus. Haec postrema rogantium vox erat: 'mitte arma! certe lex non vetat.'

20 Tyrannus post abolitionem candidatus

COMPETITORI LICEAT IN COMPETITOREM DICERE. Tyrannus dominationem sub abolitione deposuit, ut, si quis obiecisset tyrannidem, capite puniretur. petit magistratum; competitor contradicit. 8

Candidatus ⟨pro⟩ anno meo spondeo: nulla rapietur, nullus occidetur, 25 nullum spoliabitur templum. Cur honores tamdiu non gesserit, narret. Per communem deprecor libertatem: moriar. obicietur tibi, quod occideris civem. Vult aliquo imperio, aliqua potestate distingui homo magnae nobilitatis, magnae gratiae, ingentis pecuniae. Siciliae fuisse dicitur dominus, qui inclusos aeneis tauris homines subiectis urebat ignibus, ut

5 publicae] p̄e *in* p̄ *corr.* **M** || 8 ne *in* nec *corr.* **M**[3] || 9 pugnaturis *recc.* -toris **M** -turus **M**[3] || 10 praeter] praet **M** *corr.* **M**[3] | figiunt **M** *corr.* **M**[3] || 14 civeque **M** *corr.* **M**[3] | distinguam *recc.* de- **M** || 15 *post* notam *graviter interpunxi* | *fort.* ut ora cognoscam || 17 argui *ed. Frob.* agi **M** || 18 posset *ed. Frob.* -ssit **M** || 22 *expectaveris* sub pacto abolitionis (*cf. Quint. inst. IX 2, 97 et alibi*) *vel sim., sed cf. Mart. Cap. V 470* || 24 pro *supplevi* (*possis etiam* ⟨de⟩) | spondeo: meo anno *Watt* || 27 distingui *recc.* de- **M** || 28 dominus] *sc. Phalaris* || 29 hominis **M** *corr.* **M**[3]

mugitum ederent, verba non possent. o hominem in sua crudelitate fastidiosum, qui, cum vellet torquere, tamen nolebat audire!

Pars altera. Quidquid egi, quidquid gessi, rei publicae causa feci. Peto, ne mihi lex pro me lata noceat, neu quid noceat, quia non obicitur, quod non noceret obiectum. 5

1 possunt **M** *corr.* **M**[3] | summa *Kiessl., fort. recte* || 2 corquere **M** *corr.* **M**[3] | tamen *supra ras. suppl.* **M**[3], *sed in ras.* tam̄ (= tamen) *erasum, ut vid.; fort.* torqueret amen *in* torquere tamen *corrigere voluit* || 5 explicit liber V. incipit liber VI **M**

⟨EXCERPTA CONTROVERSIARVM LIBRI SEXTI⟩

Chirographum cum abdicato

Abdicato frater chirographum dedit dimidiam se partem daturum hereditatis, si non respondisset. ille tacuit. abdicatur alter a patre. 1

Tantum aeris alieni habet, quantum vivo patre non possit solvere. 5 Vis scire, cuius fidei sis? ne frater quidem tibi sine chirographo credidit. Alterius spem moror, alterius fidem. Vivo, et iam patrimonium meum divisum est. Nisi succurritis, vincet me et ille qui tacuit. Non dissimulo me hodie duos abdicare. Chirographum prode, parricidarum foedus et nefariae spei pactum, chirographum danti impium, accipienti turpe, 10 patri periculosum.

Pars altera. In omnem me fortunam, frater, comitem tibi iungam: si militandum, una militabimus, si peregrinandum, una urbes peragrabimus, si cotidianam rogavero stipem, et illam tecum dividam. Nolui recentem iram exagitari patris; malui, ut tacendo patrem vinceret. Meae 15 partis heres ero, tuae custos, et quia de re maxima melius sibi quisque credit, do chirographum; tu da operam, ut istud magis a patre accipere quam a fratre videaris. Hoc, quod honeste, quod pie gerebamus, tam palam egimus, ut pater sciret. quid enim timebam, ne, si rescisset pater, moleste ferret filium suum hominem avarum non esse, fratrem pium 20 esse? Ita mihi contingat patrem utrique nostrum placare.

Exul pater fundo prohibitus

EXVLEM TECTO ET CIBO IVVARE NE LICEAT. IMPRVDENTIS CAEDIS DAMNATVS QVINQVENNIO EXVLET. Quidam, cum filium et filiam haberet, imprudentis caedis damnatus in exilium profectus solebat venire in 25 possessionem vicinam finibus. resciit hoc filius, cecidit vilicum; vilicus exclusit patrem. coepit ire ad filiam. accusata illa, quod exulem recepis- 2

1 chirografum (*et sic semper*) M || **2** frater *Burs.* fratri M || **3** abdicatus M *corr.* M³ || **5** ne *in* nec *corr.* M³ || **6** spem] spe M² *vel* M³ | morior M³ | fidem *recc.* fide M || **12** peragrabimus *ex* peregrinabimus *corr.* M³ || **14** exagitati M³ || **16** do] de M *corr.* M³ | tu da *recc.* tudam *ex* tadam M tradam M³ || **18** timerem *Müll. fort. recte, sed cum* quid enim *fere* = *'non enim', haud scio, an ind. ferendus sit. post* timebam *graviter distinguunt edd. aliquot* | ne, si *recc.* nisi M || **20** placare λ -ere (*sed* -e- *eras.*) M || **22** iuvare *recc.* iuuire (*ut vid.*) M | ne *Müll.* non M || **24** caetis M *corr.* M³ || **25** rescut M *corr.* M², M³

set, advocato fratre absoluta est. post quinquennium pater abdicat filium.

Accusator civium me fecit exulem, filius etiam meorum. Filiam honestiorem inveni, quod accusata est, servum frugaliorem, quod caesus est. Male meruisti de patre, quem exclusisti, de sorore, cui praeiudicio 5 nocuisti, de iudicibus, quos in tam bona timuisti causa. Aut tu peccasti aut soror. Filius ⟨me⟩ meus docuit, quod illum non recipio. 'Absoluta est' inquit 'me advocato soror'; ita tu patrem non recipiebas, cum tam bene istam causam agere posses? Cum absoluta est quae receperat, damnatus est qui expulerat. Filia me patrem iudicavit, servi dominum; uni 10 filio exul fui. Ignosce, fidelissime servulorum: et tibi imprudens nocui. Quam bonam eius causam putas fuisse, quae ne te quidem advocato damnata est? Si te herede possum mori, dignus sum, qui tibi etiam hunc servum relinquam. Alii exul est, tibi pater est. Nulla lex scelus imperat; certe quae fecit absoluta est. Lex eum tenet, qui iuvat exulem, non 15 qui patitur iuvari. Ignora, dissimula: lex te innocentem esse, non curiosum iubet. Si mea causa faciebas, me admonuisses, servum prohibuisses, non cecidisses.

Pars altera. Tacere lege prohibente non potui. Accusata et absoluta est, quia muliercula videbatur non nosse leges. Non pro me timui sed 20 pro te: res in notitiam hominum pervenerat, captabaris; timui, ne occidereris. Vis scire notum fuisse? soror est accusata. Malui servum frugalissimum caedere quam patrem optimum amittere.

Mater nothi lecta pro parte

3 MAIOR FRATER DIVIDAT PATRIMONIVM, MINOR ELIGAT. LICEAT FILIVM 25 EX ANCILLA TOLLERE. Quidam, cum haberet legitimum filium, alium ex ancilla sustulit et decessit. maior frater sic divisit, ut patrimonium totum ex una parte poneret, ex altera matrem nothi. minor elegit matrem et accusat fratrem circumscriptionis.

Vnus omnium exheredatus sum dividendo. 'Legisset' inquit 'alteram 30 partem'; tu solus talis potuisti esse filius, qualis frater es. Lex te dividere, me eligere iussit; aperte, ne minor circumscribatur, timet. Sic divisit, ut, si vellem non esse mendicus, relinquerem fratrem in egestate,

4 caetus **M** *corr.* **M**[3] || **7** ⟨me⟩ meus *Burs.* meus **M** me *recc.* || **11** fui] -u- *ras.* **M**[3] | fidelisseme *a. c.* **M** || **12** patas **M** *corr.* **M**[2] | ne] nec **M**[3] *ut fere semper* ne — quidem *in* nec — q. *corr.* || **14** aliicxul *in* ali ecxul *corr.* **M**[3] || **15** iuvat *recc.* -vet **M** || **19** tacere (*fere = rem quietus pati*) *scripsi, et sic 'liber unus' Schotti* facere **M** pati rem *Gertz* || **21** notitiam *recc.* notiam **M** || **22** malui de **M** *corr.* **M** *vel* **M**[2] || **30** dicendo **M** *corr.* **M**[3] || **32** aperte *recc.* aparte **M** | temet **M** *corr.* **M**[2] || **33** gestate **M** *corr.* **M**[2]

matrem in servitute. Non est dividere ex altera parte patrimonium ponere, ex altera onus. Talis fuit, ut illi coheredem pater ex ancilla tolleret. 'Elige, ut aut patrimonio careas aut scelere.' Circumscriptores dici solent qui aliquid abstulerunt; iste nihil reliquit. 'Tu' inquit 'voluisti pauper
5 esse'; cur ergo queror, si egestate delector? 'Obici' inquit 'non potest quod lege factum est'; immo nihil nisi quod lege factum est, nam si quid aliter gestum est, per se irritum est. circumscriptio semper crimen sub specie legis involvit: quod apparet in illa, legitimum est; quod latet, insidiosum. semper circumscriptio per ius ad iniuriam pervenit. Lex iubet
10 maiorem dividere, minorem eligere; nec tu divisisti nec hic elegit. sic a te alligatus est, ut necesse haberet quod non expediebat malle. Nota fuit in matrem mea pietas; non timuit, ne eligere possem alteram partem.

Pars altera. Ego nihil aliud quam divisi; circumscriptio non in divi-
15 sione est sed in electione. Habes matrem, quam totis quidam bonis redemerunt; habes gloriam, quam per ignes quidam, per arma quaesierunt. Multa de patrimonio rapuit, cum haberet ius dominae, ancillae impudentia. Timebas, ne in illam saevirem? non expediebat mihi, cum in illa totum patrimonium habiturus essem. Nunc tantundem habes; habes enim
20 partem, quam voluisti. Vt tantundem haberes, nec pater voluerat; ideo matrem tuam ancillam reliquit.

Potio ex parte mortifera

VENEFICII SIT ACTIO. Proscriptum uxor secuta est. quodam tempore 4 secreto poculum tenentem ⟨deprehendit,⟩ interrogavit, quid esset; ille
25 dixit venenum et mori se velle. rogavit illa, ut partem sibi daret, et dixit se nolle sine illo vivere. partem bibit ipse, partem uxori dedit. perit illa sola. testamento inventus est maritus heres. restitutus arguitur veneficii.

Sic egit, ut deprehenderetur; sic deprehensus est, ut exoraretur; sic bibit, ut viveret. Quod est istud venenum, quod tantum heredi non no-
30 cet? Nemo umquam tam palam uxori venenum dedit. Fugit, ne occideretur, qui dicit se mori cupere. Vnus proscriptione locupletior factus est. Vt vivere vellet, uxor illi persuadere non potuit; persuasit res blandior, uxoris hereditas. Sciit, quam partem potionis hauriret. Contrarias partes gladio persecutus est, suas veneno. Occidendi finem prius victores fecere

1 non est *bis scr.* M *corr.* M³ || **3** elege M *corr.* M³ || **5** deletor M *corr.* M³ || **12** suit M *corr.* M³ | matrem mea *Burs.* -em meam M -e mea *cod. Admuntanus* || **15** bonis *om.* M *suppl.* M² | redemerunt *recc.* -imerunt M || **17** ius dominae, ancillae impudentiam *v*, *Kiessl. fort. recte* || **24** deprehendit *suppl. Müll.* || **26** uxore M *corr.* M³ || **31** prost scriptionem M *corr.* M³ || **32** plandior M *corr.* M² || **33** scivit M³

quam victi. Quid iam putabatis futurum, cum in exilium uxor testamentum tulisset, maritus venenum? Vbi est uxor? ecquid te pudet? iam etiam proscripti redeunt. Statim sumpta potione collapsa est. nolite mirari, si tam efficax venenum est: heres est qui dedit. Summis fere partibus levis et innoxius umor suspenditur; gravis illa et pestifera pars pondere suo 5 subsidit. Apparet te diu praeparatum venenum habuisse: scisti dividere. Etiamsi potest defendi qui volenti dedit, tu potes, qui fecisti, ut vellet? Id genus veneni fuit, quod pondere subsideret in imam potionem. bibit iste usque ad venenum, uxor venenum.

Pars altera. Virum in pace dilexit, in bello secuta est, in consilio ul- 10 timo non reliquit. o dignam, quam innocens sequar! Bellum civile egi, proscriptus sum, exulavi; quid his malis adici potest, nisi ut venenum bibam et vivam? 'Venenum' inquam 'est'; hoc qui daturi sunt, dissimulant. Venenum Cato vendidit. quaerite, an proscripto licuerit emere, quod licuit Catoni vendere. 15

Iphicrates reus

5 QVI VIM IVDICIO FECERIT, CAPITE PVNIATVR. Missus Iphicrates adversus Thracum regem bis acie victus foedus cum eo percussit et filiam eius uxorem duxit. cum Athenas redisset et causam diceret, visi sunt circa iudicium quidam Thracum cultris armati, et ipse reus gladium strinxit. 20 cum iudices citarentur ad iudicandum, palam absolutorias tulerunt sententias. accusatur, quod vim iudicio fecerit.

Nemo iudicum tuorum non sic timuit, tamquam tu de illis iudicaturus esses. Cum toto tibi regno suo venit advocatus; non maioribus copiis bellum instruxit quam iudicium. Iphicrate, conde gladium: iudicium est. 25 Quid tibi cum gladio? certe bis victis arma ponenda sunt. Quae est ista contra rerum naturam permutatio, in bello nuptiae, in iudicio bellum?

Pars altera. Ego vim non feci. omnia enim legitima peracta sunt: accusator suo loco dixit, reus suo respondit; perfectum per omnes numeros suos iudicium est. Cum iudices sententias ferrent, strinxi gladium, ut 30 occiderem me, si damnatus essem. Iudices tulerunt palam absolutorias, ut gratiam duci suo referrent. Nuptiarum causa utilitas rei publicae fuit: miles pulsus saepius erat infelici proelio. Barbaros circa iudicium

2 ecquid *Pincianus* et quid **M** || **5** suo *ex* sue **M** || **9** venum *a. c.* **M** || **10** bellos *a. c.* **M** || **11** egi *Burs.* lege **M** || **14** etmere **M** *corr.* **M**[3] || **16** Iphicrates *ed. Herv.* epigrates (*sic et l. 17 et 25*) **M** || **17** vim in **M**[2] (*cf. adnot. ad l. 22*) | iudicio *recc.* -ico **M** || **18** tracum **M** || **19** athenes *a. c.* **M** | visi *recc.* -sa **M** || **20** tracum *ex* trhacum **M** trachum *mg.* **M**[2] | cultris *recc.* cultu **M** | rus *a. c.* **M** || **22** vim in **M**[3] || **23** sit **M** *corr.* **M**[3] | illis] -i- *ras.* **M**[3] || **24** esset **M** *corr.* **M**[3] | toto tibi *recc.* toto (-o *ras.*) ibi **M** | vent **M** *corr.* **M**[2] | advocatus] *i. rex Thracum, vide Decl. min. 386 argum.* || **30** ferent **M** *corr.* **M**[3]

fuisse non propter officium armatos sed propter morem suum. 'Quid potestis' inquit 'queri? quod vobis obsidem adduxi?'

Adultera venefica

VENEFICII SIT ACTIO. Quidam, cum haberet uxorem et ex ea filiam nu- 6
5 bilem, indicavit uxori, cui eam collocaturus esset. illa dixit: 'celerius morietur quam illi nubat!' decessit puella ante diem nuptiarum dubiis signis cruditatis et veneni. torsit ancillam pater, dixit illa nihil se scire de veneno sed de adulterio dominae et eius, cui collocaturus filiam erat. accusat uxorem veneficii et adulterii.

10 'Morietur': teneo veneficam; 'celerius quam nubat': teneo adulteram. 'morietur': factum est; 'celerius quam nubat': factum est. Adulterium deprehendi serius quam factum est, veneficium antequam fieret. Duo crimina ad vos detuli et duas indices: altera dicit quod factum est, altera etiam quid futurum sit. Generi adultera, filiae paelex. Quam infelix do-
15 mus est, in qua adulterium ⟨veneficii⟩ argumentum est! Dixi: 'honestus est', dixi: 'pulcher est'; dum laudo generum, commendavi adulterum. O me tardissimum in malis meis! veneficium ne denuntiatum quidem credidi, adulterium in veneficio demum deprehendi. Versae sunt in exequias nuptiae mutatusque genialis lectus in funebrem, subiectae rogo
20 felices faces. Profertur putre corpus et venenis tumens. quid ultra quaeritis? verbis signa, signis tormenta conveniunt. Ad vocem tuam facta conveniunt: 'morietur antequam nubat'; factum est, vidimus fluens corpus et in cadavere illius materna verba credidimus. Generum adulterio perdidi, uxorem parricidio, filiam veneficio.
25 Pars altera. Duo gravissima crimina obiecit, adulterium et veneficium; adulterium ancilla teste, veneficium ne ancilla quidem. Cum indignaretur se non rogatam, exciderunt illi verba, quae non minus quam filiam luget. At quare dixisti: 'celerius morietur quam illi nubat'? verba dolori parum considerata exciderunt, ut est saepissime fortuita divinatio.

30 ## Demens qui filio cessit uxorem

DEMENTIAE SIT ACTIO. Qui habebat duos filios, duxit uxorem. alter ex 7
adulescentibus cum aegrotaret et in ultimis esset, medici dixerunt animi

2 adduxi *recc.* abd- **M** || 4 filium **M** *corr.* **M**³ || 6 dubus **M** *corr.* **M**² || 7 cruditatis (*cf. p. 264, 3*) *ed. Frob.* crudelitatis **M** | veni **M** *corr.* **M**² || 8 dominae – collocaturus *bis scr.* **M**, *priora del.* **M**³ || 12 veneficum **M** *corr.* **M**² || 13 duas *in* duos *corr.* **M**³ | induces *a. c.* **M** || 14 sit *recc.* fit **M** | paelix **M** *corr.* **M**², **M**³ || 15 veneficii *suppl. Kiessl.* adulterii ⟨veneficium⟩ *Gron.* || 17 ne] nec **M**³ || 18 versae sunt] verses **M** *lineam supra* -s *add.* **M**³ (*ut vid.*) || 21 facta *in* fata *corr.* **M**³ || 26 ne] nec **M**³ || 27 rogatum **M** *corr.* **M**³ || 29 ut *scripsi* et **M** || 30 uxorem] *cf. p. 164, 2* || 31 aliter **M** *corr.* **M**³

vitium esse. intravit ad filium stricto gladio pater, rogavit, ut indicaret sibi causam: ait amari a se novercam. cessit illi uxore sua pater. ab altero accusatur dementiae.

Audite rem novam: fratrem crudelem, novercam misericordem. Insanus sum, quia aliquis meo beneficio sanus est? Tradidi illi uxorem, sed (5) eripueram: 'testor' inquit 'praesides pietatis deos, amare antequam duceres coepi.' Ita tu iniuriam vocas, quod fratrem habes, non habes novercam? Transii praeter istius oculos cum ferro; gladium mihi nemo nisi aeger extorsit. Patri, qui periculum filii morientis sustinere non potuit, ignoscendum in qualicumque facto est. (10)

Pars altera. Alter lenocinio curavit, alter parricidio convaluit. Quid? hoc adulterium esse non putas, quod marito conciliante committitur? nescio, furiosius uxorem duxerit an habuerit, an dimiserit, an collocarit. Quam demens est cui adulterium pro beneficio imputatum est! Strinxit gladium maritus, non ut vindicaret adulterium sed ut faceret. Mori potius (15) debuit frater quam sanari turpiter; quid enim, si matrem, si sororem concupisset? quaedam remedia graviora ipsis periculis sunt. Omnia inter privignum et novercam composita; simulatum morbum et derisum mimo turpissimo patrem.

Versus virginis Vestalis (20)

8 Virgo Vestalis scripsit hunc versum: felices nuptae! moriar nisi nubere dulce est. rea est incesti.

'Felices nuptae': cupientis est; 'peream nisi': affirmantis est; 'nubere dulce est': aut experta iuras aut inexperta peieras. neutrum sacerdotis est. Tibi magistratus suos fasces submittunt, tibi consules praetoresque (25) via cedunt; numquid exigua mercede virgo es? Sacerdos raro iuret nec umquam nisi per suam Vestam. 'Moriar': numquid perpetuus ignis extinctus est? 'moriar': numquid de nuptiis appellata es? ⟨Te⟩ ad ultimum, Vesta, invoco, ut tam infesta sis sacerdoti quam invisa es. Recita carmen, dum quaero, quale sit. Tu carmen scribas, tu verba pedibus tuis (30) emollias et severitatem templo debitam modulatione frangas? Quodsi utique laudare vis nuptias, narra Lucretiam; de illius morte scribe, antequam iurabis de tua. O te omni supplicio dignam, cui quicquam sacer-

2 uxorem suam *recc. aliquot, cf. p. 163, 30* || 5 *post* est *signum interrog. posui* || 11 aliter *utroque loco (sed primum corr.)* **M** || 12 concil≡ ≡ante **M**[3] || 13 furiosius *ed. Frob.* furiosus *ex* fumosus (?) **M**[2] || 19 mimo *Gron.* animo **M** || 20 versus *recc.* verus **M** || 21 nuptae *recc.* -tiae **M** | nisi *in lac.* **M**[3] || 23 nuptae *recc.* -tiae **M** || 24 iura **M** *corr.* **M**[3] || 26 cednt (?) **M** *corr.* **M**[3] | uret **M** *corr.* **M**[3] || 28 es *recc.* est **M** | Te *suppl. Burs.* | ≡ad **M** || 29 Vesta *recc.* -am **M** || 32 *ante* de *2–3 litt. eras.* **M** || 33 omnis *a. c.* **M**

dotio felicius est! 'Dulce est': quam expressa vox, quam ex imis visceribus emissa non expertae tantum sed delectatae! Incesta est etiam sine stupro quae cupit stuprum.

Pars altera. Vnus illi versus obicitur, ne hic quidem totus. 'Non oportet' inquit 'scribere carmen'; multum interest, obiurges an punias. Incesti damnari nulla potest, nisi cuius violatum corpus est. Quid, tu putas poetas quae sentiunt scribere? Vixit modeste, castigate; non cultus in illa luxuriosior, non conversatio cum viris licentiosior. unum crimen eius vobis confiteor: ingenium habet. Quidni invideat Corneliae, quidni illi, quae Catonem peperit, quidni sacerdotes parientibus?

Extra. VARIVS GEMINVS apud Caesarem dixit: Caesar, qui apud te audent dicere, magnitudinem tuam ignorant, qui non audent, humanitatem.

3 stupro *ex* strupo **M** | stuprum *ex* stupro **M**[3] || 4 ille versas **M** *corr.* **M**[3] | nec **M**[3] | totus] *voces 'felices nuptae' ut innocentes excipit advocatus* || 5 incesta **M** *corr.* **M**[3] || 9 quidni[1] *ex* quidn **M**[3] || 10 quidni *recc.* quidnisi (-si *ras.* **M**[3]) **M** || 11 geminis **M** *corr.* **M**[3] || 13 explicit liber VI. incipit liber VII **M**

⟨CONTROVERSIARVM LIBER SEPTIMVS⟩

E ⌜Seneca Novato, Senecae, Melae filiis salutem

1 Instatis mihi cotidie de Albucio. non ultra vos differam, quamvis non audierim frequenter, cum per totum annum quinquies sexiesve populo diceret, ⟨et⟩ ad secretas exercitationes non multi inrumperent; quos tamen gratiae suae paenitebat: alius erat, cum turbae se committebat, 5 alius, cum paucitatem contempserat. incipiebat enim sedens et, si quando illum produxerat calor, exsurgere audebat. illa intempestiva in declamationibus eius philosophia sine modo tunc et sine fine evagabatur. raro totam controversiam implebat: non posses dicere divisionem esse, non posses declamationem; tamquam declamationi multum deerat, tamquam 10 divisioni multum supererat.

Cum populo diceret, omnes vires suas advocabat et ideo non desinebat: saepe declamante illo ter bucinavit, dum cupit in omni controversia dicere non quidquid debet dici sed quidquid potest. argumentabatur moleste magis quam subtiliter; argumenta enim argumentis colligebat et, 15 quasi nihil esset satis firmum, omnes probationes probationibus aliis 2 confirmabat. erat et illud in argumentatione vitium, quod quaestionem non tamquam partem controversiae sed tamquam controversiam implebat: omnis quaestio suam propositionem habebat, suam exsecutionem, suos excessus, suas indignationes, epilogum quoque suum. ita unam 20 controversiam exponebat, plures dicebat. 'quid ergo? non omnis quaestio

Praefatio libri septimi etiam in **E** *tradita est* || 1 Senecae *om.* **V** | meiae **B** malae **M** *corr.* **M**[3] | filiis *om.* α || 2 instantis **V** *corr.* **V**[2] | Albutio **V**, *et sic in sequentibus hic illic codd., quod non adnoto* | quavis **AB** || 3 audieram α | exiensve **AB** exiens ut **V** || 4 et *suppl. Kiessl.* | interrumperent **M** | ques **A** quaes **B** || 6 paucitate **M** | contemptus erat **M**[3] *ex quo* paucitate contentus erat *edd. nonnulli* || 7 audiebat **A** | illu **A** | intempestiba **AB** || 8 philosophias in ea modo **B** | a modo **A** | evagabatur] et vacabat **B** || 9 contraversiam **M** | posse **AB** || 10 posse *a. c.* **BM** *corr.* **M**[3] | declamationem] -one **A** || 12 dicerat **A** || 13 bucinabit **AB** | controversa **AB** || 14 dicit α *corr.* **V** | argumetabatur **V** || 15 subtuliter **B** | colligeba **AB** | et *om.* **M** || 16 esse *a. c.* **V** | aliis *om.* **M** *suppl.* **M**[2] || 17 quod *om.* **M** *suppl.* **M**[2] || 18 notam quam **M** *corr.* **M**[3] | *post* controversiam *ad* exponebat *l. 21 transcurrit* **M** (*omissa suppl. mg.* **M**[3]) *et deinde sic pergit:* plures dicebat suam excusationem (*cf. l. 19*) quid ergo *e. q. s.* || 19 omnis — habebat *om.* α | exsecutionem] *cf. adnot ad l. 18* || 20—21 suos — quaestio *om.* α

per numeros suos implenda est?' quidni? sed tamquam accessio, non
tamquam summa. nullum habile membrum est, si corpori par est.
Splendor orationis quantus nescio an in ullo alio fuerit. non hexis
magna sed phrasis. dicebat enim citato et effuso cursu sed praeparatus;
5 extemporalis illi facultas, ut adfirmabant qui propius norant, non derat,
sed putabat ipse sibi deesse. sententiae, quas optime Pollio Asinius albas
vocabat, simplices, apertae, nihil occultum, nihil insperatum adferentes
sed vocales et splendidae. adfectus efficaciter movit, figurabat egregie, 3
praeparabat suspiciose. nihil est autem tam inimicum quam manifesta
10 praeparatio; apparet enim subesse nescioquid mali. itaque moderatio est
adhibenda, ut sit illa praeparatio, non confessio.
Locum beate implebat. non posses de inopia sermonis Latini queri,
cum illum audires: tantum orationis cultae fluebat. numquam se torsit,
quomodo diceret, sed quid diceret. sufficiebat illi in quantum voluerat
15 explicandi vis; itaque ipse dicere solebat, cum vellet ostendere non hae-
sitare se in electione verborum: 'cum rem animus occupavit, verba am-
biunt'. inaequalitatem in illo mirari non libebat: splendidissimus erat;
idem res dicebat omnium sordidissimas: acetum et puleium et [Damam
et Philerotem] lanternas et spongias; nihil putabat esse, quod dici in
20 declamatione non posset. erat autem illa causa: timebat, ne scholasticus
videretur. dum alterum vitium devitat, incidebat in alterum, nec vide- 4
bat nimium illum orationis suae splendorem his admixtis sordibus non
defendi sed inquinari. et hoc aequale omnium est, ut vitia sua excusare
malint quam effugere. Albucius enim non, quomodo non esset scholasti-

2 si] sed *a. c.* **V** | corpore **AB** | pars *a. c.* **V** || 3 quantos **AB** | in nullo **AB M**; *confert Müll. p. 268, 19 sq.* | hexis *Burs. coll. Quint. X 1, 1* ex his *α* texis **M** tesis **M**^{3} || 4 frasis **M** pharasis *α* | et *om. α* | citato cursu et effuso **M** | praeparatus *p. c.* **V** -atis *α* -ato **M** || 5 ex-] et **V** *del.* **M** | ilti **AB** | propicius **M** || 6 putabatur **M** | obtime *codd.* | polio asinio **M** *corr.* **M**^{3} || 7 vocabat] violabat *α* | aperte *codd.* | inseparatum *α* || 7–8 adferent (-ens **V**) esse duo tales *α* || 8 adfectius efficacite *α* || 9 autem tam] autam **M** *corr.* **M**^{2} | inicum **AB** iniquum **V** || 10–11 adhibenda moderatio est **M** || 11 fessio **AB** || 12 impia **AB** vitio **V** *aperta interpolatione, ut saepe* | quari **A** || 14 sed quid diceret *om. α* || 15 ius **A** | ipsi **B** | haesitares *a. c.* **M** || 16 felectione **A** flectione **B** selectione **V** | rēm animus **M** remanibus **AB** pre manibus **V** || 17 nde qualitate **A** inde qualitatem **BV** | non *om.* **M** | licebat **D**^{2} *edd. plerique* | splendissimus **V** | irat **B** || 18–19 Damam et Philerotem *om. α* (*sed cf. adnot. ad l. 19*) damam et rhinocerotem *Opitz* || 19 laternas *ex* lant- **M** latrinas *Opitz* (latrinam *etiam Gron.*) | et filorotem spongias (sphogias **A** spogias **B**) *α de his 'spongiis' cf. p. 169, 18 sqq.* | lanternas et psilothrum et spongias *Burs.* | quid **A** | dici indici in **AB** *corr.* **A**^{2} || 21 alterum *utrumque*] aliud **M** | devitabat **V** | incidat **M** -cidit **M**^{3} || 21–22 nec – splendorem *om. α* || 22 admixtum **M** | sortibus **A** || 23 defendis **AB** || 23–24 excusarem aliquam effugere **B** || 24 malin **A** | comodo **M** *corr.* **M**^{3} || 24–*p. 168,* 1 esset – non *om.* **AB** non esset – non *om.* **V**

cus, quaerebat, sed quomodo non videretur: nihil detrahebat ex supervacuo strepitu; haec sordida verba ad patrocinium aliorum adferebat.

Hoc illi accedebat inconstantia iudicii: quem proxime dicentem commode audierat, imitari volebat. memini omnibus illum omissis rebus apud Fabianum philosophum tanto iuveniorem, quam ipse erat, cum codici- 5 bus sedere; memini admiratione Hermagorae stupentem ad imitationem
5 eius ardescere. nulla erat fiducia ingenii sui, et ideo adsidua mutatio; itaque dum genera dicendi transfert et modo exilis esse volt nudisque rebus haerere, modo horridus et squalens potius quam cultus, modo brevis et concinnus, modo nimis se attollit, modo nimis deprimit, in- 10 genio suo inlusit et longe deterius senex dixit quam iuvenis dixerat; nihil enim ad profectum aetas ei proderat, cum semper studium eius esset novum.

Idiotismos est inter oratorias virtutes res quae raro procedit. magno enim temperamento opus est et occasione quadam. hac virtute varie 15 usus est: saepe illi bene cessit, saepe decidit. nec tamen mirum est, si difficulter adprehenditur vitio tam vicina virtus. hoc nemo praestitit
6 umquam Gallione nostro decentius. iam adulescentulus cum declamaret, apte et convenienter et decenter hoc genere utebatur; quod eo magis mirabar, quia tenera aetas refugit omne non tantum quod sordidum sed 20 quod sordido simile est.

Raro Albucio respondebat fortuna, semper opinio: quamvis paenituisset audisse, libebat audire. tristis, sollicitus declamator et qui de dictione sua timeret, etiam cum dixisset; usque eo nullum tempus securum illi erat. haec illum sollicitudo fugavit a foro et tantum unius 25 figurae crudelis eventus: nam in quodam iudicio centumvirali, cum diceretur iuris iurandi condicio aliqua delata ab adversario, induxit eius-

2 patrocinum **M** *corr.* **M**² || 3 bocilli **A** | accedebat *recc.* -cidebat α**M** | commodet **A** || 4 vidierat **A** | illum omnibus **M** || 5 condicibus **AB** condiscipulis **V** || 6 adminitione *a. c.* **M** | Hermagorae *recc.* -cotae α -gota **M** -gata **M**³ | imitatione **A** -nes **M** || 7 ardescere *ex* add- **M** aresscere α | erat *om.* α || 8 transferet **M** -ferret **M**³ | et] ei **AB** *om.* **M** | modo exilis] ex illis α | vult **VM** || 9 squalens *Walter* valens α**M** || 10 brebis **AB** | contcintnus *a. c.* **M** | attollit — nimis² *om.* α | ⟨se⟩ deprimit *edd. sine causa et contra rhythmum* || 11 longe] lon α *corr.* **V**² || 11—12 quam — profectum *om.* α || 12 profectum *ed. Herv.* perfectum **M** | aestas α *corr.* **V**² | ei non proderat **V** | stidium *a. c.* **M** | esse **AB** || 14 ideotismos **AB** idiotissimus **M** | horatorias **B** || 15 hac] ac **M** | varie *ex* -iae **M** *om.* α || 17 praestit **M** || 18 gallionem **AB** | dicentius **M** *corr.* **M**² | adolescens **M** || 19 et decenter *om.* **M** || 19—21 quod — simile est *om.* α || 22 penitus set **A**ᵃ (*cf. adnot. ad l. 23*) || 23 audisse *om.* **M** -sset **B**ᵇ | *post* libebat *repetunt* **AB** fortuna — libebat, *del.* **A**² | audiret α | tristis — declamator *om.* **M** || 24 etia **B** | securi **M** || 25 illi *om.* α | tantum *ed. Frob.* tamen α**M** || 26 in] id **AB** illi **V** || 27 aliqua (*sic etiam* τ) delata *Schult.* (*cf. 169, 5* aliquando iacta **AB** aliquando facta **VM** aliquando lata *Gron.*

modi figuram, qua illi omnia crimina regereret: 'placet' inquit 'tibi rem iure 7
iurando transigi? iura, sed ego ius iurandum ⟨man⟩dabo: iura per patris
cineres, qui inconditi sunt, iura per patris memoriam.' et executus est
locum. quo perfecto surrexit L. Arruntius ex diverso et ait: 'accipimus
5 condicionem. iurabit.' clamabat Albucius: 'non detuli condicionem,
schema dixi.' Arruntius instabat; centumviri rebus iam ultimis prope-
rabant. Albucius clamabat: 'ista ratione schemata de rerum natura tol-
luntur!' Arruntius aiebat: 'tollantur; poterimus sine illis vivere.' summa
rei haec fuit: centumviri dixerunt dare ipsos secundum adversarium Al-
10 bucii, si iuraret. ille iuravit. Albucius non tulit hanc contumeliam sed
iratus calumniam sibi imposuit: numquam amplius in foro dixit. erat
enim homo summae probitatis, qui nec facere iniuriam nec pati sciret.
et solebat dicere: 'quid habeo, quare in foro dicam, cum plures me domi 8
audiant quam quemquam in foro? cum volo, dico; ⟨assum utri volo;
15 dico⟩ quamdiu volo.' et quamvis non fateretur, delectabat illum in decla-
mationibus, quod schemata sine periculo dicebantur.

Nec in scholasticis tamen effugere contumelias poterat Cestii, morda-
cissimi hominis. cum in quadam controversia dixisset Albucius: 'quare
calix, si cecidit, frangitur, spongia, si cecidit, non frangitur?' aiebat Ce-
20 stius: 'ite ad illum cras: declamabit vobis, quare turdi volent, cucurbitae
non volent.' Cum dixisset Albucius in illo fratre, qui fratrem parricidii 9
damnatum in exarmata nave dimisit: 'imposuit fratrem in culleum
ligneum', Cestius eandem dicturus sic exposuit controversiam: 'quidam
fratrem domi a patre damnatum noverca accusante cum accepisset ad

1 figura A | quia AB *corr.* A^2 | regereret M^2 regere et AV regere B inrogaret V^2 regeret M | tivi AB || 2 trass- *vel* trasigi α *corr.* V | iurea A | mandabo *Gertz* dabo αM || 3 per] pe AV *corr.* V | est] sum AB || 4 profecto α | arrumtius V aruntius M | ait accipimus] autcepimus M aut accepimus M^2, M^3 || 5 iurabit *Gron. ex codd.* -avit αM || 6 scema dixit aruntius M | centum viribus iam M *corr.* M^2 | properabant *Pincianus* -abat M || 6–7 properabant – ratio- *om.* α || 7 tollantur V || 8 agebat M *corr.* M^3 | poteribus AB | vivere] vire M *corr.* M^2 || 9 fuit] summa α *del.* A^2 || 10 iuraret AB *del.* A^2 *om.* V | albuius A | contomeliam B || 11 iuratus *Haase* | calūmā A | siv A sivi B | dixit. erat] dixerat α dicere erat *Haase* || 12 qui nec] quin eo V | iniuriam *om.* α | pati sciret] patesceret A patisceret V || 13 et – quid *om.* α | sobat *a. c.* M | foro – plu- *om.* α | dominibus *a. c.* M || 14 quam quemquam *om.* α || 14–15 assum utri volo, dico *om.* αM *suppl.* M^2 || 16 dicebamur A -batur M *corr.* M^2 || 17 -ticis – poterat *om.* α | contimelias M | cestu AB || 18 controversi (contra- A) AB || 19 calix sic accidit A si calix ceciderit M | si^2 *om.* M | sic accidit A | agebat M *corr.* M^3 || 20 declamavit AB -bat *a. c.* M | volant M | cucurvitae AB || 21 volant M | fratre (*cf. p. 170, argum.*)] -tro A *om.* M *fort. recte* | illa ⟨de⟩ fratre *Schult.* || 22 in^1 *om.* α | imposui *Hoffa, cum contr. VII 1 Albucius ipsius fratris partem agat* (*quod tamen hoc loco Sen. oblivisci potuit*) || 23 eadem ABM | dicturur A || 24 patce *a. c.* M

supplicium, imposuit in culleum ligneum.' ingens risus omnium secutus est. sed nec ipsi bene cessit declamatio; paucas enim res bonas dixit. et cum a scholasticis non laudaretur, 'nemo' inquit 'imponit hos in culleum ligneum, ut perveniant nescio quo terrarum, ubi calices franguntur, spongiae non franguntur?' 5

Video, quid velitis: sententias potius audire quam iocos. fiat: audite sententias in hac ipsa controversia dictas.⌝

1 E [thema] Mortua quidam uxore, ex qua ⌜duos filios habebat, duxit aliam. alterum ex adulescentibus domi parricidi damnavit, tradidit fratri puniendum: ille exarmato navigio imposuit. delatus est adulescens 10 ad piratas, archipirata factus est. postea pater peregre profectus captus est ab eo et remissus in patriam. abdicat filium.⌝

1 Albvci Sili. De fratre nec iudicare audeo nec loqui. uno nomine ⟨ei⟩ et gratias ago et gratulor, quod patrem servare potuit mori iussus. E ⌜Tanta tempestate confusus⌝ neque aestimare quicquam ⌜neque dispi- 15 cere potui⌝: ⟦plura tibi crimina, pater, fortuna torquente, quam quae videris ipse nosse, indicabo.⟧ solutum mihi fratrem tradideris an alligatum, nescio; quantum ad meum stuporem attinet, etiam fugere potuit. E ⌜nec satis memineram, tale ministerium mihi pater an noverca mandasset, ministerium an poenam esse voluisset, vindictam parricidii an parri- 20 cidium. Insui culleo fratrem iubes? non possum, pater. non ignoscis? an non credis? ego contendo ne te quidem posse.⌝ si quis tibi dixerit tyrannus: 'veni, tuis manibus filium insue'; in hoc opere potes oculis tuis,

1 colleum *a. c.* **M** | risum **M** *corr.* **M**^{2} || **1, 2** secutus est *om.* α || **2** sed] ne sed **AB** *corr.* **A**^{2} | ipse **M** *corr.* **M**^{3} | pauces *a. c.* **A** pauscas *a. c.* **M** | uonas **AB** || **2–3** et cum a] sed cum α || **3** non] dixit non α *corr.* **A**^{2} | imponet *Born., fort. recte* | in hos in **AB** *corr.* **A**^{2} || **4** spongiae **V**^{2} -ias α || **4–5** spongiae non franguntur *om.* **M** || **6** video] ideo α | fiat *om.* **AV** *post* audite *suppl.* **A** audite fiat **B** || **7** controversias **AB** || **8** thema *del. Müll.* | quidam **V**^{2}**E** -dem α || **9** parricidum **A** | dampnatum **V** || **10** fratri **V**^{2}**E** patri α | est *om.* **VE** *et del. Müll., fort. recte* || **11** factum **AB** | *post* profectus *habent* **AB** est postea pater peregre profectus, *verba* postea – profectus *del.* **A**^{2} || **12** patria **AB** | abdicate **AB** | filium **E** illum α || **13** silli α | frata **B** | loqui; ⟨quoi⟩ uno *Gertz* | ei *suppl. Kiessl.* || **14** et^1] ei *Burs., Madv.* | iustus **AB** || **15** nequaestimare **AB** | dispicere **E** -plicere α || **16–17** *verba* plura – indicabo *ut genuina quidem sed falso loco tradita seclusi* || **16** pluran **B** | tivi **AB** timui **V** || **17** nosse] nos re **A** | solutū **AB** || **19–20** mihi – ministerium **E** *om.* α || **20** voluisses **V** | parricidii an parricidium **E** an parricidia in parricidium **AB** (parricidia *del.* **A**^{2}) an parricidium **V** *sic interpretor: vindicta erat, si pater mandaverat, parricidium, si noverca* || **21** colleo **V** *corr.* **V**^{2} | fratrem **VE** -res **AB** fratrem ⟨a fratre⟩ *Gertz coll. p. 171, 2* | an] a **B** || **22** ne] nec **V** | quidem] quid **AB** | *post* posse *graviter distinxi et stilistica et rhythmica ratione suadente; nam quod vulg. comma ponunt, ut sequ.* dixisset *retineri possit, ne sic quidem plusqu. aptum videtur* | quis] q̃ **B** | dixerit *Gertz* -isset α || **23** venit vis **AB**

potes manibus uti? potes audire inclusi filii gemitum? si potes, timeo, ne
innocentem damnaveris; si non potes, quid frater in fratrem non posset,
patrem testem dedi. Quid accusas, quod impunitatem fratri dederim, 2
[in] quod fato consilium meum victum sit? a me frater, ut viveret, non
5 impetravit; ut fugeret, non impetravit. nihil aliud impetravit, quam ut
aliter quam in culleo moreretur. malam causam habeo ut inter fratres:
ubi spes? in gubernaculo? nulla est. in remigio? ne in hoc quidem est. in
comite? ⌜nemo repertus est naufragi comes.⌝ in velo, in antemna? E
⌜omnia paene instrumenta circumcisa sunt, adminiculum [in] spei nul-
10 lum est. patri sum excusandus an fratri?⌝ De filio tuo hoc respondeo:
quamdiu in patrio solo morari licet, civis est; proiectus in mare quidquid
post exilium et naufragium vel facit vel patitur ab omni foedere vitae
communis abstractus, poenarum eius pars, non [est] nequitiae opus est.
sed aliis querentibus te ipsum testem dabo non esse piratam. Ego illi 3
15 terrae, ego lucis conspectum, ego etiam mortis humanae facultatem abs-
tuli; Fortuna ipsa, quae miserita eius est, nihil tamen illi praeter mare
reliquit. 'Moriendum est mihi, pater iussit; neque ego te deprecor, ne
moriar, nec tibi licet non facere quod iussus es. inter patrem iratum et
fratrem moriturum arbitrium pietati tuae necessarium suscipe: sangui-
20 nem meum patri refer, culleum mihi remitte. volo mori sed pura manu
tua. ⌜hoc pietatis tuae munus ad inferos perferam, licuisse mihi per E
fratrem aliter quam parricidae mori.'⌝

ASINI POLLIONIS. Aequas mihi praebete aures: dabo vobis etiam dam- 4
natum absolvendum. ⌜'Vivit' inquit 'frater'; non credo. 'servavit' in-
25 quit 'me'; fecisti, ut crederem.⌝ Haec est summa rerum gestarum: 'in E
ea domo, in qua facile parricidium creditum est, ego fratrem occidere non
potui, frater patrem.⌝ 'Quid mihi cum ista tabula? semel mori volo.'

Q. HATERI. ⌜Emicabant densis undique nubibus fulmina et⌝ terribili E
fragore ⌜horridae tempestates absconderant diem⌝; imbres undique, et
30 omnia procellis saevientia: 'expectat' inquam 'parricidam mare.' ⌜In- E

1 potes[1]] -est **A** | inclusii **AB** || 3 patrem] pater **AB** | dedit **V**[2] || 4 [in] quod *Haase* in quod **AB** in quo **V** [in] quom (cum *scr.*) *Gron.* | facto **BV** *corr.* **B** || 6 in *om.* **A** | causam malam **V** *corr.* **V**[2] || 7 nullum *Haase, Jahn* | remigio? ne in *Burs.* regimionem **A** remigionem **BV** *quod in* remigio non est *corr.* **V** remigio? ne *edd. vett.* || 8 antemna *Ballas* arte in **AB** arte **V** artemone *Ritschl* | 9 adinmiculum **A** | in *deest in* **E** | in spei *del.* **B** | spei **B** (*vide adnot. praeced.*) **E** spe **AV** | mullum **V** || 10 an **E** ad **AB** at **V** || 11 marrari **A** || 12 exilium *bis* **AB** *corr.* **A**[2] | foedare **A** || 13 est[1] *del. Thomas, Madv.* [non] est ⟨non⟩ *Gron.* pars, non et *Schult. fort. recte, cf. p. 173, 14* || 14 alis **AB** || 15 lucis *p. c.* **V** locis α || 16 miserita *Schult.* miserit α miserta τ || 18 moriam **AB** | tivi **AB** | non] nec **A** || 19 arvitrium **AB** || 20 moriri **A** | pura *dett.* plura α || 22 aliter **E** τ aliquem α, *cf. p. 178, 13* || 24 absolvendum **V**[2] ob- α | fervavit (*ut vid.*) **B** || 26 ea *om.* **AE** || 27 ⟨nec⟩ frater *Schult.* || 28 quinti aterii τ quid (qui **B** quī **V**) cateri α || 28.29 terrivili fracore **AB** || 29 horride tempestatis **A** || 30 saevientiam **A**

tumuerat⌝ subitis tempestatibus ⌜mare iustis quoque navigiis horrendum.⌝ fateor, pater, dixi: fratrem tibi, si innocens est, Fortuna, commendo. ⟨Inveni relictum [etiam] a naufragis navigii⟩ fragmentum, infelix etiam navigaturis omen, quod si quis gubernator vidisset, iter suum distulisset. naufragus a litore emittitur. 5

5 E MARCELLI AESERNINI. ⌜Habes, inquam, frater, si innocens es, navigium, si nocens, culleum. Non feci parricidium et — quam facile erramus homines! — factum putavi.⌝ Deliberabam, an parerem patri: ⌜'frater', inquit 'tu primus in domo parricidium facies.'⌝

ARGENTARI. 'Quod iusseras factum est: periit frater.' 'vivit' inquit 'et 10 me dimisit': bono argumento probatur vivere. Vtrasque ad caelum manus sustulit: 'si nihil umquam impie cogitavi, ⟨si⟩ patrem meum etiam damnatus diligo, di immortales, veri hominum iudices, adeste.' si aliter sentiret, infelicia sibi imprecatus est maria. sic navem suam rexit.

6 E BLANDI. ⌜Iacebat in litore navigium, quod etiam integrum infeliciter 15 vexerat. Credam parricidam, si tibi proficiscenti navigium suum reddidit. Subito mihi non sentienti ferrum cum animo pariter excidit: torpent manus, et nescio qua perturbatione tenebrae stupentibus offunduntur oculis. intellexi, quam difficile esset parricidium facere, etiam quod imperaret pater. Ita mihi, quae sola miseros in domo nostra respicis, Fortuna, suc- 20 curras⌝, ita mihi contingat aut honeste vivere aut mori, ita ex domo nostra ego sim ultimus reus, ut ille iurabat meliorem se novercam habuisse quam fratrem.

7 CORNELI HISPANI. Fateor, volui occidere sed tunc intellexi, quam difficile esset parricidium. 'Ego' inquit 'patrem occidere volui? ne nunc 25 E quidem possum.' ⌜Pater⌝ noster navigavit sereno die, ⌜tranquillo mari, auspicato itinere, integra nave. quid hoc est? felicius navigavit damnatus quam qui damnaverat.⌝ 'Vade' inquit; 'patrem te habere mihi non licuit:

1 mare *ut ex praecedentibus male repetitum del. Novák* || 2 fateor, pater *Gertz* fateor fateor **α** | dixit **AB** | tivi **AB** | inocens **V** non cens **AB** | 3 Inveni — navigii *post* facies *l. 9 hab.* **α**, *transp. Kiessl.* | inveni relictum *Faber* invenire locum **α** | etiam *del. Müll. 'ut ex vers. sequenti anticipatum'* | a] an **A** | navigii *scripsi* -gium **α** | fracmentum **AB** || 4 quis *a. c.* **V** | iter *ed. Rom.* vitem **α** || 6 innoces **B** || 7 facile **E** ficile **AB** facillime **V** | herramus **AB** || 8 omnes **E** | frater **Eτ** -rem **α** || 9 tu primus **Eτ** turrimus **α** | facies] *cf. adnot ad l. 3. fort. post* facies *signo interrog. distinguendum* || 10 *sic interpunxi* (*1976, 126*): . . . factum est; periit. (*i. in cassum feci*) 'Frater vivit' *e. q. s.; cf. p. 171, 4, sed etiam p. 173, 23. locus dubius* || 12 si *suppl. ed. Rom.* || 13 di] dum **A** (dii **A**^{2}) si **V** | mortales **A** | veri hominum *scripsi* verum omnium **α** veri rerum omnium *Gertz et liber Schotti* (veri iudices rerum omnium) | iud **α** *ut saepe* || 15 iacebat **Eτ** lat- **α** || 16 vexerat **E** vexaret **α** | parricida non **V** || 16—17 tibi — subi- **E** *om.* **α** || 18 stupetibus **A** || 19 imperasset **E** || 21 vivere **τ** dicere **α** degere *Heinrich* || 23 qua **AB** || 25 difficele **A** || 26 negavit **A** || 27 navi **V** | hoc] hos **AB** | felicius **E** *dett.* *om.* **α** | negavit **A** || 28 mihi *om.* **A**

habebo patronum. revertere.' magnum pietatis argumentum filio carus
pater etiam post supplicium! ⌜utrum vobis videtur innocentiam apud E
piratas didicisse an ne apud piratas quidem perdidisse?⌝

ARELLI FVSCI patris. Potuit patrem occidere: ecquem testem timebat?
5 Abdicatus a patre quo me conferam? in maria non possum: iratos habeo
piratas. Cum traditus est mihi frater, imperatumque, ut sumerem suppli-
cium, si qua est fides, temptari me putavi, an possem parricidium facere.

PORCI LATRONIS. ⌜Perieras, pater, nisi in parricidam incidisses.⌝ 8 E

TRIARI. In naufragio navigabat. Parum est quod non occidit patrem,
10 immo etiam integra nave dimisit. ⟨Etiam pirata dicitur: iterum falso
crimine male audit.

CESTI PII. ⌜Erat navigium — immo fuerat —⌝ sed⟩ putre, resolutis E
compagibus, infelix omen navigationis. 'Insue me culleo: certe sentiam
maria, non et videbo.' ⌜Scissa quoque vela fecerant sinus, et armatas E
15 classes naufraga praecesserat ratis: scires navigare qui servaturus esset
patrem. O crudelis et pertinax noverca!⌝ post omnia devicta ⌜nihilomi-
nus saevit: maria iam quiescunt, praedones iam miserentur, irati iam
parcunt.⌝ Ibamus praeter sepulcrum matris, ille mortem timens, ego
scelus. Expectate, iudices; iam Fortuna nobis obiciet scelus. Iacebat
20 navigium pervetus et attritum salo, vix unius capax animae.

*** ⌜Veni ad vos⌝ victoriam pulchram petiturus: ⌜ut probem me parri- E 9
cidam⌝. non occidisti, inquit, fratrem: noverca, audi iucundissimam vo-
cem: fateor me parricidam; occidi fratrem. tutus sum, pater, si hoc
probavero? imposui in exarmatam navem: non est ⟨hoc⟩ occidere? no-
25 vercae quidem numquam satis privignus occiditur. ⌜multas rerum natura E
mortis vias aperuit, et multis itineribus fata decurrunt⌝, et haec est con-
dicio miserrima humani generis, quod nascimur uno modo, multis mori-
mur: laqueus, gladius, praeceps locus, venenum, naufragium, mille aliae
mortes insidiantur huic miserrimae animae. et hoc occidere vocatur, sed

1 habeo **B** | patronum *ed. Herv.* patrocinium α || 3 an — perdidisse **E** *om.* α || 4 patris] p. α | ecquem τ et quem α || 5 piratos **AB** || 6 fratrem **AB** || 7 temptari *dett.* -avi α | possum **A** | parricidiam **V** || 10 integram **B** || 10–12 etiam^2 — sed *post* patrem (*l. 16*) *hab.* α, *transp. Haase, Kiessl.* || 11 male τ mal **AB** mala **V** || 12 putre] patrem **V** || 13 compacibus (cum- **B**) α *corr.* V^2 | navigaturis *dubit. Gertz, cf. p. 172, 4* | certes **AB** certe si *Gertz* | sententiam **AB** || 14 et^1 *Müll.* ea α etiam *C. F. W. Müll.* | scissa **E** scio α | vela **E** velant α velantur V^2 | facerant **A** || 15 ratis] navis **E** | scires **E** -ret si **A** -ret s **B** -ret **V** || 16 patrem] *cf. adnot. ad l. 10–12* | o **E** hoc **AB** huc **V** adhuc V^2 || 18 morte **AB** || 19 iudices iam] iud iam **AB** videam **V** | in nobis **A** || 21 *nomen rhetoris excidisse indicavi* | ut probem me] utro homine **A** utrobem me **B** || 22 audi *Gron.* -divi α | iucundissimam vocem *ed. Herv.* -ma voce α || 23 parricida **AB** || 24 probavero τ prohabere **A** probabere **BV** | hoc *suppl. Kiessl.* || 25 privignus *dett.* -num α || 26 aperuet *a. c.* **A** | facta *a. c.* **V** || 28 venenus **AB** || 29 sed] sub **A**

diutius: si quis nunc stat in turba, hoc dicit: 'huic quisquam parcat, qui
10 fratrem suum occidit et occidisse se probat?' Componis in domo par, ut
alter scelere sit parricida, alter ministerio. 'Impositus est in navem fra-
ter': qualem navem! scitis nihil esse periculosius quam etiam instructa
navigia: parva materia seiungit fata. quid si vero non rudentibus com- 5
mittitur illa anima, non velis, non gubernaculo defenditur? exarmata
navis est, utroque patens latere. imponitur miser in naufragium, navigio
per se pessum ituro pondus insidit. ecce navem divinitas armat: subito
visa sunt vela, subito navis coepit erigere se et attollere. magnum prae-
sidium in periculis innocentia. saevum mare volvitur, procellae spumante 10
impetu latera navigii urgent, pulsatur undique navis periculis; innocen-
11 E tia tamen tuta est. ⌜o maria iustiora iudiciis, o mitiores procellae patre!⌝
quam ⟨securiorem vos umquam⟩ effecistis animam? nec hoc tantum di-
vinitus gestum est, quod pervenit tutus in portum: excipitur classe prae-
donum. 'Habeat pater mentem navigandi; capietur iudex, ut illum pae- 15
niteat sententiae suae.' 'Damnare me noverca parricidii potuit, parri-
cidam facere ne damnando quidem potuit. cognosce innocentiam meam
in mari, quam domi noluisti.' complexu, osculis prosecutus est: sic
patrem parricida dimisit.

12 IVNI GALLIONIS. Multa non adgnosco: frater ⟨in⟩ domo damnatus est, 20
ego in publico; illi obiectum est quod parricidium fecerit, mihi quod non
fecerim; ille negabat, mihi novo patrocinio utendum est: fratrem occidi;
in ea domo, in qua parricidia damnantur, haec innocentia est. video vos
invitos audire hoc genus defensionis; malo itaque me vobis innocentem
probare quam patri: fratrem non occidi. non potui fratrem occidere: 25
idem timuimus, idem doluimus, idem flevimus, eundem patrem habuimus,
13 eandem matrem, eandem novercam. mitioris natura pectoris sum, mol-
lioris animi. non idem omnibus mortalibus natura tribuit ingenium: ani-
mus durior est illius, ⟨illius⟩ clementior. apud piratas quoque invenitur
qui non possit occidere. puta⟨ti⟩s me dicturum: 'ne alius ⟨dimitteret, 30

1 hoc] et hoc **V** || 2 occidisse] -sset **AB** || 3 Impositus . . . frater *patri tribui* || 5 quid *Kiessl.* (*qui* quid vero, si *scr.*) quod α || 7 est *Schult.* (*qui tamen* ⟨est⟩ et *legit*) et α | petens **AB** | navitio **AB** *corr.* **A**^{2} || 8 insidit (*vel* -det) *Watt* insui **AB** -suit **V** -silit *Thomas* || 9 visa *dett.* via α | vella α *corr.* **V**^{2} | erigere se *Madv.* et regeres **AB** et regere se **V** | magnum in **V** *corr.* **V**^{2} | praesidiu **AB** || 10 innocentiam **A** | marem **B** | involvitur **V** || 11 lantera **AB** || 12 o^1 **E** *om.* α || 13 securiorem vos umquam *supplevi; alii alia* | effecisti **A** | ne **B** || 14 portum *ed. Herv.* -us α || 15 capiatur *Faber, sed cf. H.-Sz. 311* || 17 nec **V** || 18 qua **AB** || 19 parricidam **BV** *corr.* **V**^{2} || 20 Iunii **D** funi α | in *supplevi* || 21 obiaetum **AB** | fecerit *ed. Rom.* -erat α || 23 parricidiae **V** -dae **V**^{2} || 23.24 vos invitos *ed. Frob.* ut invictos α || 24 vobis] vo ius **A** vovis **B** || 25 fratrem^1] -tre **B** | potuit **AB** || 26 eundem] undem **AB** || 28 natura *om.* **V** *suppl.* **V**^{2} | animus ⟨huius⟩ *Faber* || 29 illius^2 *suppl. Walter coll. p. 307, 14* | clementiora **V** *corr.* **V**^{2} || 30 putatis *Müll.* putas α (*cf. p. 175, 22*) || 30—*p. 175,* 1 dimitteret — alius *supplevi*

fratri tradidit'? fecit, ne alius⟩ occideret: si mater nostra viveret, puto, illi tradidisset; quod proximum fuit, mihi tradidit. utrum vobis videtur per manus fratris punire filium voluisse an ablegare privignum? Pudet me patrocini mei: timeo, ne, cum coepero narrare, quid fecerim, dicatis: 5 'certe negabas posse te hominem occidere'.

MVSAE. Traditus est frater puniendus mihi potissimum. quo istud pro- 14 posito, pater, feceris, apud plerosque disputationem habet; ego, si quid mitius illo tempore voluisti fieri, non intellexi. Imposui multum recusantem et insui culleo postulantem. Obicis mihi molliorem animum: alius 10 mitior est, plus quam debet, alius saevior quam necesse est, mediis alius adfectibus [in] inter utrumque positus totus in sua potestate est. quidam et accusare et damnare possunt et occidere; quidam tam mites sunt, ut non possint in caput ne testimonium quidem dicere. non possum hominem occidere: hoc vitium et apud piratas invenitur. alii vivere sine rei 15 publicae administratione non possunt; aliis in privato latere et extra omnem invidiam secessisse praecipua tranquillitas est; aliis non potest persuaderi, ut matrimonio obligentur, aliis ut careant. sunt qui castra timent, sunt qui cicatricibus suis gaudent. in tanta morum varietate 15 videte, quantulum sit quod excusem: non ambitioni, non inertiae veniam 20 peto: misericors sum, non possum occidere hominem. gratulare, pater, naturae meae: numquam eiusmodi filius parricidium faciet. hoc vitium a te traxisse videor. an ⌜non putatis misericordem, qui, quem damnavit, E puniendum fratri dedit? centurio Luculli Mithridaten non potuit occidere;⌝ dextra simul ac mens elanguit. pro bone Iuppiter, ⌜Mithridaten 25 quam non dubium parricidam!

POMPEI SILONIS. Gaude, pater: neuter ex filiis tuis parricidium fecit.⌝ Dimisi a portu naufragum; ⌜narra, pater, quomodo te dimiserit sic dimissus.⌝ Vis, pater, scire, accusator nocentior sit an reus? conice in alteram navem novercam, illa faciat vota, precetur: 'si neminem inno- 30 centem accusavit, si privignum immerentem non oppressit'; in eos piratas incidet, qui nesciant captos dimittere.

Altera pars. MVSAE. Parricida meus in mari regnat. 16

2 utrum D² uter α ‖ 3 fratris T patris α ‖ 4 mei *om.* V *suppl.* V² | tum B ‖ 7 quis A q̄ B ‖ 8 ollo *a. c.* V | voluisti *Gron.* -uit α ‖ 9 cullec B ‖ 10 plus *del. Müll.* ‖ 11 in¹ *del.* V² ‖ 12 quidem V *corr.* V² ‖ 13 dicere quidem V ‖ 14 apud] caput (*sc. ex l. 13*) A | sene V *corr.* V² ‖ 15 pribato AB ‖ 20 hominem V² -num α ‖ 21 natulae AB neturae V *corr.* V² | neae AB | eiusmodo A ‖ 22 putatis E putas α (*cf. p. 174, 30*) ‖ 23 mitridatem (metr- V) α ‖ 24 me se languit AB mens elanguit *in* mente languit *corr.* V² | mitridaten α ‖ 25 nondum dubium A ‖ 26 ex E *om.* α | filius tuus V ‖ 27 a *Burs.* o AB in V | portum V *corr.* V² | naufragium AB ‖ 27–28 narra – dimissus E *om.* α ‖ 28 coice α ‖ 31 incidet *Schult.* -dent AB -dat V ‖ 32 parricida meus V² -dam eius α

E SEPVLLI BASSI. ⌜Nega agedum parricidam fuisse quem scis esse piratam.⌝

GAVI SABINI. Facinus indignum! damnatus parricida post poenam potuit dicere patri suo: 'morere'.

Divisio. LATRO in has quaestiones divisit: an licu⟨er⟩it illi quod iubebat pater facere. non licet, inquit, fratrem necare, ⟨nec iure⟩ ille damnatus erat; non enim iudicio publico ceciderat. ignosce, si diligentior sum: cum videam hominem tam facile damnari, timeo, ne quis me parricidi postulet; facile est. si dicenda erit domi causa, etiam nocens absolutionem sperare potero; in foro quid respondebo? 'occidi fratrem'? parricidam me quidam vocant, quod non adfui reo. si licuit, an debuerit. 17 E ⌜'nocens est iste': sed mihi frater est. naturae iura sacra sunt.⌝ quid de me iudicaturus es, si fecero? puto, difficulter postea in me parricidium credes. etiamsi debuit parere patri, an ignoscendum sit illi, si non potuit. fatebor, inquit, quod fortasse offensurum est aures ⟨vestras⟩ [fratrem offensurum est]: patri parere volui; fratrem occidere non potui. obortae sunt subito tenebrae, deriguit animus, sublapsum est intercepto spiritu corpus. non possum fratrem occidere; pone hoc loco piratam: non poterit. quidam occidere hominem tantum non possunt; quorundam adversus hostes deficit manus. fratris quoque beneficium non est tam magnum, pater, quam putas: non ille te noluit occidere, sed ⟨non⟩ potuit. novissimas illas partes fecit: quamvis non occiderit, si tamen puniit damnatum, an abdicari non debeat. dicit enim pater: si non poteras, negasses et 18 misisses ad me non posse te. hoc loco dixit LATRO rem valde laudatam: E ⌜'dixisses' inquit 'te non posse'; ita tu nesciebas?⌝ putasti me posse occidere? quid ergo sic loquebaris, tam⟨quam⟩ unum parricidi condemnasses? deinde, an punierit fratrem: hic descriptio supplicii, quod dixit gravius

1 nega agedum *Novák coll. p. 306, 21; 359, 14, alia* necadum **AB** negandum **V** nega nunc **E** nega tu *edd. vett.* | scisses separatam **A** scisses se piratam **B** || 3 cavi *α* | facimus **A** || 5 licuerit **D²** -uit *α* || 6 necare **V²** ne **AB** nec re **V** | ⟨nec iure⟩ ille *Heinrich* damnatus ille **AB** ille **V** ⟨nec⟩ ille *Kiessl.* || 7 dilientior **B** || 9 postolet **A** | erit *Müll., quod dubit. praetuli* sit *α* est *Madv.* (dicendast) || 11 quidem **V** | licui tam **AB** || 12 natura **AB** | iure **B** | *post* sunt *habent* **E** (*et edd.*) etiam apud piratas*; non accepi* || 12–13 quid de me] quidem (-dd- **B**) et **AB** quid de me tu *Gertz* || 13 es *ed. Rom.* est *α* | puto] potero **A** | in] m **A** || 14 crudes **AB** | igniscendum **A** || 15 vestras *supplevi* || 15–16 aures – est *om.* **B** | fratrem offensurum *del.* **A²** (*et fort. etiam* est *delere voluit*) || 16 patrii **A** patru **B** | parere *om.* **AV** *suppl.* **V²** | volui *cod. Voss. Gronovii* nolui *α* || 17 deriguit *Gertz* di- *α* | interquepto **AB** || 18 poeno **A** pono **V** *corr.* **V²** || 19 homine **A** || 20 dificit **B** | beneficium *ed. Herv.* vene- *α* || 21 non *suppl.* **V²** || 22 punit **AB** (*et fort.* -nît *hic et alibi scribendum*) potuit **V** | damnatu **AB** || 23 abdioari **B** | et] ut **A** || 25 dixisses **V²** -sse *α* || 26 tamquam *τ Schott* tam *α* || 27 puniri **A** | desciptio **AB** | gravios **AB**

etiam culleo fuisse, et adiecit hodie⟨que⟩ illum poenas dare inter barbaros inclusum, 'per quos necesse est illi patria, populo, lare carere; sed ne per illos quidem necesse est parricidium facere.'

Hac divisione usi sunt, quibus placuit damnati causam non defendere
5 et tantum suam agere. alia usi sunt, quibus placuit et illius causam defendere. inter quos et GEMINVS VARIVS fuit, qui aiebat adulescentem optimam causam habere, si non occidit fratrem etiam nocentem, meliorem tamen, si non occidit innocentem (patitur autem materia). fecit 19 ergo has quaestiones Geminus et quibus idem placuit: an abdicari non
10 debeat, etiamsi nocentem fratrem non occidit. hic dixit: ⌜non licuit, non E debui, non potui.⌝ an innocentem non occiderit. bellam rem hoc loco Geminus dixit, cum coepisset per omnis numeros fratrem tamquam reum defendere: dicet, inquit, aliquis: 'tam sero defendit?' non potui citius: hodie primum res in forum delata est. novissime: an etiam nocentem sa-
15 tis punierit.

De colore inter maximos et oratores et declamatores disputatum est, 20 utrumne ⌜aliquid deberet dici in novercam⌝ an nihil. PASSIENVS et AL- E BVCIVS et praeter oratores ⌜magna novorum rhetorum manus in hanc partem transit⌝. fuerunt et qui in novercam inveherentur; ⌜fuerunt et
20 illi, qui non quidem palam dicerent sed per suspiciones et figuras; quam rem non probabat PASSIENVS et aiebat minus verecundum esse aut tolerabile infamare novercam quam accusare. quidam principia tantum habuerunt in sua potestate, deinde ablati sunt impetu. excusatius est autem in malum colorem incidere quam transire.⌝
25 LATRO illum introduxit colorem rectum in narratione, quo per totam actionem usus est: non potui occidere. et cum descripsisset †ingenti† spiritu titubantem et inter cog⟨it⟩ationem fratris occidendi concidentem,

1 hodieque *Gron. quod dubit. praetuli* hoc die α hodie *Faber* hodie ⟨quoque⟩ *Müll.* hoc, diu *Castiglioni, haud male* | barbaras *a. c.* **B** || 2 inclusum *dett.* -sus α | illi *Schott* illis α | patria, populo, lare *Madv.* patre (-tri **A**) populari α | carere *Nunnesius,* sed *dett.* caperes eo α || 4 visi **BV** *corr.* **V** *vel* **V**^{2} || 4–5 damnati – placuit *om.* **V** || 5 visi **B** | *post* placuit *repetit* **B** damnati causam non defendere *sed del.* || 6 varus **V** | adiebat **AB** || 7 fratrem *del.* **A**^{2} | nocentem *p. c.* **A**, **V**^{2} inno- α || 7–8 meliorem – innocentem *om.* **A** || 8 materiam **V** || 9 ergo *Haase, Burs.* erga α || 10 dixit *ed. Schott.* -cit α || 11 hodoco **A** || 12 coepisset **V**^{2} -ent α || 13 defendis *edd. sine causa* || 16 colere **BV** *corr.* **V**^{2} || 17 aliquid **E** -quis α | Passienus *Faber* (*cf. l. 21*) pdsenus α | albutius α || 18 novorum *Gron.* bon- α**E** || 19 transiit **E** transi α | fuerunt[1] *Kiessl., Madv.* fuerant α transi fuerant *in* transiverant *corr.* **V**^{2} || 21 toleravile **AB** || 22 quidem **AB** || 24 colore **A** || 25 rectum] *cf. Quint. IX 4, 124* simplici rectoque dicendi genere *et sim.* | totum **AB** || 26 potui *ed. Schott.* -uit α | decripsisset **A** | ingenti] *fort.* languenti *vel* fugiente *vel* ⟨def⟩iciente, *cf. p. 176, 17* || 27 cogitationem *Haase* rogationem (-ne **V**) α

dixit: noverca, aliud quaere in privignum tuum crimen: hic parricidium non potest facere.

21 CESTIVS colore alio usus est: transiebamus, inquit, secundum matris sepulchrum; invocare coepit manes eius. motus sum. et puerili sensu colorem transcucurrit: quid facerem? inquit; occidere pater iubebat, mater vetabat. et hunc colorem dixit: haec mecum cogitavi: non est imperatum, ut manu occiderem, non ut laqueo, non ut mari; eligere supplicio genus liberum est. 5

FVSCVS ARELLIVS hoc colore usus est: temptari me putavi a patre; uno, inquam, supplicio alterum filium punire, alterum experiri volt. 10

ALBVCIVS in argumentis plura posuit et omnes fere colores contrectavit. in narratione hoc colore usus est: [et] dixit: 'hoc unum mihi praesta beneficium: sine me ⟨non⟩ tamquam parricidam mori.'

22 ARGENTARIVS, [non] tamquam ⟨non⟩ frater ⟨es⟩set huius consili inventor, dixit: cogitavi, quid facerem; tandem inveni, quomodo parricidium vindicarem sine parricidio. 15

PASSIENVS hoc colore usus est: non putavi patrem velle utique occidi filium; videbatur mihi omnia misericordiae praeparasse: quod domi cognoverat, quod inter suos. fratri, inquam, tradidit: age, si parcere voluisset, cui tradidisset? 20

POLLIO ASINIVS dixit in novercam; itaque illo colore usus est: cogitavi mecum, quid liceret, quid oporteret. si tantum, inquam, nefas commissum est, nullae meae partes sunt: ad expiandum saeculum triumviris opus est, comitio, carnifice. tanti sceleris non magis privatum potest esse supplicium quam iudicium. 25

MARCELLVS dixit: ita si iste parricidium fecit, ideo et ego faciam? et illam quam supra sententiam rettuli: habes, inquam, frater.

23 VARIVS GEMINVS et ipse dixit: nolui occidere. egregie, inquam, noverca inter privignos divisit odium; aliter alium adgressa est: alteri parricidium obicit, alteri mandat. et hac illum figura defendit in narratione: interrogavi fratrem: apud quem praetorem causam dixisti? 'apud nullum' inquit. quis accusator fuit? 'nemo.' quis testis, immo qui testes 30

1 novercali ut **AB** || 3 transiebamus *e. q. s.*] *cf. p. 173, 18* || 4 manus **A** | sensu **V**[2] -sum α || 5 iubeat **A** || 6 hunc colorem *A. Franzoi* cum colore α || 7 mariae licere **B** | supplici(i) *dett., edd., fort. recte* || 9 putavi *ex* peccavi *corr.* **V**, *cf. p. 173, 7* || 10 alterum[1]] -eram **AB** | alterum[2]] -eram **B** | vult **V** || 11 albutius **AB** | contractavit **AB** || 12 et *del. Wb.* | dixit *sc. frater damnatus* || 13 non *suppl. Faber* | parricidium *a. c.* **B** (*cf. p. 171, 21 sq.*) || 14 non *transp. C. F. W. Müll., Otto* | fratre **AB** *del.* **A**[2] | esset **D**[2], *Faber* se α || 17 utiquo occidit **AB** || 19 patri **AB** || 21 novercam **V**[2] -ca α | illo **V**[2] ille α || 22 oporterent **V** *corr.* **V**[2] || 23 saeculum] scelus *vulg.* || 24 committio α | tantis **AB** || 27 supra] *p. 172, 6* | retuli **AV** || 29 vignos **AB** | aliter] alteri **V** | adgresses stalteri **AB** || 30 obiecit **A** || 31 praeceptorem **A** || 32 quis[1]] quid **AB**

(uni enim etiam de minore scelere non creditur)? 'nemo' inquit. quis de te pronuntiavit? 'nemo. quid porro?' inquit, 'ego, si reus fuissem, ad te non misissem?'

SEPVLLIVS BASSVS hoc colore usus est: non habui parricidae instru-
5 menta, non culleum, non serpentes; parricidam tamen in maria proieci.

⌜HISPANVS duro colore usus est: hoc, inquit, supplicium tamquam 24 E gravius elegi.⌝ quid? iste, inquam, insuetur et statim omnem sensum supplici effugiet? immo sollicitus pendeat et, quod ne insuti quidem parricidae patiuntur, ipse poenam suam spectet; nihil speret, timeat omnia.
10 peius debet quam ceteri parricidae mori: a patre damnatus est. et hoc colore per totam declamationem usus est, ut diceret hoc se tamquam gravius elegisse. ⌜displiceat color hic prudentibus: quam enim spem E habet absolutionis, si nec paruit nec pepercit?⌝

HATERIVS hoc colore usus est: diu mecum disputavi: 'parricida est,
15 quem non index protrahit, non testis coarguit? quid ergo? innocens, quem condemnat pater?' invenio[que] poenam simillimam reo: mersam, non tamen ex toto perditam ratem, quae vel punire fratrem posset vel absolvere.

TRIARIVS et ipse, quasi sententiam de fratre ferri voluisset, egit et 25
20 dixit: tandem ad caelum manibus levatis 'quidquid est' inquam 'quod terris imperat, quod regnat profundo, quidquid est, quod ex sublimi res spectat humanas, invoco: damnatus alto committitur; di, iudicate post patrem! haec sententia dicebatur ex Graeco translata, sed Graeca corruptior est: *Πόσειδον, ἀμετρήτων δέσποτα βυθῶν, τὴν ἐνάλιον κληρω-*
25 *σάμενε βασιλείαν, ἀνάγεται πατροκτόνος· μετὰ πατέρα δίκασον.*

A parte patris, quod ab archipirata dimissus est, sic CESTIVS: poenam, inquit, putavit mihi hanc esse morte graviorem. et sic posuit in narratione: rogabam, ut occiderer: non impetravi.

VARIVS GEMINVS ait: in hoc ⌜me dimisit⌝, non [me] quia ⟨me⟩ volebat 26 E

1–2 pro te denuntiavit **V** *corr.* **V**² || 2 ergo **AB** | fuissem *del.* **A**² | at **B** || 4 parricidii *Drechsler coll. p. 199, 23* instrumento parricidii, *fort. recte* || 7 statum **B** || 9 ponam **B** | spectat *a. c.* **V** | sperat **AB** || 11 colore *om.* **V** *suppl.* **V**² | tote **AB** || 12 displicebat **E** *r* | locor **AB** || 15 non testis protrahit (probavit **V**) non index (idex **AB** iudex *edd. vett.*) coarguit (quo- **B**) *α* *transp. Gertz* | innocens ⟨est⟩ *Gertz* || 16 -que *delevi* | simillimam reo (*i. aeque dubiam et incertam ac noxam rei*)] -mam rei *Otto* || 17 non – quae *om.* **A** | toto **V**² -ta **BV** || 18 absolveret *a. c.* **V** || 19 quae sis **AB** | sentenam **A** || 20 levabis **A** lebatis **B** || 21 sublimo **V** *corr.* **V**² || 21–22 respectat humanitas **AB** || 23 haec *ed. Ven.* ex *α* | sententiae **A** || 24 ΠOCelaON *α* | aeCΠOTa (eCΠ- **A**) *α* | *ἐνάλιον Burs.* aPIOn *α* aNaRION **BV** *ἐναλίων Gron.* | *κληρωσάμενε Jahn* KaNΠωCaMeNe *α* || 25 BaCITIelAN aNaTeTal laTIPOKTONOC (Πa⌝ POKTONOC **B** POKTONOC **V**) *α* | aIKACON *α* || 26 archipirate *a. c.* **A** | sic] sio **V** || 27 hac *a. c.* **A** || 28 rogabam ut **V**² -bamus *α* | imperavi **V** *corr.* **V**² || 29 me *transp. C. F. W. Müll.* *del.* **A**²

salvum esse, sed ⌜ad patrocinium suum, ut, quia non nunc occiderat, videretur nec ante voluisse⌝.

Latro dixit: quis porro me uno miserior est, qui ⌜vitam parricidae debeo⌝?

Diocles Carystivs elegantem sensum in prooemio posuit pro adu- 5 lescente, cum diceret causas se abdicationis non invenire: luxuriae se occasionem non habuisse, parricidium sibi non obici; etiam contrario se crimine laborare. fortasse, inquit, queritur, quod captum non redemerim. adiecit: *οὐκ ἐχρῆν λύτρων· παῖς ἦν.* et cum tractaret in ultima parte debere patrem etiam vitia liberorum ferre, utique in unico, adiecit: 10 *πεπείρασαι, πάτερ, ὅτι καὶ πονηρὸς ἐνίοτε υἱός ἐστιν εὔχρηστος.*

Artemo in descriptione tempestatis laudatus est; et belle accessit ad eam: *τὴν τοῦ εὐπλοήσαντος ἀναγωγὴν ἄκουσον,* et, cum de ipso navigio diceret, pulchre coepit: *σκάφος ἔρημον, ἀνόστου τύχης,* et ultimam descriptionis sententiam pro⟨be⟩ posuit: *ναυαγὸς ἀπὸ λιμένων ἀνῆγεν,* et ad 15 partem narrationis eleganter transit: *διήγησαι νῦν, πάτερ, πῶς ⟨σ'⟩ ἀπέλυσεν οὕτως ἀπολυθείς.*

Glycon dixit: *ἰδία κριτοῦ ἑνὸς οὐκ ἀρκεῖ καταδίκη. ἐπὶ* †NaYIKNMeNaYaleCTeael† *εὑρίσκει τὸ μηδὲν ἀδικεῖν τύχην.*

27 Soleo dicere vobis Cestivm Latinorum verborum inopia ⟨ut⟩ hominem 20 Graecum laborasse, sensibus abundasse; itaque, quotiens elatius aliquid describere ausus est, totiens substitit, utique cum se ad imitationem magni alicuius ingeni derexerat, sicut in hac controversia fecit. nam in narratione, cum fratrem traditum sibi describeret, placuit sibi in hac

1 ad *om.* **B** | nunc non *C. F. W. Müll.* || 5 sensu in praemio (proe- **B**) **AB** || 6 diceres **AB** || 6–7 luxuriae se occasionem $\mathbf{V}^2$ -ia esse occasione (-ss- **B**) α || 7 sibi] suum **A** sivi **B** | contrario se *Madv.* -ios α || 8 crimine *scripsi* minime α nomine *Madv.* | labore **A** | redemerim *Burs.* -emerit (-im- **V** *corr.* $\mathbf{V}^2$) α || 9 *ἐχρῆν Jahn, quod dubit. recepi* eClXe α *ἐπέδει Gertz* *ἔδει Wb.* | *λύτρων Jahn* KaTPON α | ПeAIC **BV** | eN α || 10 bitia **AB** || 11 ПeПeIPaCaC α | *πονηρὸς ἐνίοτε Burs.* NONNPOC NOПeX (NnEX **A**) α | eYXPHIOC *vel sim.* α || 12 *fort.* Artemon *legendum* || 13 *τὴν Burs.* INN α | eYПaONCaNTOC α | *ἀναγωγὴν Gron.* aNaTOTN (-TO⌝N **B**) α | cum *om.* **V** *suppl.* $\mathbf{V}^2$ || 14 pulche **AB** -rae **V** | CKaΦaC PePNMON α | descriptionis *ed. Frob.* -ioni α || 15 probe posuit *scripsi* proposuit α probam p. *Gertz* | NaYaTOC aПO aIMeNΩN α | *ἀνῆγεν Burs.* aNNXON α *ἀνήχθη Gertz* || 16 partem *dett.* patrem α | elegantur **V** *corr.* $\mathbf{V}^2$ | *διήγησαι manus rec. in* **T** aINΓNCaI (aINT- **A**) α || 16.17 ⟨σ'⟩ *ἀπέλυσεν Haase, Burs.* aПeaYCeN α || 17 *οὕτως Burs., Madv.* OTΩC α | *ἀπολυθείς Haase, Madv.* aПOaYOeIC α || 18 glicon **B** | *ἰδία Gertz* Iaea α *ἰδέα Burs.* | *κριτοῦ Burs.* KPITOK α | OYC α | *καταδίκη Gertz* KaTaMKN (-ΩKN **A**) α | *ἀρκεῖ· κατάδικος ἐπὶ ναυαγίᾳ εἰς ναῦν ἐστεθεὶς (in praecedentibus ἰδέα legens) Müll. (ναῦν ἐστεθεὶς etiam Burs.), alii alia* || 19 *μηδὲν e. q. s.*] MNaeN aaIKeIN TYXNN α || 20 Cestium *dett.* gestum α | vervorum **B** | ut *suppl. Müll.* || 21 elatius *scripsi* laetibus (le- **A**) α letius **D** *et* laetius *praetulit Thomas* latius *Schott* || 22 subsistit **A** || 23 direxerat **V** || 24 describeret ausus (*ex l. 22*) **A**

explicatione una et infelici: nox erat concubia, et omnia luce canentia ⟨sub⟩ sideribus muta erant. MONTANVS IVLIVS, qui comes fuit ⟨Tiberii⟩, egregius poeta, aiebat illum imitari voluisse VERGILI descriptionem:

nox erat et terras animalia fessa per omnis
5 alituum pecudumque genus sopor altus habebat.

at Vergilio imitationem bene cessisse, qui illos optimos versus VARRONIS expressis⟨set⟩ in melius:

desierant latrare canes urbesque silebant;
omnia noctis erant placida composta quiete.

10 solebat OVIDIVS de his versibus dicere potuisse longe meliores, si secundi versus ultima pars abscideretur et sic desineret:

omnia noctis erant.

Varro quem voluit sensum optime explicuit; Ovidius in illius versu suum sensum invenit. aliud enim intercisus versus significaturus est, aliud 15 totus significat.

⌜DE MORIBVS SIT ACTIO. Popillium parricidii reum Cicero defendit; absolutus est. proscriptum Ciceronem ab Antonio missus occidit Popillius et caput eius ad Antonium rettulit. accusatur de moribus.⌝ 2 E

4 *Verg. Aen. VIII 26sq.*

1 nox **D** non *α* | concubia *dett.* -cubi *α* | luce *scripsi* iud *α* iudices *vulg.* | canentia *ed. Ven.* cav- *α* || 2 sub *suppl. Schult.* | muta erant *τ* mutaverant *α* | Tiberii *suppl. Kiessl.* (*cf. Sen. epist. 122, 11* Montanus Iulius ... tolerabilis poeta et amicitia Tiberi notus et frigore) fuit ⟨Ovidii et⟩ *Sander coll. Ov. Pont. IV 16, 11* | *post* fuit *repetunt* qui comes *α* (comes *del.* **A**²) || 3 aieba **A** | descriptione **AB** || 4 fessa **V**² festa *α* || 5 gener **V** *corr.* **V**² | sopor **V**² soror *α* || 6 at *ex* ad **D** *vel* **D**² ad *α* | vergilii **V** | varronis *manus alia in* **V** varionis **A** varonis **BV** || 7 expressisset **D** expressus **AB** -ssos **V** || 8 desiderant **AB** || 9 nostis **A** || 10 potuisse ⟨fieri⟩ *dett., edd., sed ellipsin def. Löfstedt, Verm. Studien 92. ceterum cf. p. 321, 19* || 11 si desideret **AB** || 13 obtime *α* | versus **AB** || 14 intercissus est versus **AB** || 15 totius **V** || 16 sit **E** sic *α* | pollium **AB** pupilium **V** *de formis traditis nominis* Popillii *in hac controversia hoc loco rationem reddam, cum in sequentibus huius rei mentionem facturus non sim: forma* Popillius *30ies in α legitur; ceterum has formas invenimus:* pupilius *semel* **V**; pupillius *bis α, semel* **AV**, *semel* **BV**, *ter* **V**; pollius *ter* **AB**, *semel* **B**; pupullius *semel* **B**; popullius *bis* **V** (*utrumque corr.* **V**²); popilius *bis α, semel* **B**. *ceterum cf. adnot. ad p. 182, 8; 186, 1; 187, 11* || 18 et] est **AB** | retulit **BV**

1 E BASSI SEPVLLI. Si accusasset Cicero Popillium, viveret. ⌜Occidit Ciceronem Popillius; puto, iam creditis occisum ab isto patrem⌝. 'Vt uno ictu pereat, tantum dabo'; pro Cicerone sic liceat pacisci.

GAVI SABINI. Quod unum potuimus, effecimus, ut veniret tempus, quo Popillius Ciceronem desideraret. 'Popilli, potes' inquit 'Ciceronem 5 occidere; potes vel patrem.'

E PORCI LATRONIS. Prorsus ⌜occisurus Ciceronem debebat incipere a patre. 'Antonius' inquit 'me iussit'; non pudet te, Popilli? imperator te tuus credidit posse parricidium facere. Abscidit caput, amputavit manum: effecit, ut minimum in illo esset crimen, quod Ciceronem occidit.⌝ 10 Facinus indignum! felicissime licet cedat actio, id solum proficiemus, ut E qui Ciceronem occidit tantum erubescat. ⌜pro di boni: occisum Ciceronem malos mores!⌝

2 ALBVCI SILI. Caedit cervices tanti viri et umero tenus recisum amputat E caput: i nunc et nega te parricidam. ⌜hoc unum⌝ tamen ⌜feliciter⌝ fe- 15 cisti, ⌜quod ante occidisti patrem quam Ciceronem. Facilius pro parricida iudicem movit quam pro se clientem. ad vos hoc, patroni, exemplum pertinet: nullos magis odit Popillius quam quibus plurimum debet.⌝ Vbicumque estis, iudices, qui in istum reum sederatis, ecquid paenitet absolvisse? 20

ARGENTARI. Impius est, ingratus est; audeo dicere: parricida; sensit qui defenderat. Respice forum: hic sub Cicerone sedisti. respice rostra: hic supra Ciceronem stetisti. Quantum eloquentia tua, Cicero, potuit! E Popillius de moribus reus est. ⌜Abscidit cervices⌝ loquentis; haec est absoluti clientis post longum tempus salutatio. ⌜Parce iam,⌝ quaeso, 25 ⌜Popilli: nihil tibi nisi occidendum Ciceronem mandavit.⌝ Duo fecit parricidia, quorum alterum audistis, alterum vidistis.

3 CESTI PII. Si dixero: adulescentia turpis est, infamis pueritia, respon- E debit: 'iam ista Cicero defendit'. ⌜Non pudet, Popilli? accusator tuus

1 Ciceronem *del.* **A**^{2} || 2 Popillius – occisum *om.* **A** | sto **AB** || 2–3 Vt uno ictu *e. q. s.*] *cf. Cic. Verr. V 118* ut uno ictu securis adferam mortem filio tuo, quid dabis? || 3 davo **B** | cicerem **AB** | si **V** || 4 gabi *α* | effecimus **D** -ficimus *α* || 5 Ciceronem^1] ciceroneto **A** | potest **AB** || 6 potes *dett.* pro te *α* || 7 latrones **B** | occisurum **AB** || 8 populi **AB** || 10 effecit *dett.* -ficit *α* || 11 cadat **A** || 12 qui] quid **AB** || 13 malos mores *scripsi* **E** *partim secutus* (malos mores voco, *quod vulg. legunt*) malo more tenus recisum (*cf. l. 14*) *α* malo more *del.* **A**^{2} || 14 cede **V** | et] ut **AB** | amputat *Burs.* -puta *α* || 15 i] in *a. c.* **V** | parridam **A** || 16 quo **AB** | occidisti *τ*, *Gron.* -dit *α* || 17 iudices *edd. nonnulli* | pro se clientem] prodientem **A** pro *om.* **V** *suppl.* **V** *vel* **V**^{2} | exemplu **B** || 19 equid *α* || 20 absolvere **A** || 21 parricida est *Faber* || 23 eloquia **V** || 26 mandavit Antonius **E** *edd.* || 28 *post* pueritia *habent* turp sesti **AB**, turpis est **V** | repondebit **A** || 29 pudet ⟨te⟩ *ex* **E** (pudeat te) *Gertz*

vivit.⌝ 'Quid tam commune quam spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus eiectis?' parricida, sic etiam tu perisses.

FVLVI SPARSI. ⌜Non credidisset Popillium facturum Antonius, nisi in mentem illi venisset illum et parricidium fecisse.⌝ Facinus indignum! a me defenditur Cicero, cum Popillium Cicero defenderit. E

MENTONIS. Non magis quisquam alius occidere Ciceronem potuit praeter Popillium ⟨quam quisquam Popillium⟩ praeter Ciceronem defendere. Parricidam quem vivos negarat Cicero, occisus ostendit. Fortunam Ciceronis! Antonius illum proscripsit, qui accusatus est; Popillius occidit, qui defensus est. Si damnatus esses, carnifex te culleo totum insuisset. video, quid respondeat: non credet Antonius occisum Ciceronem a Popillio, nisi ei signum attulerit.

4 TRIARI. Praesta Ciceroni quod propinqui Catilinae, quod amici Verris praestiterunt: proscriptum transi. Ne a mortuo quidem manus abstinet: lacerat occisum. Popilli, hoc parricidium tertium tuum est.

POMPEI SILONIS. Numquid magis exonerare te possum? praesta Ciceroni quod Antonius.

CORNELI HISPANI. Dic: Antoni, ego istud scelus facere possum: et patrem occidi. Securi erant amici Ciceronis, postquam ad illum Popillius missus est.

ARELLI FVSCI patris. Potuisti Ciceronem occidere? at quam nobis paene persuaserat Cicero parricidium te facere non posse! Occidisti tu Ciceronem loquentem: 'numquid', inquit, 'est aliquis ex tuis verendus index? an nemo Ciceroni timendus est, qui cum Popillio venit?'

5 Q. HATERI. Qui modo Italiae umeris relatus est, nunc sic a Popillio refertur. proposito in rostris capite Ciceronis quamvis omnia metu tenerentur, gemitus tamen populi liber fuit.

IVLI BASSI. 'Proscriptus' inquit 'erat Cicero'; pater certe tuus proscriptus non fuit.

1 *Cic. Rosc. 72*

1 qui **B** | tam] tam est *Cicero loc. cit., sed Orat. 107 sine illo* est *locum laudat, ut etiam Quint. XII 6, 4* || 2 latus **A** | iectus **AB** || 3 Fulvi *dett.* eulvi α | facturum **E** fecisse (*ex l. 4, ut vid.*) α || 4 mente **V** *corr.* **V**[2] | venisset **V**[2] (*sed* -t *iterum deletum*) -sse α | *fort.* illud et (= *etiam*) | facimus **AB** || 6 occidero **AB** || 7 quam quisquam Popillium *suppl. Müll.* **V** *secutus* (quam nemo Popillium) ⟨quam quisquam alius Popillium⟩ *Thomas* || 8 quem *dett.* (*cf. p. 184, 2*) quam α quom *Kiessl.* | vivus **V** | negarat *cod. Vat. Schotti* -aret α -arit **V**[2] || 10 totum (*sc. et non truncatum*)] teotum **AB** || 11 insuisse **AB** | credet *dett.* -dat α || 13 triatri **AB** | quod[1]] quid **AB** | Verri **V** | *post* Verris *habent* quod **AB** *del.* **A**[2], *recepit Kiessl. et* ⟨clientes Clodi⟩ *suppl. coll. p. 187, 19* || 16 praesta *e. q. s.*] *cf. p. 182, 26 sq.* || 21 ad **A** || 22 paene *Kiessl.* bene α, *sed tum* quam bene nobis *expectaveris* || 23 est *Burs.* et α | verendus *Burs.* verandus **AB** venerat **V** || 25 Q. *ed. Ven.* quae α | in italiam **V** || 27 populi τ popilli α || 28 pater tuus *a. c.* **A**

E Blandi. ⌜Di manes Popilli senis et inultae ⟨te⟩ patris, Cicero, persecuntur animae, ut quem negasti parricidam sentias.⌝

Capitonis. Deduxi ad vos reum omnium, quos terra sustinet, nocentissimum: ingratum, impium, percussorem, bis parricidam. nec tamen timeo; patroni viderint: nemo a Popillio nisi post beneficium occiditur. 5 ne damnationem quidem istius despero; non enim a Cicerone defenditur. timeo, ne causae non satisfaciam: maior causa est occisum a Popillio 6 Ciceronem queri quam fuit aliquando probare non occisum patrem. Cice- E ronem quisquam potuit occidere, qui audiit? ⌜Minturnensis palus exulem Marium non hausit; Cimber etiam in capto vidit imperantem⌝; praetor 10 iter a conspectu exulis flexit; qui in crepidine viderat Marium, in sella figuravit. Non possumus de Popillio queri: eodem loco patronum habuit E quo patrem. ⌜Cn. Pompeius terrarum marisque domitor Hortensi se clientem libenter professus est, et Hortensius bona Pompei, non Pompeium defenderat.⌝ Romulus, horum moenium conditor et sacratus caelo 15 7 parens, non tantam urbem fecit, quantam Cicero servavit. Metellus Vestae extinxit incendium, Cicero Romae. glorietur †revocato† Hannibale Scipio, Pyrrho Fabricius, Antiocho alter Scipio, Perse Paulus, Spartaco Crassus, Sertorio et Mithridate Pompeius: nemo hostis Catilina propius accessit. Fert adprensum coma caput et defluente sanguine hunc ipsum 20 inquinat locum, in quo pro Popillio dixerat.

Bvteonis. Quantae fuit eloquentiae ⟨qui⟩ probavit ab eo non occisum patrem, a quo occidi poterat etiam Cicero!

Marvlli. Si inimicus essem patronis, optarem, ut reus absolveretur. Turpe iudico in ea civitate Ciceronem non defendi, in qua defendi potuit 25 etiam Popillius.

8 E ⌜Popillium pauci ex historicis tradiderunt interfectorem Ciceronis et hi

1 mane **AB** | sem (*sed del.*) senis **A** seni senis **BV** | te *h. l. ex* **E** *suppl. Müll.; post* Cicero *suppl. dett.* || 3 hominem (*sed del.*) omnium **B** | necentissimum **A** || 5 nemo] ne **V** || 6 ne] nec **V** | damnatione **AB** || 8 quem **AB** | cicerone **B** || 9 menturnensis paulus **AB** | exule **V** *corr.* V^2 || 10 ausit **AB** | capto **E** capite **A** capte **B** carcere **V** | imperatorem *Watt* || 11 scella **AB** || 13 quo] quae **A** que **B** | patrem. Cn. *Konitzer* (*et* Cn. *in* **E** *legitur*) patromon **AB** patrem **V** || 14 dientem **A** | professus **E** rofessus **AB** confessus **V** | et **E** *om.* α || 16 Vestae *dett.* vestem α *del.* A^2 || 17 ingendium **AB** | revocato] devicto *Burs.* fugato *Gertz an* triumphato, *licet de Pyrrho non thriumpharit Fabricius?* | Hannibale] antoni vale **A** annivale **B** hannibales **V** *corr.* V^2 || 18 pyrroho **AB** pyrro **V** | anthioco α *corr.* V^2 || 19 mitridate α | catina **AB** || 20 fert⟨ur⟩ *Kiessl.* | adprensum *Schult.* adpressit **A** adpraessum **B** adpressum **V** | coma] conta **V** conto V^2 | defluente *dett.* -tem α | fluentem sanguine *Castiglioni* | sanguinem **AB** || 21 locus **AB** | pro Popillio] propillio **A** || 22 quanta **A** | fuit ⟨vis⟩ *Novák* | qui *supplevi* | probabit **AB** || 23 a patrem à **AB** || 24 marylli α | inmicus **A** | esse **AB** || 25 iudico *Burs.* -cio **AB** -cium **V** || 27 interfectoret *a. c.* **V** | et hi **E** sedi **AB** sed ii **V**

quoque non parricidi reum a Cicerone defensum sed in privato iudicio⌉; declamatoribus placuit parricidi reum fuisse. sic autem eum accusant, tamquam defendi non possit, cum adeo possit absolvi, ut ne accusari quidem potuerit.
5 LATRONI non placebat illum sic accusari, quomodo quidam accusaverunt: obicio tibi, quod occidisti hominem, quod civem, quod senatorem, quod consularem, quod Ciceronem, quod patronum tuum. hac enim ratione non adgravari indignationem sed fatigari; statim illo veniendum est, ad quod properat auditor, nam in reliquis adeo bonam causam habet
10 Popillius, ut detracto eo, quod patronum occidit, nihil negoti habiturus sit. patrocinium eius est civilis belli necessitas. itaque nolo per illos reum gradus ducere, quos potest totiens evadere; licuit enim in bello et civem et senatorem et consularem occidere; ne in hoc quidem crimen est, quod Ciceronem, sed quod patronum. naturale est autem, ut, quod in nullo
15 patrono fieri oportuit, indignius sit factum in Cicerone patrono.

Latro accusavit illum de moribus, primum quod sic vixisset, ut causam 9 parricidi diceret, deinde quod patronum suum occidisset. et fecit has quaestiones: an non possit eo nomine accusari, ⟨quo⟩ absolutus est: si quis, inquit, volet hodie parricidi me postulare, non poterit; quomodo,
20 quod crimen obici non potest, puniri potest? an in bello civili acta obici non possint. honeste dixit, cum hunc locum tractaret, VARIVS GEMINVS: ⌈si illa, inquit, tempora in crimen vocas, dicis non de hominis sed de rei E publicae moribus.⌉ si potest quod civili bello actum est obici, an hoc obici debeat. hanc quaestionem in illa divisit: an, etiamsi necesse ei fuit
25 facere, non sit tamen ignoscendum. ad quaedam enim nulla nos debet necessitas compellere. hoc loco Latro dixit summis clamoribus: ⌈ita tu, E Popilli, si Antonius iussisset, et patrem tuum occideres?⌉ deinde, an non fuerit illi necesse. potuisti excusare te, potuisti praemittere aliquem ad Ciceronem, ut sciret et fugeret. necesse certe non fuit manum caputque
30 praecidere mortuo.

1 non E *om.* α | ciceronem **AB** || 2 eum *dett.* dum α || 3 posset **V** || 5 sic] sic non α *corr.* **V**[2] | quodmodo **AB** | quidem *a. c.* **V** || 6 accidisti **AB** || 7–8 haec enim rationem **AB** || 9 at **B** || 11 sit (sit et) *dett.* et **AB** sis et **V** || 12 ⟨per⟩ quos *Schult.* | totiens *Kiessl. coll. p. 311, 25* totius **AB** tutius **V** tutus *Haase, C. F. W. Müll., Madv.* totiens ⟨tutus⟩ *Thomas* | in *bis* **V** *om.* **AB** | civem] cum civem **AB** || 13 ne] nec (*omisso* quidem) **V** || 14 naturalest **AB** || 15 Cicerone *Burs.* -nem α | patronum **V** || 17 disceret **V** || 18 non *om.* **V** | possit *Burs.* -sset α | non mine **AB** | quo *suppl. ed. Herv.* || 19 quis] q̄ **B** | hodie volet **V** | me *dett.* mei α || 20 puniri non potest **V** *corr.* **V**[2] || 22 tempora] illa t. *a. c.* **B** | sed] se **AB** || 22.23 rei publicae] rep **V** *corr.* **V**[2] || 23 bellum **A** | est obici an *ed. Frob.* esse obiciant α || 24 debeat τ -eant α | ei *om.* **A** || 25 sit] possit **V** *corr.* **V**[2] | nos *Burs.* non **AB** *del.* **A**[2] *om.* **V** || 26 loco *om.* **A** *suppl.* **A**[2] || 27 Popillis **V** *corr.* **V**[2] | et E *om.* α | occidere **AB** || 29 fugere **AB**

10 Colorem pro Popillio LATRO simplicem habuit: necessitate coactum fe-
E cisse. et hoc loco illam sententiam dixit: ⌜miraris, si eo tempore necesse fuit Popillio occidere, quo Ciceroni mori?⌝

ALBVCIVS dixit in poenam Ciceronis electum amicissimum Ciceroni, quasi exprobraturus per hoc illi fortunam esset: molestius, inquit, feret 5 se a Popillio occidi quam occidi.

MARCELLVS AESERNINVS eundem colorem aliter induxit: cogitabat, inquit, secum Antonius: quod Ciceroni excogitabo supplicium? occidi iussero? olim iam adversus hunc metum emunivit animum; scit mortem nec immaturam esse consulari nec miseram sapienti. fiat aliquid novi, 10 quod non expectat, quod non timet. non indignatur cervicem hosti porrigere: indignabitur clienti. Popillium aliquis vocet, ut sciat, quantum illi defensi rei profuerint.

11 SILO POMPEIVS hoc colore usus est: offendebar, inquit, proscriptione et quaedam liberius loquebar: 'non miror; Ciceronis cliens es. tanto magis 15 occide Ciceronem tuum.' et dixit non suae infirmitatis sententiam:
E uterque, inquit, sed diverso genere punitus est: ⌜Ciceronis proscriptio fuit occidi, mea occidere.⌝

E MARVLLVS, praeceptor noster, sic narravit: ⌜iussit, inquit, imperator, iussit victor⌝, iussit qui proscribebat. ⌜ego illi negare quicquam possem, 20 cui nihil poterat negare res publica?⌝

BLANDVS hoc [inquit] colore: volui, ⟨inquit,⟩ me excusare, dixi: 'Cicero me defendit.' respondit: 'scio, me accusavit. i ergo, ut sciat plus sibi Antoni accusationem nocuisse quam Popilli defensionem profuisse.' 25

12 BVTEO hoc colore: 'vocetur' inquit 'ille Ciceronianus [ille] cliens, amicus; excogitavi, quomodo Cicero sua periret manu.'

CESTIVS hoc colore: durissima, inquit, mihi militia in Antoni castris fuit ob hoc ipsum, quod Ciceronis eram cliens: difficillimae mihi expeditiones ⟨man⟩dabantur. tunc quoque vocatus sum quasi ad poenam: 30 'i', inquit 'occide Ciceronem; nec credam' inquit 'nisi attuleris caput.'

9 *cf. Cic. Cat. IV 3; Phil. II 119; Sen. Suas. 6, 12*

1 pro Popillio V² propillio α || 4 ponam AB | lectum V² | electum ⟨ab Antonio⟩ *Gertz, edd. recc., sed de ellipsi cf. e. g. l. 15* | ciceronis V || 5 illius V² || 7 aeserminus B || 9 metum] mecum V || 13 rei] rep. V || 15 loquar V *corr.* V² | es *Burs.* est α || 19 marillus AV marryllus B || 20 posse AB || 21 rei publicae AB || 22 inquit *transp. Kiessl., et numquam apud Sen. ante enuntiationem ponitur* | colore *Kiessl.* loco α, *cf. l. 26 et 28* | dixit AB || 23 Cicero V² -onem A -oni B -one V || 24 defensione V *corr.* V² || 26 butteo α | vocet AB | ille¹ *del. Kiessl.* | ille² *del. Müll. quem dubit. secutus sum* || 30 mandabantur *Gron.* dabantur α || 30.31 poenam mi A *corr.* A² || 31 inquit¹ ⟨et⟩ *dubit. Müll.*

magisque admiratus est potentiam suam, quod Ciceronem Popillio non licebat ⟨servare, quam quod sibi Ciceronem licebat⟩ occidere.

FVSCVS ARELLIVS hoc colore usus est: Antoni se partem secutum, ut, si quid posset, Ciceroni prodesset. facta proscriptione ad genua se Antoni 5 procidisse, deprecatum se pro Cicerone; offensum Antonium dixisse: 'eo magis occide quem mori non vis.' hic color displicebat PASSIENO, quia †ad testem† ducit; nam si hoc fecit Popillius, non tantum quod defendat non habet, sed habet quod glorietur.

13 HISPO ROMANIVS vehementi colore usus est et duro; patronum enim 10 dedit Popillio et dixit aliter se causam acturum Popilli, aliter Antoni; pro Popillio dicturum: occidere nolui, coactus sum. pro Antonio dicturum: occidi Ciceronem oportuit; et dixit locum, aliter non potuisse pacari rem publicam, quam si ille turbator oti e re publica sublatus esset. solus ex declamatoribus in Ciceronem invectus est: quid? ille, inquit, 15 cum Antonium hostem iudicaret ⟨et⟩ omnis Antoni milites, non intellegebat se et Popillium proscripsisse? hic color prima specie asperior est, sed ab illo egregie tractatus est.

VARIVS GEMINVS dixit: cum imperasset mihi Antonius, passus sum, ne aliquis P. Clodi cliens mitteretur, qui contumeliis adficeret, antequam 20 occideret, qui vivum laniaret.

14 ARGENTARIVS dixit: vocatus veni. post proscriptionem Antonius terribilior erat factus etiam suis. iussus sum Ciceronem occidere; quid facerem? non parere uno modo poteram, si me occidissem. hoc nec Cicero poterat.

25 A parte accusatoris illo loco, quo Popillius venit, nemo non aliquid voluit novi dicere. LATRO ait: praecluserat fores, nemo ad proscriptum recipiebatur. Popillius ut venit, admissus est.

CESTIVS dixit: ut renuntiatum est Ciceroni, ait: Popillio semper vaco.

HISPANVS CORNELIVS fecit etiam querentem Ciceronem: Popilli, tam 30 sero?

2 servare – licebat *suppl. Burs.* non licebat ⟨non⟩ *vulg., quod vix sufficere indicat praecedens* magisque; *ceterum illud* non *clausulam turbat* || 4 ciceron V | prode esse AB | factam proscriptionem AB || 5 procidisse *dett.* prodidisse AV -dididisse B | dep̄racatum B | se] esse *Burs., edd.* | ciceronem AB || 6 magis] magis dixisse α *corr.* A^2 | quam mori novis A || 7 defens dat A || 9 romanus V *corr.* V *vel* V^2 | et *om.* V *suppl.* V^2 || 10 Popillio] Antonio *Madv.* || 11 pro Popillio V^2 propillio α | occidi AB (*ex l. 12, ut vid.*) || 13 rem publicam] re publica AB | turbatur A || 15 indicaret A | et *suppl. dett.* | oninis A | antonis AB | intellebat AB || 16 proscripsisses AB || 18 Geminus *Faber* que (*vel* quae) minus α || 19 qui *om.* α *suppl.* V^2; V *etiam* contumeliis – laniaret *om., suppl.* V^2 *nisi quod l. 20* et *pro* qui *scr.* | contumeliis V^2 -melis cliens A cum tumelis cliens B || 22 erat *bis* AB || 25 quo V^2 quod α || 26 foras V *corr.* V^2 | procriptum A || 28 certius B

ALBVCIVS ait: quid est, Popilli? ecquid tuto lateo? numquid mutandus est locus?

Inepte SABIDIENVS PAVLVS, qui induxit Ciceronem cum maxime ⟨pro⟩ Popillio orationem legentem; et MVRREDIVS non est passus hanc controversiam transire sine aliqua stuporis sui nota. descripsit enim ferentem 5 caput et manum Ciceronis Popillium et Publilianum dedit: Popilli, quanto aliter reus Ciceronis [et] tenebas manum! [est]

3 E ⌜Ter abdicatus, ter absolutus comprensus est a patre in secreta parte domus medicamentum terens. interrogatus, quid esset, dixit venenum et velle se mori, et effudit. accusatur parricidi.⌝ 10

1 E CESTI PII. ⌜Dic, quid commiserim.⌝ nescis? ⌜certe nec secreta te fallunt.⌝ Dimittite: intellegetis, cui paraverim. Dic, quid ante commiserim, nisi forte contentus es reo obicere parricidium, parricidae nihil.

ARGENTARI. Volo mori, quia reus fui. 'quid ergo? nemo reus vivet?' vivet quoi sordidatus adsederit pater. Revertar ad venenum, quoniam 15 iniqua fortuna nullo me periculo defungi semel passa est.

ALBVCI SILI. 'Quare ergo non moreris?' non iuvat me mori, si quem E alium iuvat. ⌜Vt intervenit, in illas cogitationes abii: 'ergo quisquam tam infelix fuit? ergo quisquam me magis odit quam ego?' misereri mei coepi.⌝ 20

2 VARI GEMINI. 'Ter' inquit 'abdicatus es': videris mihi, pater, obicere, quod tam diu vivam. Quod venio, quod pro me loquor, nolite mirari: tam iocundum est innocentibus mori quam miseris defendi.

1 albutius **B** | ait] dixit **V** | quid est] quidē (*quod utrum* quid est *an* quidem *sit, incertum*) **A** | Popilli ecquid **D** popillio quid *α* || **3** Sabidienus *Wb. coll. Prosopogr. Imp. Rom. 3, 151* sabidiebius **AB** rabidiebus **V** abidiebius $\mathbf{V}^2$ | Ciceronem *bis* **V** *corr.* $\mathbf{V}^2$ | tum **V** || **3.4** ⟨pro⟩ Popillio *ed. Rom.* popilli *α* || **4** controbersiam **B** || **5** suis **AB** | ferrentem **B** || **6** publianum **A** popillii manum **V** | popillio **V** || **7** et *et* est (eius **V**) *del. edd. vett.* | Ciceronis ⟨tangebas caput⟩ et *e. q. s. Thomas* (*qui tamen 1900 nihil supplere voluit*), *edd. recc.; illud* est *fort. e signo aliquo controversiae finem monstrante ortum est* || **8** ter absolutus **E** (*cf. Decl. mai. 17 thema*) *om. α* | conpressus **A** -praehensus $\mathbf{V}^2$ || **9** venenum **E** num *α* || **10** accusator **V** *corr.* $\mathbf{V}^2$ || **11** nescis *Burs.* necci **AV** nec ei **B** *non habent* **E** | certe nec] certe nec se nec **AB** certe ne **V** || **12** dimittite (⟨me⟩) *Faber* dimittam te *α* -mittat me *Burs.* | intelligitis **A** | quid] qui **AB** || **13** contentus] nisi c. **AB** *corr.* $\mathbf{A}^2$ | parricidium *bis* **AV** *corr.* $\mathbf{A}^2$ || **14** nemo *Burs.* mori *α* | vivet *om.* **A** || **15** quoi (cui) *Gron.* quia *α* | sorditatus **BV** *corr.* $\mathbf{V}^2$ | adsederit *Kiessl.* -sedebit (*ex* -bet $\mathbf{V}^2$) *α* | venum **A** || **16** iniqui **BV** *corr.* $\mathbf{V}^2$ | passea est **AB** || **17** sillii *α* | iuvat *dett.* iubat *α* || **18** vivat **AV** | illas *C. F. W. Müll., Otto, Gertz* (*cf.* has **E**) alias (-us **V** -as $\mathbf{V}^2$) *α* | abi *α* || **19** inagis **A** | misereri mei **E** *τ* miserim (inis- **A**) et *α* || **21** abicere **AB** || **22** prae **AB** || **22.23** mirari tam] mirararita **A** mirari tamquam **V** *corr.* $\mathbf{V}^2$ || **23** ⟨non⟩ tam *Schult.* | iucundum **A** | innocentibus defendi quam miseris mori *Haase, C. F. W. Müll.*

CORNELI HISPANI. Scio quosdam periclitantis illa iactare: 'nunc primum causam dico.' haec ego dicere non possum: ter reus fui, nec dubito, quin vobis in odium venerim, cum ipse me oderim.

PORCI LATRONIS. ⌜Ter causam dixi; accessit ad haec supplicia mea ve- E
5 nenum.⌝ Teneo; ⌜hoc si tibi satis non est, vivam.⌝

Altera pars. ALBVCI SILI. Testor deos immortales hoc me tribus iam 3 abdicationibus cavisse, ne in domo mea venenum deprenderem. Parricidi reus vivit, qui abdicatus mori voluit. In quam angusto domus meae fortuna posita est! aut patri pereundum est aut filio. Quid habes, quare 10 mori velis? vivunt orbi, vivunt naufragi, vivunt etiam quibus contigerunt liberi ter abdicati. ⌜Cum se mori velle dicat, vitam rogat. E Teneo parricidam⌝, quod apparet, ⌜etiam in suam mortem paratissimum.⌝

CORNELI HISPANI. Nolite mirari, si debitas vires dolori meo non ex-
15 hibuero: tribus iudiciis experti estis patres accusare non posse.

VIBI RVFI. ⌜Cum tantum sit quod fateris, quantum est quod negas?⌝ 4 E ⟨Vis scire, quid peccaveris?⟩ tu ⌜venenum quaesisti, tu venenum emisti, tu venenum intulisti in eam domum, in qua habebas inimicum patrem.⌝ Recte vitam odisses, si iam tibi parricidium obiecissem. ⌜Indica, quis tibi E
20 vendiderit; dicetur illi: 'tu ulli venenum vendebas? tu ter abdicato vendebas? sine dubio nesciebas, cui daturus esset.'⌝ Ita hoc ego iudicio fili mortem moror? Si me cum isto includitis, moriar, ut hanc vobis faciam invidiam, quam iste mihi facere voluit.

VARI GEMINI. ⌜Quaeritis, filius meus venenum cui paraverit? non bi- E
25 bit.⌝

POMPEI SILONIS. 'Mihi' inquit 'paravi': et hoc est patri parare. Absolutus mori volt, reus vivit.

MVSAE. ⌜'Habuit malum medicamentum Mithridates'⌝; quis enim E alius debebat habere quam parricida? ⌜'habuit'⌝ inquit ⌜'Demosthenes⌝
30 venenum et bibit'; idem ego tibi pater, quod Demostheni Philippus?

1 perclitatis **B** || 2 ter (ter iam) *Gron.* iter α item V^2 | dubito *dett.* subito α || 3 quin *dett.* qm̄ **AB** qn̄m̄ (= quoniam) **V** || 4 accessit **E** -ssi α || 5 bibam *Schult. et recc. aliquot in* **E** || 7 deprenderem τ -erim α || 8 reus] deus **AB** || 10 veles **A** vellis **B** | naufragii **B** || 11 abdicatus **V** || 14 exbibuero **A** || 15 iudicis (*et sic saepe*) **AB** || 16 Vibi **D** bibi α | sit **E** est α || 17 vis – peccaveris (-beris **AB**) *h. l. posui; post* obiecissem *l. 19 hab.* α || 18 in eam] nea **AB** | quam **AB** || 19 si iam] suam **B** | iam ⟨tum⟩ *C. F. W. Müll., edd. sine causa, nam* iam = *tum, velut p. 191, 10 et alibi* | obiecissem *ed. Rom.* -sses α | *cf. adnot. ad l. 17* || 20 vendederit **B** | ulli *Burs.* illi α cuiquam **E** *del. Thomas* || 21 nescibas **B** escebas **V** || 22 indcluditis *a. c.* **V** | moriar *dett.* morari α | hunc **A** || 24 bibit **E** vivit α || 27 vult **AV** || 28 mitrudata es **A** mitri data es **B** mitridates **V** || 29 debebat] habe- **V** *corr.* V^2 | parricida V^2 -dam α | anquit **AB** || 30 bibit *Schott.* vivit α | idem *ed. Ven.* id est α id **D** | demosteni α

5 PORCI LATRONIS. Cum abdicarem, si quid obieceram, aiebat: 'numquid
E deprendisti?' Non tamen habebitis, quod multum de eo dubitetis: ⌜quod
negat, parricidium, quod confitetur, venenum est.⌝ 'Mori' inquit 'volo':
vivo patre et hoc parricidium est; miser aeque timui, ne biberet venenum,
quam ne daret. 5

E ARELLI FVSCI patris. ⌜'Mihi' inquit 'paravi⌝ venenum'; ⌜ne quis dubitet, an alium possit occidere.⌝

IVNI OTHONIS patris. Reus est parricidi qui mavolt mori quam patrem
videre. Quomodo voltis magis probem vobis illum mori noluisse? non
volt mori. 'Mori' inquit 'volui'; quare? quia ter vicisti? si mihi creditis, 10
parricidium facere voluit; si isti, a me parricidium fieri voluit. Qualis
est reus, cuius hoc unum patrocinium est, indignum se vita fuisse?
E ⌜Dico tam invisum illi patrem fuisse, ut occidere voluerit; ipse fatetur
tam invisum sibi fuisse, ut occidere voluerit.⌝

6 Non puto vos exigere divisionem, cum coniecturalis sit controversia; 15
habet tam⟨en⟩ dissimilem ceteris coniecturam et duplicem; non, quomodo solet, aut inter duos reos, cum alterum coarguimus, aut inter
duo crimina, cum alterum probamus, ut id alterius fiat probatio, tamquam cum dicimus adulteram fuisse, ut credatur propter hoc etiam venefica: ⌜in uno homine coniectura duplex est.⌝ quaerimus enim, utrum ve- 20
nenum ⌜in suam mortem an in patris paraverit⌝.

7 Si hoc colore dici placet pro adulescente, quo dixit LATRO, ut nihil
mutaret ex voto sed diceret: 'mori volui taedio abdicationum et infelicitatis adsiduae, cum in hoc tantum sordes ponerem, ut cum maiore tormento positas resumerem, et absolutio mihi uni non finis esset periculi 25
sed initium', incipit praeter coniecturam et illa prima vulgaris in eiusmodi controversiis et pertrita quaestio incurrere, an venenum habere in
mortem suam liceat.

ALBVCIVS illo colore pro adulescente dixit: non fuisse venenum; cum
putarem, inquit, odio me esse patri meo, volui experiri adfectum eius, 30

3 veneficium **E** || **4** biberet] viv- **AB** || **6** parabi **AB** || **7** possim **V**[2] || **8** Iuni Othonis *edd. vett.* iunio (*ex* ionio **V**) ionis *α* | patris] p. (p; **A**) *α* | parracidi **B** | mavult **AV** | patre **A** || **9** vultis **AV** | voluisse **A** || **10** vult **AV** || **12** se] si **A** || **13** illi] illi fuisse *a. c.* **A** || **14** occidere] mori **E** || **15** exhiere **B** | comecturalis **A** iecturalis **V** *corr.* **V**[2] | sic **B** | controversiam **A** -bersia **B** || **16** tamen *ed. Herv.* tam *α* | dissibiliem **AB** | quamiecturam **AB** quam con- **V** || **18** probatio] -ati **V** *corr.* **V**[2] || **19** venefica **V**[2] bene- *α* || **21** sua **AB** | morte **A** || **22** dici placet] displicet **V** || **23** ex voto (*sc. adulescentis mori volentis*) *scripsi* et (ut **V**) voces *α* *del.* **V**[2] [et] voces *Burs.* de voce eius *Thomas* || **25** absolutio *ed. Rom.* -luto *α* || **25.26** periculis et **AB** || **27** controbersis (-sis *etiam* **A**) **B** | et *ed. Frob.* sed *α* | et incurrere **AB** (*quod fort. male intellecta correctura vocis* sed *praecedentis est*) || **29** ille **V** | dixi **AB** || **30** putarem *dett.* -tatum *α* | odio me esse *Schott* e≡dio messes **A** odio messes **B** odium esses **V**

quomodo mentionem mortis meae ferret; itaque palam et ita, ut interveniret pater, tenui.

FVSCVS ARELLIVS eodem colore usus est sed aliter; non dixit: experiri patrem volui, sed: ut miserabilem me patri facerem.

5 MVRREDIVS pro cetero suo stupore dixit medicamentum se parasse ad somnum, quia adsiduae sollicitudines vigiliarum sibi consuetudinem ⟨fecerint.⟩ *** us colorem et Publilianam sententiam dedit: abdicationes, inquit, suas veneno diluit. et iterum: mortem, inquit, meam effudit. 8

Memini MOSCHVM, ⟨cum⟩ loqueretur de hoc genere sententiarum, quo 10 infecta iam erant adulescentulorum omnium ingenia, queri de Publilio, quasi ille iam hanc insaniam introduxisset. CASSIVS SEVERVS, summus Publili amator, aiebat non illius hoc vitium esse sed eorum, qui illum ex parte qua transire deberent imitarentur, ⟨non imitarentur⟩ quae apud eum melius essent dicta quam apud quemquam comicum tragi-15 cumque aut Romanum aut Graecum. ut illum versum, quo aiebat unum versum inveniri non posse meliorem:

tam dest avaro quod habet quam quod non habet.

et illum de eadem re dictum:

desunt luxuriae multa, avaritiae omnia.

20 et illos versus, qui huic quoque ter abdicato possent convenire:

o vita misero longa, felici brevis!

et plurimos deinceps versus referebat Publili disertissimos. deinde auctorem huius viti, quod ex captione unius verbi plura significantis nascitur, aiebat Pomponium Atellanarum scriptorem fuisse, a quo primum 25 ad Laberium transisse hoc studium imitando, deinde ad Ciceronem, qui illud ad virtutem transtulisset. nam ut transeam innumerabilia, quae 9

17–21 *Publil.* (*Meyer*) *628, 236, 438*

1 palam et ita ut **V**[2] pala metit an (aut **B**) **AB** palam et ita **V** ‖ 3 arelius **A** | colorem **B** ‖ 5 prae **A** ‖ 6 qui **AB** ‖ 7 ⟨fecerint. a parte patr⟩is *Burs.* | Publilianam *Burs.* (*cf. p. 188, 6; 196, 18*) publianam (-num **B**) α ‖ 8 effudi **V**[2] ‖ 9 Moschum *Burs.* vos cum **A** nos cum **BV** | cum *suppl. Kiessl.* | genere *om.* **A** | sententiaearum **A** ‖ 10 plubilio (*ex* plubio **A**) α pubilio **V**[2] ‖ 11 quas ulle **A** | iam *del. Baumm* | sumus **AB** ‖ 12 agebat **AB** | esses et **AB** ‖ 13 non imitarentur *suppl. Burs.; fort.* ⟨non⟩ *sufficit* ‖ 15 ut *ed. Herv.* aut α | iebat **AB** | unum] *cf. p. 347, 12 et Müll. ad loc.* uno *Faber* ‖ 17 tan **AB** | deest **V** ‖ 18 illud **V**[2] | dictam **V** *corr.* **V**[2] ‖ 19 luxuria **AB** ‖ 20 et **L** ut α ‖ 21 brebis **AB** | felicibus rebus **V** ‖ 22 plurimo *ex* -ima **A** ‖ 24 scriptorem] scripsisse **A** ‖ 25 ad[1]] a **V** *corr.* **V**[2] | transe **AB** | imitando *Gertz* (*cf. p. 192, 13 sq.*) -ndi α | deinde inde **AB** *corr.* **A**[2] ‖ 26 virtutem *Burs.* -tutum **AB** -tutum studia **V** | transeam *dett.* -eat α

Cicero in orationibus aut in sermone dixit ex ⟨ea⟩ nota, ut non referam a Laberio dicta, cum mimi eius, quidquid modo tolerabile habent, tale habeant, id quod Cicero in Laberium ⟨dixit et quod hic respondit solum E exemplum referam. ⌜Laberium⟩ divus Iulius ludis suis mimum produxit, deinde equestri illum ordini reddidit. ⟨ut⟩ iussit ire sessum in equestria, 5 omnes ita se coartaverunt, ut venientem non reciperent. Cicero male audiebat tamquam nec Pompeio certus amicus nec Caesari sed utriusque adulator. multos tunc in senatum legerat Caesar, et ut repleret exhaustum bello civili ordinem et ut eis, qui bene de partibus meruerant, gratiam referret. Cicero in utramque rem iocatus: misit enim ad Laberium 10 transeuntem: 'recepissem te, nisi anguste sederem'. Laberius ad Ciceronem remisit: 'atqui soles duabus sellis sedere'.⌝ uterque elegantissime, 10 sed neuter in hoc genere servat modum. ab his huius studii diffusa est in plures imitatio.

Sed ut ad controversiam redeam, Cassivs Severvs aiebat placere sibi 15 illum colorem: mori volui, et quasdam dixit inter disputandum sententias: tertio, inquit, cum abdicarer, aiebam: nihil tanti est; infelicem hanc animam, quam totiens exagitat pater et infestat, semel recipiat. sed illud rursus dicebam mihi: serva istam animam; facies quod voles absolutus. 'quare ergo nunc non moreris?' dicet aliquis; primum non 20 semper idem miseris libet: nonnumquam iuvat cum fortuna sua concurrere et illam fatigare. deinde vis verum, quare non moriar interim? quia puto te velle.

Otho Ivnivs ineptam sententiam videbatur dixisse: non multum interest mea: aut enim me aut filium meum voluit occidere. 25

4 E Liberi parentes alant avt vinciantvr. Quidam, cum haberet uxorem et ex ea filium, peregre profectus est. a piratis captus scripsit de

1 ex] et **V** | ea *suppl. Haase* || 3 Laberium **D** (*nisi* Labenum *scr.*) haberium (bab- **V**) α || 3–4 dixit – Laberium *praeeunte Gertzio supplevi* || 4 laudis **A** || 5 reddidit **E** reddit **AB** -itum **V** | ut *supplevi* | quem cum iussisset **E** | sensum **AB** | aequistria **V** || 6 coartaberunt **B** | receperent **A** || 6.7 male audiebat **E** malaudierat **AB** mala audierant **V** || 7 nec²] ne **V** || 8 legerat **E** -erant α elegerat **V²** | exhaustum **V²E** etastum **A** et hastum **B** exhustum **V** || 9 eis *Burs.* eius α || 10 referret *a. c.* **V** -ferent **A** -ferrent **B** *et p. c.* **V** || 11 transeuntem **V²** tanse utentem **AB** transeutentem **V** | sederam *a. c.* **V** || 12 atqui **VE** ad te (*quod in* ad que *corr.*) **A** atque **B** || 13.14 impleres **V** || 15 ad *om.* **AV** *suppl.* **V²** | controbersiam **B** contraversiam **V** | casius **AB** || 16 sentias **A** || 17 abdicarer *Burs.* -are **AB** -aret **V** || 18 exagitet **AB** || 19 rusus **AB** | dicebam *C. F. W. Müll., Madv.* -bat α | istam animam *Schult.* -um animum α || 20 dicet *Haase* -it α || 21.22 concurrere et *Burs.* -curreret α -currere **V²** || 22 fatigare **V²** -aret α || 24 oto α || 25 ter est **AB** | silium in eum **A** || 26 Liberi] thema liberi α || 27 est] et **V** | a piratis] spiratis **A** aspiratis **B**

redemptione epistulas uxori et filio. uxor flendo oculos perdidit. filium euntem ad redemptionem patris alumenta poscit; non remanentem alligari volt.⌝

CESTI PII. ⌜Non est, quod mulieris adfectum lege aestimetis, qua mina- 1 E
5 tur: omnia facit, ne filius alligetur. Navigaturus reliquit uxori filium, nec adhuc caeca erat.⌝

ALBVCI SILI. ⟨Nec ille⟩ diduxit ⟨a⟩ te filium; itaque tene, complectere. audeo dicere: hoc par ne piratae quidem dividerent. Si vellet filium alligari, pateretur ire quo properat. Ergo tu, adulescens, matri tuae ne
10 decem mensum quidem alumenta reddes? si pascere non vis matrem, expecta saltem, ut efferas.

TRIARI. Legem attulit, qua catenas minatur, causam, qua timet.

MARCELLI AESERNINI. Si perseveras, me quoque ad piratas trahe. impetrabo ab illis alimenta: et virum meum pascunt.

15 FVLVI SPARSI. Mater, si non pascitur, peritura est; pater, etiamsi non redimitur, tamen pascitur.

IVLI BASSI. Patri tuo supersunt et oculi et alumenta.

Altera pars. CESTI PII. Matrem meam imitari volo: amare me meos 2 docuit. ⌜Vnius vinculis duos alligat.⌝ Si matris exemplo pius esse volu- E
20 ero, etiam oculos patri debeo.

ARELLI FVSCI patris. Desertorem tuum apud patrem invenies.

VARI GEMINI. Qualis fortuna est! cui ⌜victo, mater, catenas denuntias, E victori ad piratas eundum est.⌝ Omnia licet patri praestem, meliorem tamen habuit uxorem. Quam multi me putant, quia nolo ad patrem red-
25 imendum ire, nunc cum matre colludere!

FVLVI SPARSI. Matri nihil timeo, si eam apud vos relinquo; patri quid non timeo, si eum apud piratas relinquo?

BVTEONIS. Oculos certe eruam mihi, ne plus marito praestiterit uxor.

LATRO hanc controversiam, quasi tota offici esset, declamavit; nullas 3

1 redemptionem **AB** -eptione **V** | epistolas **BV** | oculo **AB** | perdit **B** || **2** alimenta **V** *et sic saepe in sequentibus in* **AV** || **3** vult **V** || **4** adfectu **AB** | aestimentis **A** | quam *Madv.; fort.* qua ⟨catenas⟩, *cf. l. 12* || **5** facit **E** τ fecit α | reliquisi uxori **AB** || **6** necat huc **A** || **7** nec ille (*i. pater*) *et* a *supplevi* | diduxit ⟨a⟩ te] deduxite **AB** deducite **V** diduxit te ⟨et⟩ *Haase* || **9** alligari *Schult.* (*cf. l. 2*) -are α | ire] rire **AB** | quo *dett.* quod α | ne τ nec α (*cf. adnot. ad p. 3, 25*) || **10** parcere **A** || **11** saltem *dett.* salutem α || **12** minatur *cod. Vat. Schotti* -etur α || **13** trabe **V** | imperabo **AB** || **14** alimenta et] alimentae **AB** elementa et **V** | pascunt *Müll.* faciunt α || **18** meam] mea **B** | meos] me **V** || **19** unus **AB** || **21** tuum apud patrem] tum apud patrem tuum apud patrem α tuum apud patrem *del.* **A**[2] || **22** *fort. post* est *comma ponendum et* cui = (est) ei, cui *interpretandum, cf. H.-Sz. 555 sq.* | victo *dett.* vincto α || **23** eumdum **B** || **25** matre τ patrem α | colludere *ed. Ven.* -cludere α || **26** mater **AB** | reliquo **AB** || **27** non *om.* **V** | reliquo **AB** || **28** ceste erbam **AB** || **29** officies sed **AB**

quaestiones iuris inseruit sed comparavit inter se incommoda patris et matris et tamquam thesim dixit: utrum ad redimendum potius captum patrem ire filius deberet an ad alendam caecam matrem subsistere; et sic eam divisit, ut diceret: hoc quod pater desiderat ⟨inutile est matri; hoc quod mater desiderat⟩ utile est patri. novissime tractavit ne patrem 5 quidem velle: utique, si sciat matrem in hac esse fortuna, non passurum.

BVTEO fatuam quaestionem moverat primam: an lex, quae de alendis darentibus lata es⟨se⟩t, ad patres tantum pertin⟨er⟩et. illis omnia privilegia data et ipsam poenam non alentium signum esse non muliebris potestatis. res est ineptior, quam ut coarguenda sit; itaque transeo. illud 10 unum, quod dicebat POLLIO ASINIVS, referam: numquam debere temptari in causa verecunda improbam quaestionem.

4 HISPO ROMANIVS illam movit quaestionem: an lex de alendis parenti- E bus non pertineret ad matres [ut] vivis patribus. ⌜filius, inquit, familiae nulli poterit servire nisi patri⌝; omni alia servitute liber est. puta enim 15 ⌜te alumenta petere ab eo, quem pater mittat peregre⌝, quem navigare iubeat: ⌜primae partes sunt patris, secundae matris.⌝

ALBVCIVS non iuris illam fecit quaestionem sed aequitatis, ita tamen, ut et iuris adiungeret *** et matris prius esse patris officium.

E SILO POMPEIVS illam fecit quaestionem: an, ⌜quotiens duobus commu- 20 nio esset, potestas eius tota fieret, qui praesens esset⌝. puta, inquit, servum te esse communem: huic domino servies, qui praesens est. puta fundum esse communem: is fructus percipiet, qui praesens est. illam quaestionem huic duram subiecit: an nunc pater nullum ius in filium habeat. quomodo, inquit, iura civis non habet qui liberi hominis non 25 habet, ⟨ita qui civis non habet⟩ patris non habet. ⟨si⟩ ille nullam in te potestatem habet, mater in totius legis possessione est. iam non commune illi ius in te sed proprium est.

2 thesim *Haase* tiesim **AB** quaereret **V** *aperta interpolatione* || 4 eam] meam **AB** | divisit **D** divit **AB** dividit **V** | residerat **AB** || 4–5 inutile – desiderat *suppl. Thomas* || 5 ut ille **AB** || 6 *post* passurum *hab.* α In epilogis – Graecus *quae p. 195, 13 invenies; cf. adnot. ad illum locum* || 7 moverat *Burs.* -verunt α | prima **B** | man **A** || 8 esset *Kiessl., Madv.* est α | patris α | pertineret *Burs.* -tinet α | illis] illi sunt **V** || 10 inemptior **BV** | quoarguenda **B** || 11 debere **D** -eri α, *sed talis verborum 'assimilatio' (de qua vide Löfstedt, Synt. II 123sq.) apud Sen. vix accipienda est* || 12 causam **V** *corr.* **V**² || 14 ut *del. Burs.* | patris **A** || 15 omni] om̄ **B** || 16 te *om.* **B** || 19 iuris *Schult.* iuri α | et² *del. Müll. et* esse ⟨quam⟩ *scr.* utrum matris prius esset ⟨an⟩ p. o. *Burs.* *fort.* [et] ⟨an officio⟩ matris prius esset *e. q. s.* || 20 an] a **AB** | communio **E** communib; (= -ibus) **AB** communis **V** || 21–22 te esse servum **V** || 22 domini **AB** || 24 quaestionem] praestionem **AB** || 25 non¹ *om.* **V** || 26 ita qui civis non habet nec *suppl. Madv., recepi, sed illud* nec *omisi* | patris non *scripsi* patrem α patris *Kiessl., Madv.* | si *suppl. Gertz* | te *om.* **V** || 27 possessione *ed. Rom.* -nem α || 28 illi ius *ed. Herv.* illius α | intes et **A**

VARIVS GEMINVS sic divisit: an non semper filius cogi possit, ut ma- 5
trem alat; deinde, an nunc cogendus non sit. non semper, inquit, filius
cogitur: transeo illos, qui non possunt, aegros et inutiles; aliquis ad
propellendum hostem proficiscitur, in cuius unius militia posita est
5 salus publica: hunc retinebit mater? puta legatum de summa rei publi-
cae, puta ⟨de pactione⟩ foederis: huic ⟨manus⟩ mater iniciet? ⟨et⟩ per
partes comparando utrumque officium, ⌜ille, inquit, peregre est, tu domi; E
ille captus, tu libera; ille inter piratas, tu inter civis; ille alligatus, tu
soluta es. at tu caeca es: ille hoc infelicior, quod videt⌝. quid enim?
10 videt ⌜catenas suas et caedes et volnera et cruces eorum, qui non red-
imuntur. 'at periculosum est.' quam multi nihil pro patribus periculosum
putarunt!⌝

⟨In epilogis vehemens fuit APOLLONIVS Graecus: at periculosum est:⟩
nihil non; et domi manere et flere.

15 LATRO dixit pro matre summisse et leniter agendum. ⌜non enim, in- 6 E
quit, vindictam sed misericordiam quaerit⌝ et cum eo adulescente con-
sistit, in quo ⌜ita exigit pietatem, ut impediat⌝. aiebat itaque verbis
[quo] horridioribus abstinendum, quotiens talis materia incidisset; ipsam
orationem ad habitum eius, quem movere volumus, adfectus mollien-
20 dam. in epilogis nos de industria vocem quoque infringere et vultum de-
icere et dare operam, ne dissimilis orationi sit orator. compositionem quo-
que illis mitiorem convenire.

⌜CALVVS, qui diu cum Cicerone iniquissimam litem de principatu elo- E
quentiae habuit, usque eo violentus actor et concitatus fuit, ut in media
25 eius actione surgeret Vatinius reus et exclamaret: 'rogo vos, iudices:
non, si iste disertus est, ideo me damnari oportet.'⌝ idem postea, cum 7

1 filios **V** | possit *edd. vett.* -sset *α* | mater **A** || 2 ala **AB** || 3 quogitur **B** | illius *a. c.* **B** | qui *ras.* **V**^{2} quo **AB** *et fort.* **V** | aegros et] agrose **AB** || 4 profisciscitur **AB** | iunius *a. c.* **V** | militiae **AB** || 5 publica] -cae **AB** | re publica *nescioquis ante Schottum* || 6 de pactione *suppl. Novák coll. p. 84, 8* foederis ⟨de⟩ foedere *Schult.* foederis (*sc. legatum*) *retinuer. Burs. et Kiessl., def. Thomas* | manus *suppl. Konitzer* mater ⟨manum⟩ *Kiessl.* | et *suppl. Schult.* || 7 cumparando **AB** || 8 civi **A** civivis **B** || 9 es^1] est *a. c.* **V** | caeca es] caece si **AB** | ho **B** | eni **A** || 9–10 quid enim videt? *edd., mutavi* || 10 videt *dett.* vivet *α* | catenas suas **E** castitatis suae *α* captivitatis (*Schult.*) suae ⟨mala⟩ *Burs., et sim. alii* | caede sed volvenera **AB** | vulnera **V** || 11 ad **AV** || 11–12 quam multi – putarunt **E** *om. α* || 13 *verba* In – Graecus *in α post p. 194, 6* passurum *leguntur, transp. Kiessl., Müll.* | in ephilogis **V** nephilogis **AB** | appollonius **V** | at periculosum est *suppl. Wb. praeeunte Müll.* (quid, inquit, periculosum est?), *cf. l. 11* || 14 manere *dett.* -eret *α* || 16 inisericordiam **A** || 17 impediet **AB** || 18 quo *del.* **A**^{2} quo⟨que⟩ *τ, edd.* | abstinendus **AB** || 18.19 ipsa oratione **AB** *corr.* **A**^{2} || 19 nolumus (*sed corr.*) ad adfectus **V** | mollienda **AB** *corr.* **A**^{2} || 20.21 deicere et] deieceret **A** deiecere **B** || 21 orationis id **B** || 22 mitiorem *Gron.* minorem **AB** minore **V** || 23 diu cum] iocum **A** dio cum **B** | Cicerone **E** -nem (*ex* -nes **V**) *α* || 24 actor **E** actusor **AB** accusator **V** || 26 non] num *vulg.*

videret a clientibus Catonis, rei sui, Pollionem Asinium circumventum in foro cae⟨di⟩, imponi se supra cippum iussit – erat enim parvolus statura, propter quod etiam Catullus in hendecasyllabis vocat illum 'salaputium disertum' – et iuravit, si quam iniuriam Cato Pollioni Asinio accusatori suo fecisset, se in eum iuraturum calumniam. nec umquam postea Pollio 5 a Catone advocatisque eius aut re aut verbo violatus est. solebat praeterea excedere subsellia sua et impetu latus usque in adversariorum partem transcurrere. et carmina quoque eius, quamvis iocosa sint, plena sunt ingentis animi. dicit de Pompeio:

digito caput uno 10
scalpit, quo credas hunc sibi velle virum.

8 compositio quoque eius in actionibus ad exemplum Demosthenis viget: nihil in illa placidum, nihil lene est; omnia excitata et fluctuantia. hic tamen in epilogo, quem pro Messio tunc tertio causam dicente habuit, non tantum leniter componit sed ⟨summisse⟩, cum dicit: credite mihi, 15 non est turpe misereri; et omnia in illo epilogo fere non tantum emollitae compositionis sunt sed infractae.

In hac controversia Publilianam sententiam dedit FESTVS quidam rhetor, staturae pusillae, in quem EVCTEMON, homo venustissimi ingeni, Graece dixit: antequam te viderem, nescie⟨bam⟩ rhetoras victoriatos 20 esse. fuit autem haec Festi sententia: 'Captus est' inquit 'pater'; si te capti movent, et haec capta est. et quasi non intellexissemus, ait: nescitis dici 'captos luminibus'? et illud dixit: mitte istam epistulam in fluc- 9 tus. odisse illam debes: haec est, quae matrem tuam excaecavit. et illam

3–4 *Cat. 53, 5* || 10 *sq. Fragm. Poet. Lat.* (*Morel*) *frg. 18*

1 cationis **A** || 2 foro caedi *Madv.* fore cae α | imponis **AB** | parvulus **AV** || 3 Catullus *dett.* caturus α | hendecasyllabis vocat *dett.* -bi sucat α | salapputtium **A** salaputtium **BV** salapantium *codd. ad Cat. 53, 5* || 4 iuravit **D** -bit α | qua **AB** || 5 in eum] meum **V** | calumnia **B** || 6 rem **A** || 7 elatus **V** | parte **BV** || 8 iocosa sint *Politianus* iocasa (ioca **V**) sit α || 11 quo credas] quid dicas *scholia ad Luc. VII 726* | quid credas . . . velle? virum. *edd.* | velle τ belle α || 12 demusthenis **A** | viget *Jahn* reget **A** riget **BV** || 13 fluctuantia *dett.* fructantia **AB** fluctantia **V** || 14 quam **AB** | dicentem **AB** || 15 leniter *dett.* leviter α | summisse *suppl. Müll.* (*cf. p. 195, 15*) | cum] etiam *Schult.* || 16 ferre **AB** || 18 controversiam **AB** | Publilianam *Burs.* publianam **AB** publicanam **V** | Festus *Schult.* (*cf. adnot. ad l. 21*) fecus **A** fetus **BV** || 19 in *om.* **V** | quem *ed. Rom.* qua **A** quam **BV** | ēuctemon **A** | venustissimae **AB** | 20 Graece] *fort.* egregie *Kiessl.* | nesciebam *Schott* nescie **AB** -scio **V** nescii *Opitz* | rheturas **AB** || 20–21 rhetor ansoratos esses **V** || 21 haec Festi *Kiessl.* (Festi *etiam Schult.*) haesti α || 23 dicit *a. c.* **V** | mitte istam *Burs.* mitte stam **AB** mittes tamen **V** | epistolam **AV** | in fluctus *scripsi* infructu **AB** infructuosam **V** luctuosam *Opitz*

stultissimam, in quam multi incid⟨er⟩unt: propter hoc ipsum, inquit,
magis flebilis est, quod non potest flere. et iterum: lacrimae, inquit,
matri desunt, causae supersunt. tamquam caeci flere non soleant!
Memini CRISPVM quendam, anticum rhetorem, in illa controversia viri
5 fortis, qui tertium filium retinet, cum alter filius in tyrannicidio per-
didisset oculos, alter in acie manus: exsurgite nunc, viva cadavera, ro-
gate pro patre. sed quid ego meos derideo? alter quos roget non videt,
alter quibus roget non habet.
Multis compositio belle sonantis sententiae imposuit; itaque memini 10
10 LATRONEM PORCIVM, ut exprobraret hanc audiendi scholasticis negle-
gentiam – maxime quia TRIARIVS compositione verborum belle caden-
tium multos scholasticos delectabat, omnes decipiebat – in quadam con-
troversia, cum magna phrasi flueret et concitata, sic locum clusisse:
inter sepulchra monumenta sunt. et cum scholastici maximo clamore
15 laudarent, invectus est in eos, ut debuit, et hoc effecit, ut in relicum etiam
quae bene dicta erant tardius laudarent, dum insidias verentur.
GLYCON dixit: *παράθει, μῆτερ, ἐπιλαβοῦ τέκνου· ταλαίπωρε, οὐδὲ
βλέπεις, ἂν κρατήσῃς. εἴ μέ, φησιν, οὐ τρέφεις, ἐπίμεινον, ἵνα θάψῃς.*
HYBREAS in hac controversia dixit: *τέκνον, κἄν με φεύγῃς, καταλή-*
20 *ψομαί σε ἐπαιτοῦσα.* hoc quibusdam corruptum videbatur. ROMANIVS
tamen ***

⌜Mortua quidam uxore, ex qua filium habebat, duxit aliam, sustulit 5 E
ex ea filium. habebat procuratorem in domo speciosum. cum frequenter

1 stultissimam *Novák* salsissimam **α** fals- *ed. Herv.* ⟨in⟩suls- *Otto* | quam **D** qua **α** | inciderunt *Otto* -cidunt **α** || **2** inquit lacrimae **V** || **3** matri *dett.* -ris **α** || **4** antiquum **V** | anticūs hetorem **A** | illo **A** | controbersia **B** || **5** filios **B** | tirannicidio **A** thyr- **V** || **6** viva *ex* vava **V** cui **A** cuiva **B** | cadevera **V** || **7** patre *Schult.* fratre **α** | quos] quod **V** || **8** quibus] quid **V** || **10** portum **A** portium **B** portavit **V** | exprobaret **α** | neglentiam **B** || **11** velle **AB** || **12** delectavat **AB** || **13** phrasi *Thomas, Madv.* quasi **α** | flueret *Burs.* -rent **AB** fleret **V** | ⟨con⟩-clusisse *vulg., sed trad. def. Novák coll. p. 345, 17 et (de forma) 332, 14; 353, 6, praeterea statuens* concludendi *verbum apud Sen. non legi* || **14** monumenta sunt] -mentas **B** | scholasticis **AB** scholatici **V** | maximo clamore **τ** -imae (-ime **V**) clamorem **α** || **15** ut[1] *om.* **AB** | efficit **AB** | reliquum **V** || **16** laudarem **AB** | insiduas **AB** | vererentur **V** || **17** elicon **A** elycon **B** clycon **V** | ΠaPaOe **α** | *ἐπιλαβοῦ Burs.* eITIaaBOY **α** | TaaInωPe **A** TaaIΠωP **B** || **17.18** OYAe BeΠeIC (Ben- **A**) **α** || **18** *ἂν C. F. W. Müll.* ON **α** | KPaTHCH (-CeH **A**) eIMΦNCIN (eIMIN- **V**) **α** | eΠMeNON **α** | *θάψῃς Burs.* eYNC **A** eΨNC **B** eYHC **V** *θάπτῃς Gron.* || **19** ZeKNON **α** | ΦeYTNC **α** | *καταλήψομαι Kiessl.* KaTaNYOMaI **A** -NΨOMAI **BV** || **20** επΠTTOYCa *vel sim.* **α** *ἐπιτυχοῦσα Schenkl* *ἐπιπίπτουσα Thomas* | corrumptum **V** | romanis **B** -nus **V** || **22** thema mortua **V** | quidam **E** -dem **α** || **22–23** duxit – habebat *om.* **A** || **23** speciosum **E** spat- *vel* spac- **AB** spatiosam **V**

essent iurgia novercae et privigno, iussit eum semigrare; ille trans parietem habitationem conduxit. rumor erat de adulterio procuratoris et matris familiae. quodam tempore pater familiae in cubiculo occisus inventus est, uxor volnerata, communis paries perfossus. placuit propinquis quaeri a filio quinquenni, qui una dormierat, quem percussorem 5 cognosceret; ille procuratorem digito denotavit. accusat filius procuratorem caedis, ille filium parricidii.⌝

1 E AReLLI FVSCI patris. ⌜Vt audivi clamorem, si qua est fides, deprensos a patre adulteros putavi.⌝ Quis ferret te voluntariam testem in forum venientem, etiamsi venires dictura pro filio? Miserrime puer, quamvis 10 pericliter, plus tamen pro te timeo: nimium fraternis insistis vestigiis; itaque iam tibi cum matre non convenit. Quamdiu mater vixit, pater me fuit procuratore contentus. Non facile fit parricidium. vis scire, quantum natura possit? etiam infans pro fratre loquitur.

E TRIARI. Vivo patre adultera, moriente conscia, mortuo testis. ⌜Aliquis 15 uno teste contentus est: dabo puerum. aliquis non est uno teste contentus: dabo populum. Obicit privigno parricidium, filio mendacium.⌝ Intrat 2 E procurator qua solebat. ⌜Dic, puer, quis patrem tuum occiderit, dic audaciter: eundem nominas, quem populus. Nox placet sceleri; prorsus adulteri tempus.⌝ Habui patrem tam bonum, ut, cum uxorem habere 20 vellet, tamen me novercam habere noluerit. Quo mihi lumina? tantum admissuro nefas optanda nox est. 'Quid' inquit 'ante peccavi?' dissimile est: memento enim de homicida quaeri. potest tirocinium esse homicidium, parricidium non potest. Lumen attulisti, ut discerneres: erat illic quem leviter volnerare deberes. Videmus adactum in praecordia gladium: 25 sic ego novercam volnerassem. Frater, quaero, an videris procuratorem novissima nocte; nihil de prioribus quaero.

3 VIBI GALLI. Ego taceam de adulterio, quod persequitur etiam populus? ego taceam de parricidio, quod persequitur etiam puer? Testor vos,

1 Iurgia **AB** | semigrare **E**, *quae lectio difficilior videtur* emigrare α | tras **A** || 2 habitatione **AB** || 3 cubilo **V** || 4 vulnerata **V** *et sic saepe in* **AV** || 4–5 placuit – quem **E** *om.* α, *sed* **V** *interpolatione nata verba* puer iubetur *exhibet* || 6 cognosceret **E** -ere α || 7 cidis **AB** | parricide *a. c.* **B** || 9 voluntaria **A** || 10 veneres *a. c.* **B** || 12 matre] -rem **AB** | vixit τ dixit α || 13 procuratore **D** -ori (-cutori **A**) α || 14 fratre *Kiessl.* patre α || 15 adutera **AB** || 16–17 puerum – dabo **E** (*sed* da *pro* dabo *scriptum*) *om.* α || 18 patre **B** | occidere **V** || 19 undem **V** | nox **E** non α || 20 uxore **AB** || 21 mihi lumina *Müll.* nihilum in ea **A** mihi lumenea **BV** mihi lumen *vulg.* || 21–22 Quo mihi – nox est *post* non potest (*l. 24*) *collocare voluit Burs.* || 22 optanda **D** obtenda **A** obtanda **BV** -tendenda *Kiessl.* || 23 homicidio *dubit. Müll.* || 24 erat **D** eras **AB** cerat **V** *del. Kiessl.* || 25 quae **V** | leviter *dett.* levititer α | videmus *e. q. s.*] *cf. p. 199, 17–18* | praecordiam **A** ⟨patris⟩ praecordia *Gertz* | cladium **BV** || 28 vivi α | quod *dett.* quid **AB** quo **V** | etiam] enim **A** || 29 persequi **V**

iudices, salvom patrem reliqui. ⌜O magnam in contrarium saeculi nostri E
perversitatem! inventus est qui patrem posset occidere et novercam non
posset?⌝ etiamsi quis occidere patrem non potest, novercam potest.

SEPVLLI BASSI. Dum perfodio parietem, aliquis sentiet. cuius vis le-
5 vissimum ⟨es⟩se somnum, pueri an senis an mediae aetatis? pueri?
frater sentiet. senis? pater. mediae aetatis? noverca. Quaererem, quam
sordida domo natus esset, si ullam habuisset; nunc inquisitionem nostram
humilitate effugit. Non miror, si nescis, quam difficile sit patrem occidere,
cum incertum habeas patrem.

10 ALBVCI SILI. Quaero a te, mulier, an filio tuo credendum putes. Liceat 4
mihi nutrire puerum: nec cum matre illi nec cum tutore conveniet. Tres
in cubiculo sunt: patrem occidis, puerum contemnis, adulteram non ti-
mes. Singuli se servi liberique offerebant puero: stabam ante omnis;
percussor latebat post adulteram. Quid ante peccavi? cuius uxorem cor-
15 rupi? quod si fecissem, ⟨possem⟩ hominem occidere sed non possem
[hominem occidere] ⟨patrem⟩. †bonis habeo prae testes temet† hunc
in aliena potestate. Aspice corpus patris: quam gravis plaga, quam
alte adactus est gladius! sic ego novercam percussissem.

CESTI PII. Adulterum te esse non unum testem dabo, non corruptum:
20 dabo multos, dabo etiam pueros. Patrem tam graviter percussi, quam
debui novercam, novercam ⟨ne⟩ sic quidem, quemadmodum patrem?

IVLI BASSI. Tibi fuit necessarium lumen, ne eam occideres, propter 5
quam occidebas; mihi supervacuum erat, ne instrumento parricidi dete-
gerem parricidium: si rerum natura pateretur, obliviscendum erat mihi
25 patris, dum occiderem. maiore licentia quae non videmus agimus, et,
quamvis non minor sit atrocitas facinoris, formido minor est. Si patrem
occidi, totus mihi lectus purgandus est; cui parcam, parricida non habeo.
Non possum gloriari ultione patris: frater illam meus occupavit.

BLANDI. Quam difficile est filio patrem vulnerare et quam facile pri-
30 vigno novercam occidere!

1 salvem **A** | magnum (*ut vid.*) **A** || 2 perversitatum **V** | quia **AB** *corr.* **A** | et *om.* **E** || 3 posset **E** potest *α* *signum interrog. posui.* | quis] q̃ **B** || 4 sentiat **A** || 5 esse *Burs.* se **AB** *om.* **V** | an] an (aut *supra*) **A** || 6 mediaetatis *α* || 7 domi **V** | ullum **AB** || 8 humilitatem **A** || 11 matre *dett.* -rem *α* | nec² *τ* ne *α* | convenire **V** || 12 sunt *dett.* suo *α* | non] nos **AB** || 13 liberique *Gertz* libertique *α* | offerebant *ed. Ven.* eff- *α* | puer stabat **V** || 15 possem *et* patrem *l. 16 suppl. Burs.* || 16 hominem occidere *del.* **A** | hominem occidere possem, patrem non possem *edd. recc. ex parte dett. secuti* || 16 temet] timet **V** | *locus desperatus; fort.* omnis habeo praeter testes et (= *etiam*) hunc *e. q. s.*, *vel* nobis habeo, pater, et te testem et hunc *e. q. s.* || 17 accipe **A** || 19 testem] cestem **V** || 20 pater **AB** || 21 novercam *om.* **B** | ne *suppl. ed. Herv.* | quidem *τ* -dam *α* || 23 ne] ne in **A** | detegerem (*sc. mihi, ut e sequentibus patet*)] -ere **B** || 25 maiore *ed. Rom.* minore *α* | licentiam **V** || 26 facinodis **AB** || 27 purgandum **V** | parcam *dett.* purgam **AB** pargam **V** | parricida *Kiessl.*, *Madv.* -cidi **AB** -cidium **V**

6 VARI GEMINI. 'Patrem' inquit 'occidisti': utrum nolui te occidere, ⟨an⟩ non habui potestatem? atqui vulnerata es. testor vos, iudices: nihil leviter hae manus faciunt. ⟨tam⟩ leviter vulnerata es, quam diligenter
E servata es. tu testimonium dic et ⌜ostende istud non vulnus sed argumentum. ostende vulnus: percussor ille quam timuit, ne occideret!⌝ 5

PORCI LATRONIS. Quare lumen adfero? fortius parricidium faciam, si non videro patrem. Occidere aliquis patrem ante quam novercam potest, novercam ne post patrem quidem potest?

TRIARI. Aliquis parricidio puras manus servat et inde incipit, quo pervenire difficile est? 10

7 Divisio. Has controversias, quae et accusationem ⟨habent et defensionem⟩, non eodem ordine omnes declamaverunt: quidam fuerunt, qui ante defenderent quam accusarent, ex quibus Latro fuit. FVSCVS ARELLIVS debet, inquit, reus in epilogo desinere. optime autem epilogum defensioni contexit, et homines magis defendenti quam accusanti fa- 15 vent; ultima sit pars, quae iudicem faventem possit dimittere.

Quidam permiscuerunt accusationem ac defensionem, ut per comparationem duorum reorum irent et crimen, simul reppulissent, statim transferrent; ex quibus fuit Cestius. hoc non semper expedit: utique ei, qui imbecilliorem partem habet, non est utile comminus congredi; facilius 20
8 latent quae non comparantur. in hac controversia †et duo† tres rei; noverca enim procuratori coniungitur. itaque a fili parte utique aiebat prius accusandum, quia unum deberet crimen defendere, duo obicere: et adulteri et caedis.

Si qua sunt ex utraque parte difficilia, non colorem sed argumenta- 25 tionem desiderant; itaque, ne modum excedam, praeteribo.

Circa vulnus novercae quidam bellas res dixerunt, quidam ineptas – immo multi ineptas. prius illa, quae belle dicta sunt, referam.

1–4 *sic textum confusum constitui* (an *h. l. suppl. Kiessl.*, tam *l. 3 supplevi*); *post* occidisti *hab.* **α** testor vos iud nihil leviter hae manus faciunt utrum non habui potestatem atqui (anqui **V**) vulnerata est uin (ui **V**) nolui te occidere non habui potestatem atqui (autqui **V**) vulnerata es (est **V**) leviter vulnerata es quam diligenter *e. q. s.* || **4** dic et] diceret **AB** || **4–5** istud – ostende **E** *om.* **α** || **6** quale **AB** | fortium **V** || **7** occideret **A** *corr.* **A²** | patrem *del.* **A²** | quam *del.* *Müll.* || **8** post] potest **B** || **9** *sq. cf. p. 198, 23 sq., ubi idem Triarius loquitur* || **11** qua **V** | habent *suppl.* **D**, et defensionem *suppl. Gertz* (*sim. etiam Burs.*) || **14** reas **A** | epiloquo *a. c.* **A** || **15** defensioni *Burs.* -one **α** | defenti **AB** | quam *om.* **A** || **16** fabentem **α** | dimittere *Kiessl., Madv.* am- **AB** adm- **V** || **17** defensictionem *a. c.* **V** | ut] et **AB** | per comparationem **A** *et* (*ex* compercomp-) **V** per *om.* **B** || **18** transferret **A** -feret **B** || **19** ei *om.* **V** || **20** imbecilliorem **τ** -orum **AV** -iorum **B** | partem *dett.* patrem **α** || **21** et duo] duo et **V** | ait Buteo, tres ⟨sunt⟩ rei *Gertz, et ex l. 22* aiebat *constat rhetoris nomen vel excidisse vel corruptum esse* || **22** a *om.* **AB** | utique *del.* **A²** | agebat **V** || **23** obscer° **V** || **25** difficile **AB** || **27** quidam¹] -dem **AB** || **28** bella edicta (*et* bellae *etiam* **A**°) **V** | dicte *a. c.* **A**

FVSCVS ait: destricta levi vulnere est cutis; non credas factum manu 9
privigni, credas amatoris.

PASSIENVS ait: ⌜sic leviter te vulneravit dextera illa, cui nec paries E
obstitit nec pater?⌝

5 VARIVS GEMINVS dixit: da ferrum testi meo: fortius feriet.

CESTIVS dixit, cum descripsisset, quam leve vulnus esset: nocueras,
inquit, mihi, si amicae tuae nocere potuisses.

BRVTVS BRVTTEDIVS cotidiano verbo significanter usus est: rivalem,
inquit, occidit, amicam sauciavit.

10 HISPO ROMANIVS eiusdem generis rem dixit: ostende, noverca, ostende
istud, quod amator tuus vellicavit.

BASSVS SEPVLLIVS dixit: maritum occidit, adulteram strinxit.

Ex illis, qui res ineptas dixerant, 'primus ibi ante omnis' MVSA voster, 10
qui, cum vulnus novercae descripsisset, adiecit: at, hercules, pater meus
15 tamquam paries perfossus est.

MVRREDIVS: patrocinium putat esse quod ⟨ami⟩cae suae sanguinem
misit.

NEPOS LICINIVS ait: non est istud vulnus sed ludentis adulteri morsus.

SAENIANVS ex illa stultorum nota sententiam protulit: non vulneravit,
20 inquit, novercam sed viri sui sanguine aspersit – cum illa vulnerata
ponatur.

⌜VINICIVS, exactissimi vir ingeni, qui nec dicere res ineptas nec ferre 11 E
poterat⌝, solebat hanc sententiam Saeniani deridere et similem illi re-
ferre in oratione dictam Montani Votieni. Saenianus in hac eadem con-
25 troversia dixerat: ⌜nihil puero est teste certius⌝, utique quinquenni; E
⌜nam et ad eos pervenit annos, ut intellegat, et nondum ad eos, quibus
fingat.⌝ haec finitio, inquit, ridicula est, 'nihil est puero teste certius,
utique quinquenni': puta nec si quadrimus puer testis est nec si sex an-
norum. illud et venustissime adiciebat: putes, inquit, aliquid agi: omnia
30 in hac sententia circumspecti hominis sunt, finitio, exceptio. nihil est

13 *Verg. Aen. II 40*

1 ait] ut **V** | est cutis *dett.* acutis *α* cutis *Novák* | credis **V** *corr.* **V**² | ma-num **V** || 2 amatores **V** *corr.* **V**² || 3 sic *τ* sed *α* | dexta **AB** | ne **V** || 4 obsti-tit **E** -sistit *α* || 5 geminius **A** | fieret **B** || 7 intquit **V** || 8 brutedius *α* || 10 no-verca *dett.* -cam *α* || 11 bellicavit *α* || 13 ex] et **A** | dixerat **V** || 14 ad **AB** || 16 amicae *Faber* causae *α* || 18 Nepos Licinius *τ* ne post licinium *α* || 20 san-guine *dett.* -nem *α* | illa *C. F. W. Müll.* -li **AB** -lic **V** || 21 ponatur *τ* -an-tur *α* || 22 vinicus **AB** | dicere **E** dicit *α* || 23 sentiam **V** || 24 dicta **A** | Mon-tani *ed. Ven.* non mortani *α* nontani hortani **D** | vocieni **B** | saenianus **BV** | ine *a. c.* **A** | controversia **D** -iam *α* || 25 dixerant **A** *corr.* **A**² | oertius **A** | ut-que **AB** || 26 nam] an **A** | nundum **B** || 27 haec *Burs.* et **AB** et haec **V** | de-finitio **V** || 29 et *scripsi* est **AB** *om.* **V** etiam *Burs.* || 30 homines **AB**

12 autem amabilius quam diligens stultitia. MONTANI VOTIENI sententiam huic aiebat esse similem et deridebat hanc: insomne et experrectum est animal canis, utique catenarius [paratur].

Erat autem non aequos ipsi Montano: accusaverat illum apud Caesarem a colonia Narbonensi rogatus. at Montanus adeo toto ani- 5 mo scholasticus erat, ut eodem die, quo accusatus est a Vinicio, dice⟨ret: 'dele⟩ctavit me Vinici actio.' et sententias eius referebat. eleganter illi dixit SVRDINVS: rogo, numquid putas illum alteram partem declamasse?

Gravis scholasticos morbus invasit: exempla cum ⟨di⟩dicerunt, volunt 10
13 illa ad aliquod controversiae thema redigere. hoc quomodo aliquando faciendum est, cum res patitur, ita ineptissimum est luctari cum materia et longe arcessere; sic quomodo fecit in hac controversia MVSA: qui, cum diceret pro filio locum de indulgentia liberorum in patres, venit ad filium Croesi et ait: mutus in periculo patris naturalia vocis impedimenta per- 15 rupit qui plus quam quinquennio tacuerat. quia quinquennis puer ponitur, putavit, ubicumque nominatum esset quinquennium, sententiam fieri, quia LATRONI bene cesserat, qui, cum elusisset vulnus exiguum, dixit: aspicite istam vix apparentem cicatricem: rogo vos, non putetis puerulum fecisse et ne puerulum quidem quinquennem? 20

14 GALLVS VIBIVS improbam dixit sententiam, cum caedem describeret: occidit, inquit, maritum, novercam laesit, puero pepercit: etiamnunc putabat suum. valde enim puero CESTIVS aiebat parcendum; itaque dixit, cum laudaret eius testimonium: procuratore ⟨me⟩ natus es.

HERMAGORAS hunc sensum decentius posuit: *κατὰ τὸν ἀδελφὸν ἢ μή.* 25

BLANDI sententia laudabatur, cum descripsisset a puero demonstratum procuratorem: digitum multa significantem!

15 EVCTEMON dixit: *μητρυιά, χρηστὸν εὗρον μάρτυρα. ὦ παιδίον εὐσεβές. ὦ παιδίον* †ΛΞΙΟΙΝ CH† *μητρός, ὅλον δὲ πατρός.*

1 stultitia **D** -iam *α* | Montani *ed. Ven.* nontani *α* | vocieni **B** || 2 insomne *Burs.* in omne *α* || 3 paratur *del. Novák* -atus **D** (*non* **D**², *ut dicit Müll.*) ⟨nihil⟩ paratius *Schult.* || 4 equus **V** || 5 at] ad *α* | tota anno **AB** || 6 diem **A** | vitinio **A** vinitio **B** || 7 diceret delectavit *Madv.* dicectavit *α* | vicini **V** | et] est **V** || 8 alleganter **B** || 10 grabis **B** | morb **AB** morus **V** | didicerunt *Thomas* dixerunt (*ex* diet- *vel sim.* **A**) *α* | voluntes **V** || 11 quomodo *Burs.* quod homo **AB** quod **V** || 14 det indulgentiam **V** | partes **V** || 15 perrupit *Jahn* corr- *α* || 18 latrone **V** | bene *om.* **V** *suppl.* **V**² | elusisset *Usener, Madv.* deluisset (di- **A**) *α* delusisset *Burs.* | vulgus **V** || 20 fecisset et **V** || 21 gallius **B** | Vibius **D** vivis *α* | senteatiam **A** | discriberet **A** || 22 matritum **AB** || 24 procuratore me *Madv.* -torem **AB** -tore **V** || 25 hermacotas *α* | dicentius **A** | *κατὰ Burs.* MaTa *α* || 26 Blandi *dett.* -dis *α* | a *om.* **AB** || 28 *χρηστὸν τ* XPHCON *α* | *εὗρον Burs.* eMPON (*bis* **A**) *α* *ἔλαβον Gertz* | *παιδίον Burs.* NaIΛION *α* | eYCEBET *α* || 29 ΛΞΙΟΙΝ CHMHC **V** *ἀνάξιον τῆς Burs.* *ἄξιον τῆς ἐμῆς Thomas* | *δὲ Jahn* K *α*

Mvrredivs mimico genere fatuam sententiam dixit, cum dixisset novercam disputare contra filii sui testimonium: facit, inquit, quod solet: pro amatore sanguini suo non parcit.

Nicocrates Lacon aridus et exsucus declamator dixit: *τοῦ μὲν ἰδίου* 5 *μάρτυρος ἐφείσατο, τοῦ δ' ἐμοῦ κατεφρόνησεν.*

Hermagoras, cum miserabilem dixisset pueri condicionem esse, qui infestae novercae et procuratori redderetur, dixit iam procuratorem clamare: *οὐκ ἔστιν ἡμέτερος.*

⌜Tyrannus⌝ [thema] ⌜permisit servis⌝ dominis interemptis ⌜dominas 6 E
10 suas rapere. profugerunt principes civitatis; inter eos qui filium et filiam habebat profectus est peregre. cum omnes servi dominas suas vitiassent, servos eius virginem servavit. occiso tyranno reversi sunt principes; in crucem servos sustulerunt. ille manu misit et filiam conlocavit. accusatur a filio dementiae.⌝

15 Argentari. ⌜Haberemus solacium, si has nuptias tyrannus fecisset, 1 E non pater.⌝ 'Habe hunc illi honorem: fac dotalem, sine dominam custodiat.' ⌜Sanum putatis esse qui maluit tyrannum imitari quam servum?⌝ E Pater noster honestis parentibus natus; qui enim aliter condicionem matris nostrae habere potuisset, si tantum ingenuus fuisset?

20 Cesti Pii. Soror, opto tibi perpetuam sterilitatem. Cum dicerem: 'manu 2 mittamus servum', aiebat: 'expectemus sororis nuptias'. Ergo tibi, soror, ut honestos habeas liberos, adulterandum est? ⌜Fecit se similem tyranno, E filiam raptis, libertum cruciariis. Plus servo dominus permisit quam tyrannus. Qui facit has nuptias aut insanus est aut tyrannus.⌝ Quis hoc
25 potest credere, optandum filiae fuisse, ne finiretur tyrannis, ne rediret pater? Si interrogavero patrem, quod gravissimum in tyrannide fuerit scelus, si sanus est, respondebit: quod dominae servis conlocatae sunt.

Fvlvi Sparsi. Eligitur maritus, quem sanus pater dotalem dedisset. 3

1 mimia A mimma V minima V[2] || **2** disputarem AB || **3** sanguine V | sui AB || **4** aridum AB | exsucus *ed. Rom.* exuctus α | ΙΛΙΟΥ α || **5** εΦΗCaΤΟ α || **6** ermacotis A ermacotus B ermatotis V | miserabile AB | condictionem V || **9** thema *del. Müll. nec hab.* E tyrannus (*del.* V[2]) thema tyrannus V | servi si AB servis ut V | intereptis A -emtis B || **9–10** dominas suas rapere E *om.* α, *sed* V *habet* dominabus suis nubant || **10** principe AB || **12** servus V || **13** accusator B || **14** a filio E *om.* α || **16** nunc A | honore B | domina B || **17** sanus *a. c.* V | putetis B || **18** que AB | condictionem V || **20** perpetuam D perretuam (*ex* -rere- V) α | steritatem AB || **21** asaebat AB | sororis *Burs.* -rias α | sor A || **22** liberas A | fecit se E fecisse α || **23** cruciariis E crucar- α || **24** aut[1] E *om.* α || **25** tyrannus AV | rediret] redit̄ AB || **26** interrogovero A || **27** sanus] famis A | respondebit] *ultima litt. vix legitur in* A || **28** Fulvi *dett.* filius A fulvis BV | marutus A marcitus B

E Gener tuus ipsis nuptiis crucem meruit. ⌜Egregium generum, in quo nihil est gloriosius quam quod inter cruciarios non est!⌝ Gravissima ipsi quoque servo facta est iniuria: dominam suam illi non licuit servare virginem.

BLANDI. Fecit etiam servo iniuriam, cui detraxit abstinentiae gloriam. 5 Nuptiis suis manu missus est; o matrimonium omni adulterio turpius!

4 IVLI BASSI. Liberata re publica quod me tristem vidistis, nolite mirari: E nobis etiamnunc vivit tyrannus. ⌜Virginitatem, quam sub tyranno servaverat, perdidit sub patre.⌝ Dic, furcifer: cui sororem meam virginem servasti? dic, si placet: 'mihi'. 'Non vitiavit' inquit 'cum liceret illi': 10 E ⌜itane est nuptiis dignus, quia indignus est cruce?⌝ 'Ex cella sua in dominae migrabit cubiculum vel domina ex cubiculo suo migrabit in cellam.'

5 E CORNELI HISPANI. ⌜Melioris condicionis sunt vitiatae quam virgo: illis tamen mutare nuptias contigit.⌝ Quare, tyrannicida, praemium accepisti? etiamnunc aliqua ex edicto tyranni nupta est. Qui edictum ty- 15 ranni fugerat, redit cum edicto. Dementia hoc patris factum est, ut tyrannum accusare non posset. 'Quid? ille' inquit 'filiam meam virginem alteri servavit?' Nunc maritus est qui sub tyranno quoque nihil amplius potuit quam raptor esse. is qui dotalis destinatus erat, custos relictus est. Propositum est edictum, quod ne ferremus, fugimus. Nihil per totum 20 publicae servitutis spatium indignius visum est, nihil dis hominibusque minus ferendum; itaque tyrannus post hoc occisus est. ⟨Invita⟩ desponsa est puella; omnia ex edicto tyranni facta sunt.

6 ALBVCI SILI. Egregius gener, cuius haec una gloria est, quod comparatus cruciariis frugalior est. Melius servus custodit dominam quam pater 25 E filiam. ⌜Propitius pater ita filiam suam collocavit, quemadmodum iratus tyrannus alienas.⌝ Inimici tibi nepotes precantur. ⌜Cum sanus pater fuit, ne has videret nuptias, fugit.⌝ Parum putatis magnum argumentum dementiae, quod egit tyrannum in mortem, patres in exilium, servos in crucem? Quomodo, qui sic fugis, sic collocas? honestius exul es quam 30 socer. Si voles invenire generi tui propinquos, ad crucem eundum est.

1 nuptis **AB**, *ut saepe in sequentibus, quod non adnoto* || 2 gloriosus **AB** | cruciarios **E** crucar- *α* || 3 non licuit illi **V** || 6 missus *dett.* missis *α* || 7 me *om.* **A** | triste **B** || 8 sub **E** *dett.* *om. α* || 10 vitiavit **D** vint- **AB** vinc- **V** || 11 itane est nuptiis dignus **E** itane est (est *del.* **A**²) nuptiis dignus est **AB** itane dignus est nuptiis **V** itane iste n. d. est *Müll.* | ⟨Vel servus⟩ ex cella *C. F. W. Müll.* | excelsa **A** | sua in *Burs.* suai **AB** suae **V** || 12 migrabit¹ *Burs.* -avit *α* | cubiculum — migrabit² *om.* **A** | in cubiculum **V** | migrabit² *Burs.* -avit **BV** || 13 vitiaeate *a. c.* **A** || 14 illi **A** | contingit **AB** | tirancida **A** || 15 aliqua *dett.* -quam *α* || 17 non *om.* **V** | quod **V** || 19 dotales *a. c.* **B** | custas **A** | relictus *dett.* -tum *α* || 21 indignusiusum *corr. in* -nus usum **A** || 22 inferendum **AB** || Invita *supplevi, nam non video, quid referat, si ante nuptias desponsa fuerit necne* || 24 comparatus **B** || 25 cruciariis *τ* crucaris (-iis **V**) *α* | custodivit **V** || 26 Propitius — filiam² **E** *om. α* | quaeadmodum **B** || 31 invenire *dett.* -ires *α*

ARELLI FVSCI patris. Ex servo gener, [et] ex domina uxor, ex domino 7
socer factus est. quis has nuptias non tyranni putet? Patrem tyranni
criminibus accuso, tyrannum patris. quid de tyranno querar? patri similis
est. quid de patre non querar? tyranno similis est. ⌜Miserrima soror, sub E
5 tyranno patrem desiderabas, sub patre tyrannum desideras.⌝ Id in filia
tua coegisti, quod tyrannus tantum permiserat. Nunc nobis, pater, si
sanus es, exulandum est. quid enim miserius accidere potest quam ista
⟨pa⟩ti in libertate, quae ceteri vix in servitute? Fugimus, ⟨ne⟩ servire-
mus. Felicitatem nostram in calamitatem convertit; aliquanto enim fuit
10 satius cum ceteris contumeliam ferre quam liberatis omnibus solos in
tyrannidem reici. Servo libertatem dedit, filiae servitutem. servo filiam
dedit, innocentiam abstulit. nescio, quid sibi velit quod servi meritum
laudat; tyrannum enim laudare debebat. Servus noster ⟨non est⟩ stultus:
tergus ⟨et⟩ caput suum deliciis praesentibus praetulit. si dix⟨er⟩it se
15 extimuisse tantum nefas, laudabo et hanc illi etiamnunc optabo mentem.
Ceterae honestos invenerunt sibi viros; haec talem habet, quales illae in 8
tyrannide habuerunt. soror mea ancillulae paelex est, et, ut domina
nuberet, conserva de cellula eiecta est. Nullum in tyranno maius scelus
fuit, quam quod tibi libuit imitari. O te, soror, miseram, quod ista non
20 sub tyranno passa es! iam enim pati desisses. Hoc tu putas praemium
esse: quia dominam non violavit, violet quantum volet? iste vero †ut
dices† iniuriam tibi fecit, quia adfinitatem tuam moratus est: si non
cessasset, iam fortasse ex illo nepotes haberemus. Habeamus generum, si
possumus, parem, similem; si minus, non erubescendum, cui cognatus
25 sit aliquis, cui sacra aliqua et penetralia, in quae deducatur uxor, quem
adiungamus ad domum, non quem ex censu deleamus.

1 et *del. C. F. W. Müll.* | domina] -ino **B** || 3 de *om.* **AB** | querar *Schult.* (*cf. l. 4* non querar) -ror *α* || 4 quid – similis est *om.* **A** || 5 sub – desideras **E** *om. α* || 6 quod tyrannus tanus tantum (*ex quibus* tamen tantum *Burs.*) per militia tua coegisti (*haec omnia del.* **A**²) quod tyrannus *e. q. s.* **AB** || 7 sannus **A** | es *dett.* est *α* | exultandum **A** | accedere **A** || 7.8 ista pati *Burs.* (*cf. l. 19sq.*) is statis **AV** istatis **B** is status *dett., edd., l. 8 post* vix ⟨ferunt⟩ *supplentes* || 8 libertate *ed. Herv.* -tem *α* | quae *Burs.* quem *α* | servitute *ed. Ven.* -tem *α* | ne *suppl.* **D** || 9 fugit **V** || 10 libertatis **B** || 13 non est *suppl. Müll.* ⟨non⟩ *ed. Herv.* || 14 tergum **D**² *fort. recte* | et *suppl. ed. Frob.* || 14–15 dixerit se extimuisse *Burs.* dixis extimuisse **AB** dixisset timuisse **V**, *et fort.* timuisse *legendum* dixerit extimuisse ⟨se⟩ *Otto* || 15 nefas *om.* **V** | et *bis* **AB** | aptabo **A** || 16 sibi viros *Burs.* servos *α* | illi **A** || 17 sorore **AB** | meta **B** | ancellulae **A** ancilulae *a. c.* **B** | et *Burs.* sed *α* *del. Schott* || 18 cellula eiecta est *liber Schotti* cellulas iecta **AB** -las facta est **V** -last eiecta *Kiessl.* || 19 quod a tibi **AB** | sorar **B** || 20 desisset **AB** || 21 violet *dett.* volet *α* violabit *Thomas* || 21.22 ut dices] videlicet *C. F. W. Müll., bene ad sensum, sed* vero videlicet *non legitur, ut puto. an* utique? *an* pudicus? || 22 quia *ed. Frob.* qui *α* || 23 cessasset *τ* -ssas et *α* | habeamus *ed. Rom.* -bemus *α* -bebimus *dett.* || 24 si] sin **V** || 25 cui *om.* **B** | quem *bis* **AB** || 26 censu *ed. Rom.* -sum (*ex* cessum **A**) *α*

9 PORCI LATRONIS. Qui omnia tuleramus hoc fugimus. Vocat servum et, quia crucem non meruerat, mereri iubet. Itane, furcifer, tu potuisti dominam complecti? ⟨non⟩ putasti aut semper tyrannum victurum aut semper ⟨a⟩futurum patrem. Felicissimae videbuntur quibus contigit raptus tyrann⟨ic⟩us. Ita sine dubio beneficium dedit, quod custodit 5 dominam a stupro, se a cruce. Cum infelici face ad dotalem suum nova nupta deduceretur, si qua fides est, exhorrui, quasi repositum esset edictum. Cogitabam, quem sorori virum eligerem: simpliciter fatebor, fastidiebam iam eas condiciones, quae ante profectionem fuerant; aiebam: 'illo tempore et aliae virgines erant'. Non vitiavit, inquit, ⟨in⟩ 10 tyrannide: o nos felices, si ne nunc quidem!

10 E TRIARI. Age, hoc ⌜non est praemium, unum spectare omnium cruces?⌝ Certum habeo, si habuisset tyrannus filiam, non scripsisset edictum. Indicit festum diem, aperiri iubet maiorum imagines, cum maxime tegendae sunt. 15

VARI GEMINI. Eadem hora et libertum fecit et generum. Hoc fecisti, quod tyrannus non cogit, nisi cum irascitur, servos ne tunc quidem facit, cum cogitur. Generum habes; qualem? ut illi laudationem suam reddam, nempe frugi servum. Servis tuis paritura fratres ⟨est⟩. Quantum ad expositionem rerum pertinet, sunt quidem acerba tyrannidis mala, ta- 20 men tristiora exponam quae post tyrannidem gesta sunt. Non dubitabam, quin esset tyrannicidae nuptura. Si sub tyranno vitiata esset, ⟨solacium⟩ haberemus: hoc non tibi uni accidit. Nondum occisum tyrannum puto: etiamnunc tyrannicas nuptias video.

11 MARVLLI. Nunc sciam, an merito libertatem acceperis, si liber non 25 merueris crucem. Hoc, quod obicio, qui in pluribus fecit, occisus est.

P. VINICI. Nunc in domo nostra matrimonium est, cuius me puderet, etiamsi raptus esset. Quam miseros putatis, iudices, esse, quibus duo, quae miserrima sunt, optanda fuerunt, tyrannus et raptor? Vna genero tuo commendatio est, quod se aliquando ista puella putavit indignum. 30

1 omnia] am̄a **B** | hoc *ed. Schott.* hos α || 2 meruerat *dett.* -eram α || 3 non *supplevi* | aut semper *Faber* autem per α | tyrannum te victurum **V** || 4 afuturum *Otto* fut- α | felicissimae *Faber* -issimi α | contigit *scripsi* -tegerat **AB** -tigerit **V** -tigerat *Burs.* || 5 tyrannicus *Schult.* (*cf. l. 24*) tyrannus α | rapi sub tyranno *Madv. haud male, cf. l. 22* | custodivit **V** || 6 strupro **AV** | infelici face ad *ed. Herv.* infelice faciat α || 8 simpliter **V** | patebor **AB** || 10 et aliae **A**² metaliae (-lia **B**) α | in *suppl. Novák* sub t. **V** || 11 tyrannidae *in* -da *corr.* **A** | quidemus **V** || 12 Triari *Burs.* -riis **AB** -rius **V** || 14 maiorem **AB** || 16 ora **AB** | fecisti] fecit **V** coegisti *Gertz* || 19 patura **A** | est *h. l. suppl. Müll.*, *ante* fratres *suppl. Burs.* || 20 positionem **A** || 21 tristior **AB** || 22 esset¹ **D**² essem α | ruptura **AB** | sis **A** || 23 solacium *suppl.* τ, *Gron.* | *post* haberemus *distinxi*, *post* hoc *vulg.* | iuni **AB** | nundum **B** || 25 marilli α | an] hanc **AB** || 26 qui] *sc. tyrannus* || 28 esset] est **A** | quibus *Burs.* quidem **AB** equidem **V** || 29 miserrimam **AB** || 29.30 genero tuo *Burs.* generatio **A** generi tuo **BV**

VALLI SYRIACI. In ea condicione, iudices, sumus, ut consolari debeamus sororem, quod aut rapta non sit aut nupserit. Et tamen quid ille meruit, quamdiu per dominum licuit, innocentissimus servus?

SEPVLLI BASSI. Nuptias clausa domo fecimus. in contubernium de- 12
5 ducta servi domina est. ita iste dexteram sororis meae, nisi dum manu mittitur, contigit?

POLLIONIS ASINI. Inter nuptia⟨les⟩ fescenninos in crucem generi nostri iocabantur. Miserrimum egisse me diem memini, quo servire coepit res publica; miserrimum diem egisse memini, quo in exilium fugimus;
10 inter hos dies sororis nuptias numero. Miserrima soror, fortasse vernularum tuorum noverca es. Pater, volo ducere uxorem: dic, quam mihi ex ancillis despondeas.

Contra. ALBVCI SILI. Servavit dominam. ⌜si quis tyranno indicasset, E
solus in cruce pependisset.⌝

15 Divisio. LATRO in has quaestiones divisit: an, etiamsi non debuit filiam 13
sic collocare, damnari tamen ob hoc non possit dementiae: ⌜licet, inquit, E
mihi filiam meam cui velim collocare.⌝ isto modo et repudium ⟨si⟩ remisero genero accusabor. male collocavi filiam? et multi alii; quid tibi videntur hi, qui †abducunt filias suas auari† sed male eam ⟨collocavi⟩?
20 nec ob hoc damnabor: tu patrem debes dementem accusare, non sanum regere. ego istud an sine ratione fecerim, videbimus; satis est, si sana mente feci. deinde, an sic filiam collocare debuerit. hoc in haec divisit: an, etiamsi be⟨ne⟩ meruit servus, non tamen sic illi referenda fuerit gratia. deinde, an bene meruerit. de facto servi primum disputavit, deinde de
25 animo. factum quale [num] est? ⌜dominam non stupravit. auge beneficia: E
nec dominum occidit, nec adulter domino venenum dedit. non est beneficium scelere abstinere.⌝ et tyrannus permisit dominas rapere, non coegit. deinde hoc beneficium eius, quod laudas, serva. alioqui iniuriam fecit, si non subducta est iniuriae sed reservata. tunc tamen solacium

1 Syriaci] sir **B** || 5 nisi *om.* **A** || 6 non contigit **V** || 7 Pollionis *τ* popillionis *α* | Asinii **D** -nis *α* | nuptiales *ed. Rom.* nuptia **AB** -ias **V** || 8 locabantur **V** || 9 miserrimum **D** -ma **AB** -mam **V** | egisse ⟨me⟩ diem *C. F. W. Müll.* *fort.* diem egisse ⟨me⟩ | quod **AV** || 11 es *dett.* est *α* || 12 ancillis *dett.* achillis (aci- **V**) *α* || 13 indicasset **D** iud- *α* || 16 collocare *dett.* -ari *α* | ob **L** ab *α* || 17 vellim **B** | iste **V** | si *suppl. Born.* ⟨cum⟩ *Burs.* || 18 accusator **V** || 19 abducunt] abdicant **D** addicunt *τ* | avaris *dett.* a viris *Kiessl.* *fort.* addicunt . . . avari⟨tiae⟩ | *fort.* sed ⟨si⟩ | collocavi *suppl. Vahlen* (collocavi, sine ratione) || 21 sane **V** || 22 feci *dett.* -it *α* || 23 bene *Burs.* (*cf. l. 24*) ve **AB** *om.* **V** || 24 deinde¹ si (*sed* si *del.*) **V** | meruit **A** | disputabit **AB** | de² *om.* **V** || 25 quale est *τ* quale num est (est *del.* **A²**) **AB** quale non **V** qualenam est *Madv.* | strupavit **A** strupr- **BV** || 26 nec² **D** ne *α* | adulter *ex* -eri **T** -eri *α* *fort.* adulteri ⟨causa⟩ || 27 dominas *Burs.* -na **AB** -nam **V** || 28 benedficium *a. c.* **V** | serva *Burs.* -vos *α* | alioquin **V**

E fuisset cum multis pati. denique ⌜aliae in tyrannide passae sunt, haec in libertate; ceterae absentibus suis, haec praesentibus; in aliis stuprum vocabatur, in hac matrimonium⌝; in aliis finis expectabatur iniuriae, in hac nullus. denique illarum stupratores suffixi sunt, huius manu missus est. deinde de animo servi. 5

14 LATRO colorem a fili parte, quare non vitiasset servos, hunc fecit: E ⌜timuisse illum supplicium, scisse futurum, ut liberata re publica omnes poenas, qui contaminassent dominas suas, darent. et adventare iam tempus ultimum tyrannidi videbatur⌝, cum ⟨esset⟩ ad summam perducta rabiem, quae numquam nisi ex desperatione fit. itaque cum videret, inquit, suffigi cruci servos, clamabat: 'hoc ego futurum sciebam!' in ultima oratione Latro dixit: servi quoque nomine tecum queri possum, quem, quia frugi fuerat, nequam fecisti. 10

ALBVCIVS hoc colore usus est: ⟨erat⟩ immatura etiam puella nec adhuc iniuriae idonea, et ideo illam non abduximus, quia aetatis beneficio tyrannidem sentire non poterat. 15

15 CESTIVS dixit: ego plane non sum detracturus servo suam laudem: habuit bonam mentem, speravit posse fieri, ut, si virginem servasset, nuptiis dominae manu mitteretur.

VARIVS GEMINVS ait: fortasse amicam habebat, hac delectatus non ⟨est; nam⟩ quidam virginum concubitum refugiunt. fortasse scit illam non esse passuram et, illud quod nequam quoque servos interdum frugi facit, malam fortunam timuit. et hanc sententiam, quae valde circumlata est, adiecit: an enim furcifer auderet cum domina concumbere, nisi illi pater permisisset? et illud dixit: ad hoc, pater, ab exilio rediebas? in exilium ergo quid fugimus? 20 25

16 BVTEO voluit videri re vera mente lapsum patrem et in narratione hoc dixit: quam maestus venit domum ab edicto tyranni, quantum in sinu filiae flevit! puto illo tempore mentem esse concussam.

VARIVS GEMINVS de abstinentia sic: contaminare dominam suam et trahere in cellam non est ausus – nisi forte hoc modo mavis narrem: iam tunc sperare sororis nuptias coeperat. 30

1 denique] quod **E** denique quod **D** || 2 struprum **AV** || 4 suffixi sunt] -fixis **A** || 5 de *om.* **AB** || 6 servus **V** || 7 reip. **V** *corr.* **V**[2] || 9 tyrannidis **V** | esset (*post* summam) *suppl. ed. Herv.* || 10 deparatione **A** | inqut **A** || 11 sufficit **AB** || 13 quia *Otto* qui α | qui eum qui *Gertz* quod eum qui *dubit. Müll.* || 14 albutius **A** | erat *h. l. supplevi; post* etiam *suppl. Gertz, post* idonea (*l. 15*) *Müll.* || 15 iniriae **A** | adduximus **BV** | qui **AB** || 17 certius **B** || 20 hac] de (*sed del.*) hac **V** || 20–21 hac delectatus ⟨abstinuit;⟩ nam *Burs.* | est; nam *suppl. Gertz* delectatus ⟨est⟩ *Schult.* nam *ex* non τ || 22 servus **V** || 23 mala **AB** *corr.* **A**[2] | hac *a. c.* **A** || 24 enim *ex* eum **A** | furgifer **AB** || 25.26 in exilium] ut ex illum **V** || 27 butheo **B** | lampsum **BV** | patre **A** | narrationem **AB** || 28 educto **B** || 30 de] dixit de **V** || 31 cellea **AB** || 32 sorori **A** | caepit rat *a. c.* **A**

A parte patris magis defensione opus esse dicebat LATRO quam colore. 17
VARIVS GEMINVS factum ipsum defendit: magnos viros fecisse, ut libertinas uxores ducerent: ⌜M. Cato, inquit, coloni sui filiam duxit uxorem.⌝ E
'sed ingenuam'. respondeo: sed Cato. plus interest inter te et Catonem
5 quam inter libertum et colonum. quam multa commoda habet subiectus et obsequens maritus! ⌜non petulantiam timebit, non verborum contu- E
meliam, non paelicem, non repudium.⌝ filiam meam domi semper habebo, quam eo magis desidero, quod [abeo] diu ab illa afui. deinde factum liberti laudavit.

10 ALBVCIVS et philosophatus est: dixit ⌜neminem natum liberum esse, 18 E
neminem servum; haec postea nomina singulis imposuisse Fortunam.⌝ denique, inquit, scis ⌜et nos nuper servos fuisse. rettulit Servium regem.⌝

SILO POMPEIVS hoc colore usus dixit: exhaustum tyrannidis iniuriis patrimonium; non habuisse se dotem, quam daret.

15 ARGENTARIVS voluit videri puella volente se fecisse: visa est, inquit, indulgere illi; certe debuit.

GAVIVS SABINVS hoc colore usus est, ut, in quantum posset, dignitatem 19
suam destrueret et humilitatem confiteretur. et ideo, inquit, facilius potuit non vitiari, quia nemo in domum nostram oculos derigebat. et
20 fueram, inquit, ⟨iam ante dubius, quid⟩ facerem, cui conlocarem: quaerendus mihi erat gener aliquis libertinus; quid ergo alieno potius liberto? hunc iam novi, scio, cuius in nos adfectus sit. si moriar, scio me meam filiam apud hunc tuto relicturum. et hanc sententiam adiecit, quae valde excepta est: eum non contempsi generum, qui tyrannum
25 contempserat.

ACCAVS POSTVMIVS hoc colore usus est: nihil est, inquit, invidia 20
periculosius; hanc sapientes viri velut pestiferam vitandam esse praecipiunt, hanc vitavi. ingens invidia erat: 'hic nunc nobis obicit fortunam liberorum nostrorum.' oderant filiam meam feminae, me patres quasi

1 patres *a. c.* **V** || 2 magnus **AB** || 4 respondeam **V** || 5 habet *Gertz, Madv.* -eret *α* *fort.* habebit || 6 maritus **D** maturitus *α* || 7 habebo *Schult.* -beo *α* || 8 abeo (hab- **A**) *del. Thomas* | diu ab illa afui. deinde *Schult.* diua illa fide inde *α* || 10 natum] latum **AB** natura (. . . fecit) **E** | liberem *a. c.* **B** || 11 postea **VE** posita **AB** | imposuisse *dett.* -sset *α* || 12 retulit *α* | Servium *ed. Ven.* -vum *α* || 13 et haustum **A** exhaustus **V** || 15 puellam **V** | volentes effecisse **AB** || 17 Gavius *ed. Ven.* gavis **AB** gaius **V** || 18 confitetur **A** || 19 vitiari *Gron.* -iavi *α* | derigebat *Müll.* di- *α* || 20 iam – quid *supplevi* | facere **V** || 22 nos] nos ad nos *a. c.* **A** || 23 meiam *a. c.* **A** | hunc] hanc **AB** | tuto relicturum *Faber* tutorem licturum *α* || 24 qui] quid **AB** || 25 contempserat **A**[2] -erant *α* || 26 Accius *Burs.* | nihil est inquit *ed. Ven.* inquit nihil est *α* inquit *cm.* **D** nihil, inquit, est *Novák* || 27 sapientiam *a. c.* **A** | pestiferam *ex* -rum **V** rertiferam **AB** ⟨rem⟩ pestiferam *Novák* pestiferam ⟨viperam⟩ *Otto* | praecipunt **A** || 28 vitavi. ingens invidia erat *Burs.* vita (ita **V**) vincens invidiam eram *α*

publici mali segregem, exprobratorem. quo uno modo honeste potui, feci filiam meam ceteris similem, fortunam meam publicae parem. sic detracta omnis invidia est: filiam non habeo honestiorem quam vos, servum frugaliorem habui quam vos.

21 HISPO ROMANIVS dixerat: maritum autem ego istum vocem raptorem serotinum? verbum hoc quasi apud antiquos non usurpatum quibusdam displicebat. eiusdem verbi significatione, ut extra reprehensionem esset, usus est GAVIVS SABINVS, cum diceret nondum esse consummatam adversus servos publicam vindictam: etiamnunc in domo nostra residuus raptor est. 10

22 SATVRNINVS FVRIVS, qui Volesum condemnavit, maius nomen in foro quam in declamationibus habuit; solebat tamen tam honeste declamare, ut scires illum huic materiae non minus idoneum esse sed minus familiarem. is in hac controversia, cum L. Lamiae filio declamaret, dixit sententiam: *ὁ μὲν πατὴρ χείρων γέγονεν τυράννου, ὁ δὲ δοῦλος ἑαυτοῦ.* 15

Ex tabellis emptionis multi sententiam trahere temptaverunt. ALBVCIVS dixit: profer mihi tabellas. quid hoc est? generum socer mancipio

23 accepit. TRIARIVS dixit: 'fugitivum, erronem non esse'; ita si malum auctorem habemus, gener noster fugitivus est? BLANDVS dixit: relegamus auctoritatis tabellas: 'furtis noxaque solutum'. haec generi nostri 20 laudatio est. GALLIO dixit: furtis noxaque solutus est. *** SPARSVS dixit: ostende tabellas. quid nobis cum isto genero? prior dominus promisit fugitivum non esse. gratulor vobis, posteri: patrem fugitivum non habebitis. VARIVS GEMINVS dixit: 'erronem non esse'; adicio fugitivum

24 non esse, adicio noxa furtisque solutum. numquid de generi tui nobilitate 25 detraxi? POLLIO aiebat ridere se, quod declamatores decrevissent hunc utique empticium esse.

Mirari vos puto, quod in hac controversia omnes declamatores mentis suae fuerint: non fuerunt. NEPOS MAMILIVS cum hortaretur libertum ad

1 publici mali segregem **D** -is malis gregem *α* | exprobatorem **AB**' | qui **V** || 2 fortunam meam *Faber* -na mea *α* | parem. sic *Gertz praeeunte Faber* (parem, *quod fort. sufficit*) partis *α* | fortuna mea publicae par sit *Schult.* || 4 frugaliorem **D** flagaliorem **AV** flagariolem **B** || 5 romanus **AV** || 6 quas **A** | apud antiquos *Burs.* amputanti quos (quod **V**) *α* | quidam **B** || 7 significatione *Burs.* -nem *α* || 8 Gavius Sabinus *liber Schotti* gravius savinus *α* | esset *a. c.* **A** || 11 saturnininus **B** | Volesum *Lipsius* voles vel *α* Votienum *Madv.* Volesum Valerium *dubit. Gertz* || 14 controversiam **A** || fili **AB** || 15 ΓeTONeN **A** || 16 emptiones **A** | albucium **AB** || 18 fugitium **AB** | erronem non esse *dett.* errorem non esses *α* || 20 voxaque **A** | solutus (*ex* -atus) **V** || 21 est[1]] se **AB** | calio *α* | -que *om.* **AB** | solutur **B** | *lac. ind. R. G. Austin* (*apud Wb.*); *fort.* ⟨sed dominae adulterio pollutus est⟩ || 23 cratulor **B** || 24 habebimus **B** | erronem *dett.* errorem *α* || 25 solutum *τ* solum tum *α* | nobilitatem **AB** || 28 controversia **D** -iam *α* || 29 mamblius **A** | liberium **AB**

repudium sororis, dixit: refer nobis gratiam; et tu sororem meam manu mitte. NEPOS LICINIVS illi non cessit; dixit enim: in illa subsellia ⌜transite servi, transite liberti, empta cognatio⌝. et cum illum sensum elegantem et ab omnibus iactatum subripuisset: 'soror, opto tibi sterilita-
5 tem', adiecit: nec est, quod mireris me timere partum tuum: ⟨certum⟩ habeo sic nasci tyrannos. E

PRODITIONIS SIT ACTIO. ⌜Pater et filius imperium petierunt. praelatus est patri filius. bellum commisit cum hoste, captus est. missi sunt decem legati ad redimendum imperatorem. euntibus illis occurrit pater cum
10 auro, dixit filium suum crucifixum esse et sero se aurum ad redemptionem tulisse. illi pervenerunt ad crucifixum imperatorem; quibus ille dixit: 'cavete proditionem.' accusatur pater proditionis.⌝ 7 E

ALBVCI SILI. Quid desideratis ultra? ⌜imperator supplicium tulit, proditor pretium. Tristiorem istum vidimus, cum filius imperator re-
15 nuntiatus est quam cum captus. Redde rationem, quemadmodum redieris tutus, senex solus cum auro, cum etiam imperatores capiantur.⌝ Imperator adulescens renuntiatus est omnibus laetis praeter patrem. 1 E

CESTI PII. ⌜Plus accepit auri quam quod posset abscondi; nolite mirari: et imperatorem et filium vendiderat. 'Cavete proditionem': iam comitiis
20 cavimus. Abstulissent tibi aurum hostes, nisi dedissent.⌝ Cum de redemptione ageretur, omnes in curia fuerunt praeter competitorem. ⌜⟨'Cavete proditionem':⟩ indicium fuit morientis breve, fili verecundum. 2 E E

BLANDI. Quomodo te dimiserunt? si nihil aliud, et ducem genuisti et dux esse voluisti.⌝ Si non decreveramus, consilium nostrum expectari
25 debuit; si decreveramus, officium.

ARELLI FVSCI patris. Vnde tam graves paterni sinus? numquid ossa fili reportant? Expectat videlicet iudicia vestra reus, tamquam nesciat,

2 in *Thomas* sub α *fort.* ad | illa subsellia] *sc. patris, in iudicio* || 3 empte *a. c.* **A** || 4 subripuisset *ed. Rom.* -ripuit sed α || 5 certum *suppl. Schult.* ⟨compertum⟩ *Linde* || 7 thema (the **A**) proditionis α || 8 commisi **B** | cum *om.* **A** | misis **A** | sum **AB** || 10 sero **E** *om.* α || 11 ad cruci- *om.* **AB** || 12 proditorem **E** | accusatus **V** || 13 albucini **B** | quod **AB** | imperatur **V** || 13–14 supplicium – proditor **E** *om.* α || 14 filiis **AB** | renuntiatus **E** (*cf. l. 17*) enunt- α || 15 reddieris **AB** || 16 tutus] tu eius **A** | capiantur **E** -untur α || 18 casti **A** certi **B** | quod] cum **B** || 19 filius eius (*sed* eius *del.*) **A** | comitis (*ut sim. saepe*) **AB** -ites **V** || 20 de *om.* **AB** | redemptionem **AB** || 21 in curia **L** iniuriam **A** in curiam **BV** || 22 cavete proditionem *suppl. Wachsmuth coll.* **E** || 23 quomodo *dett.* quod modo α || 24 dux **E** dua **AB** tu **V** | non⟨dum⟩ *Otto* || 25 debui **AB** | *post* decreveramus *iterum* consilium – decreveramus *scr.* **AB** *atque iterum* debui *habent, praeterea* expectare **B**[b], *unde* expectare debui⟨sti⟩ *Burs.* || 26 Arelli **L** -ius α | sinos **AB**

quid de illo sentiatis. Non tu semel apud hostem fuisti, sed nos semel legatos misimus. Imperator non audet nominare te tamquam patrem.

3 Ivni Gallionis. Fuit adulescens optimus, verecundissimus, qui patri suo cessisset, si salva pietate potuisset. Iterum nobis inter vos, patrem
E et filium, iudicandum est. ⌜Candidatus processit contra patrem⌝; si 5
silentium eius intellexissemus, et ⌜tunc nobis verecunde indicaverat⌝. Habebas apud hostes auctoritatem: apparebat te rei publicae irasci.
E ⌜Legati nostri aurum ferebant, pater afferebat⌝. Dixeras illos sero venturos; non[ve] pervenerunt sero: imperatorem nostrum convenerunt. Imperator istum accusat, nos subscribimus. Hoc fuit imperatoris nostri 10
4 testamentum. 'Obice' inquit 'aliqua ante actae vitae crimina': non possum; verecundum competitorem habuisti; multum tacebat. Quod possum
E tibi maius crimen obicere? ⌜filius tibi tuus credi rem publicam noluit.⌝ Non est, quod dicas: 'quem misi ad hostes?' tamquam ipse ire non possis. Cur tam cito reverteris? diutius nos contra filium rogasti quam pro filio 15
E hostem. ⌜non immobilis stetisti, non illic quasi et ipse adfixus haesisti? quid tam cito recedis? etiamnunc vivit, etiamnunc loquitur⌝; recessurus interroga, si quid velit mandare. ⌜Voce proditionem coarguit, silentio
5 proditorem.⌝ Intellego, quanto istum periculo offendam; quemadmodum enim iste accusationem vindic⟨abit, qui repulsam vindic⟩avit cruce? 20
Omnibus argumentis premitur: dabo qui viderint, dabo qui audierint, dabo aurum, dabo testem, et, ne quid de dignitate dubitari possit, imperatorem. de hoc, utrum volet, dicat: 'inimicus est': ⟨itaque prodidit; 'filius est':⟩ hunc indicavit. Vtrum tantum auri erat, ut appareret etiam non quaerentibus, an tam suspectus erat, ut, ⟨ante⟩quam quisquam vos 25
E admoneret, proditionem cavis⟨se⟩tis? Optimus adulescens, ⌜optimus imperator, qui rei publicae curam agere ne in cruce quidem desiit!⌝ Dignum te non putavit filius, cui diceret: ⌜'cave proditionem'⌝.

6 Vari Gemini. Nolite omnia expectare ab accusatore et occupato et

2 te tamquam] testam quam **AB** || 3–4 patri suo cessisset] patris voces sisset **A** || 4 pietate] *sc. erga patriam, ut monuer. Drechsler, Hagendahl* | nobis *Schult.* vobis α || 6 intellexissemus *scripsi* intelligere scissent s **A** intellegere scissem s **B** intellegeres scisses **V** | nobis **E** vobis α || 7 habebat **B** || 8 autrum **A** | afferebat α**E** auf- *ed. Ven., Gron.* (*qui etiam* ref-), *edd.* || 9 ve *del. Burs.* ve⟨ro⟩ *Gertz* || 10 *post* fuit *iterum* imperator istum — fuit *scr.* **AB**, *et iam* huc *pro* hoc *praebent* | imperatori **A** | nostrum (*ex* -ri **A**) **AB** || 13 crede *a. c.* **A** || 14 quod *dett.* qui **AB** quid **V** | emisi **A** | posses **V** || 16 exstetisti *a. c.* **V** | illic **E** illi α | quasi] qua **B** || 17 recensurus **A** || 18 vocem **A** || 19 periculum **V** || 20 -abit qui repulsam vindic- *supplevi praeeunte Burs.* (*qui* contentionem *pro* repulsam *suppl.*) || 21 adierint **B** || 23 ut utrum **AB** || 23–24 itaque — est *supplevi* ⟨vel 'filius est'⟩ *Gertz* || 24 haurierat **V** || 25 non *ed. Herv.* nunc α | an tam] tantam **V** | erat τ eras α | ⟨ante⟩quam quisquam vos *scripsi* quamvis quam vos **AV** quamvis **B** || 26 admoneret τ -ere α | cavissetis *scripsi* cavistis α | optimis *a. c.* **V** || 27 disiit **B**

verecundo. reum intellegite: crimina audistis. Quaeris ante actae vitae crimina: non habeo; nihil tibi umquam filius obicere voluit. Tam cito lassatae preces tuae sunt? Quid faciet miser? ⌜nec imperator potest tacere proditionem nec filius loqui proditorem.⌝

7 PORCI LATRONIS. Quid ab ista ⟨proditione securum⟩ est, quae pervenit iam usque ad ducem! vereor, ne tam sero caveamus quam imperator noster, qui non ante intellexit proditionem quam proditus est. nec umquam praesentius periculum fuit: res publica sine imperatore est, proditor sine custode. Quid est, quare tibi hostes pepercerint? et imperatoris nostri pater es et aurum habes et legatus non es. Si tibi dicam: ⌜'expecta, dum legati mittantur⌝; filius tibi publice redimetur', ⌜dices⌝: 'paternus ⌜adfectus non sustinet moram⌝, rapit me desiderium fili. ⌜etiamsi redimere vivum non potero, mortuum redimam. 8 numquam tam durus hostis fuit, ut paternis lacrimis non flecteretur.'⌝ ut ignoscam tibi, quod tam cito isti, obiciam, quod tam cito redisti. Dic, quid dixerit tibi; an nihil cum patre voluit loqui? ⌜'Cavete proditionem'⌝; hoc dixit: 'videte, ⌜ne quis nocte insciis custodibus exeat, ne quis ignorante re publica ad hostem perveniat, ne quis ex hostium castris gravis auro revertatur.' Nihil deest indicio:⌝ si quid ⌜de proditione⌝ quaeritis, ⌜imperator vobis dicet; si quid de proditore, legati.⌝

9 Pars altera. ARELLI FVSCI. Quantum est pretium, quo vendo, ut filium pater spectem in cruce, filius patrem de cruce? Tanti et imperatorem et parricidium vendidi? Gratulabantur omnes repulso magis quam designato, nimis ambitiose; nunc paenitet. Et filium et patriam vendidit ⟨qui⟩ tam exiguum auri accepit, ut unus senex portare posset?

10 In hac controversia, etiamsi coniecturalis est et habet quasi certum tritumque iter, fuit tamen aliqua inter declamantis dissensio. LATRO semper contrahebat et quidquid poterat tuto relinquere praeteribat. itaque et quaestionum numerum minuebat et locos numquam attrahebat; illos quoque, quos occupaverat, non diu dicebat sed valenter.

2 habeo] ab haec **B** habet **V** || 4 proditore **V** || 5 proditione securum *suppl. Burs.* | ista . . . est quae] itis itaque **V** || 6 crucem **V** || 7 qui *bis* **A** | proditus *dett.* -ductus α | umquam quam **AB** *corr.* A^2 || 8 re **B** || 9 quid est A^2 quidem est **AB** quidem **V** | perpercerint *a. c.* **V** | imperatores **AB** || 10 es et *ed. Rom.* esset α | legatum **B** | non *om.* **A** *suppl.* A^2 | est **AB** || 10, 11 expectandum **AB** || 11 mittantur **E** mittunt **A** -untur **BV** | redimetur *Novák* remittitur (-mittetur **V**) α | duces **A** | paternis *a. c.* **V** || 13 mortum **AB** || 15 qui **B** || 17 ne[2] *om.* **A** | ignorate **B** || 18 quis *dett.* quid α | hostibus **AB** | grave **A** | revertetur **B** || 19 indio **AB** || 20 proditore **E** -ditione α | legat **B** || 22 cruce[1] τ -cem α | cruce[2]] -cem **V** | tanti = *tam parvi* || 23 patricidium α | gratulabuntur **V** || 24 amvitiose **AB** || 25 qui *h. l. supplevi, post* paenitet (*l. 24*) *suppl. Burs.* | senec **B** || 26 controversia **D** -iam α | coniacturalis **V** | est et *Konitzer* esset α || 27 clamantis **A** || 28 contrahebat *ex* detrah- **B** | praeteribat **D**, *Burs.* -ierat α || 30 quod **B**

hoc erat itaque praeceptum eius, quaedam declamatorem tamquam praetorem facere debere minuendae litis causa. quod in hac controversia
E fecit: ⌜non enim curavit dicere nullam factam esse proditionem sed se proditorem non esse. et suspectus, inquit, iudici est qui plus quam se defendit⌝ et nolo, inquit, cum fili voce pugnare, ut imperatorem et filium 5
mentitum dicam, praesertim cum odium adversus filium obiciatur patri.

ALBVCIVS in duas partes declamationem divisit: primum negavit ullam esse proditionem, deinde, ut esset, ad se non pertinere.

11 Colorem contra patrem SILO POMPEIVS hunc introduxit: odio illum rei 10
publicae, a qua repulsus erat, fecisse et odio ipsius fili, quem oderat et quia competierat et quia vicerat.

VARIVS GEMINVS dixit statim petisse patrem hoc proposito imperium, ut proderet, hominem avarum et lucro inhiantem et, quia noti mores eius erant, victum ab eo competitore, a quo vinci fas non erat nisi homi- 15
nem turpissimum. ante comitia, inquit, paratus fuerat pecuniam dare, ⟨ut⟩ filium vinceret; post comitia paratus erat pecuniam accipere, ut filium perderet. ut captus est dux, aiebamus, inquit: 'non potest hoc sine proditione fieri.' excusavimus nos imperatori, diximus perseverasse ad redemptionem, quam⟨vis⟩ deterruisset pater. hoc loco ille respondit: 20
'cavete proditionem'.

12 BLANDVS dixit aegre ferentem pudorem repulsae voluisse occidi filium, ut in eius locum substitueretur ipse.

HISPO ROMANIVS ultionem, inquit, suam hosti vendidit. tam facile, inquit, exit nocte, pervenit ad hostes, redit, ut scires illum non tunc 25
primum fecisse.

ARGENTARIVS dixit: perfer ad senatum mandata fili tui. necesse est tibi multa dixerit; legatis quoque aliqua mandavit. fortasse proditoris
E nomen patri dixit; indica nobis. 'nihil dixit' inquit 'mihi': ⌜sublata omnis quaestio est. quaeritis, quem dixerit? videte, cui nihil dixerit.⌝ 30

13 Pro patre de comitiis hic color LATRONIS fuit: ne quis filium meum

2 deberem **V** (*et* deberem inuendae **AB** *quoque*) || **3** curabit **AB** | facta **A** || **4** iudici est] iudicem **V** || **5** pugnaret **AB** || **6** praesertis **V** | obiciatus **B** || **8** ullam *τ*, *Faber* illum **AB** illam **V** || **10** solo **A** || **11** fecisse et *ex* -set et **V** fecisset **AB** | oderat *ex* odierat **A** || **12** competierat *Burs.* -ierit *α* || **13** proposita **B** || **15** competitore *τ* -orem *α* | vinci *om.* **A** || **16** fuerat et **V** || **16–17** inquit — comitia *om.* **B** | dare, ⟨ut⟩ *Otto, Gertz* (ut *suppl. etiam τ*) accipere (*ex* -ceperat) **A** acciperet **V** (*cf. adnot. ad l. 17*) || **17** vinceret *Novák* (*cf. l. 31sq.*) perdideret **A** perderet **V** (*ex l. 18*) | accipere *Otto, Gertz* dare *α* || **18** agebamus **A** || **20** redemptionem **D** -ione *α* | quamvis *edd. vett.* quam *α* quam⟨quam⟩ *Burs.* quom *Otto* || **22** pudore **V** | repulso **B** || **23** substitueret **AB** || **24** romanus **V** | tam] tantam **A** tamtam **B** || **28** dixerit *dett.* -erat *α* || **29** inquit nobis mihi **AB** *corr.* **A**² | sublato **AB**

vinceret, timui; itaque profes⟨sus⟩ sum, ut auctoritate mea deterrerem
futuros competitores. deinde ipse ⌜filio meo cessi⌝. E

ALBVCIVS [aiebat] hoc colore usus est: aiebant, inquit, alii imperatorem
⟨iuvenem⟩ fieri debere, qualis Scipio fuisset, alii senem, qualis Maximus
5 fuisset; senem nihil temere facturum, ⟨iuvenem acriter pugnaturum.⟩
utriusque populo copiam feci.

CESTIVS hoc colore usus est: noveram vitia fili mei, sciebam esse acrem
adulescentem, fortem sed inconsideratum, temerarium. itaque petii et
rei publicae causa ⟨et⟩ fili mei, quem idoneum ad tantum sustinendum
10 onus non putabam.

FVSCVS ARELLIVS dixit in hoc se competisse, ut hostium animi fran- 14
gerentur, cum audissent posse rem publicam vel in una domo ducem
eligere.

HISPO ROMANIVS simpliciter putavit agendum: inepti, inquit, hi co-
15 lores sunt, cum ponantur competitores. hoc itaque egit colore, ut querere-
tur de exitu comitiorum: adulescentulos omnis conspirasse, quasi de
aetatis comparatione ageretur; facile itaque victum senem non ambien-
tem. de me, inquit, queri non potestis: clamavi: 'non est vobis utilis
huius aetatis imperator.' mansit, inquit, illi et post comitia eadem con-
20 tumacia: nihil referebat ad patrem, nihil communicabat; itaque captus
est. et cum descripsisset, quam imperite disposuisset aciem, quemadmo-
dum inexploratis locorum insidiis oppressa eius temeritas esset, adiecit:
hoc erat, quod vobis clamabam: 'ducem senem eligite.'

OTHO IVNIVS pater praesagiis quibusdam et insomniis hanc fortunam 15
25 praenuntiantibus agitatum se competisse dixit. erat autem ex somniatori-
bus Otho: ubicumque illum defecerat color, somnium narrabat.

De eo, quod inscio senatu egressus est, LATRO sic coloravit: ⌜amentem E
et attonitum protinus procurrisse.⌝

1 timuit **A** | professus sum *dett.* professum **α** | auctoritatem **B** || 3 aiebat (ag- **A**) *del.* **A**[2] | aiebant **τ** -bat (ag- **A**) **α** | alii *Burs.* ali **A** tali **B** alem **V** || 4 iuvenem *suppl. Gron.* (*sed ante* imperatorem) ⟨adulescentem⟩ *Kiessl.* | debere **D**[2], *ni fallor* -erem **α** | qualis[1]] qua **B** | alii *Burs.* tali **AB** talem **V** | moximus **A** || 5 fuisset *scripsi* (*cf. l. 4*) fent **A** fecit **B** fuit **V** *del. Novák* | iuvenem acriter pugnaturum *ante* senem *suppl. Vahlen, transp. Gertz* || 7 certius **B** | vitiam **AB** vitium *Novák* | hacrem **B** || 8 petii et *Burs.* petieret **AB** petii imperium **V** || 9 causa ⟨et⟩ *Schult.* causae *vel* -se **AB** -sa **V** || 14 romanus **V** | inepti *dett.* -pte **α** | hic **B** || 15 cum] con- **V** | colorem **AB** || 17 aieretur **B** | ambicientem **B** || 18 clamavit **V** *corr.* **V**[2] || 19 itaquit **V** *corr.* **V**[2] | eadem contumacia *om.* **B** || 21 quem **AB** || 22 inexpoloratis *a. c.* **V** || 23 bovis **AB** | sine ligite **A** sene ligite **B** senem elegite **V** || 24 oto **α** | praesagis **AB** | insomniis *dett.* -nis **α** || 25 praenuntiantibus *dett.* -nuntiatus **AB** -nuntiatis **V** | agitatum se **D**[1] agitatur (agiatur **A**) te **α** **D**[2] | competisse *ed. Schott.* -perisse **α** || 26 Otho *Burs.* toto **α** | somnium *ed. Herv.* omnium **α**

ALBVCIVS hoc colore usus est: ⟨necesse est⟩ semper de duce cito con-
E stitui. longum erat expectare. ⌜ad summam, festinavi nec occurri.⌝

16 E VARIVS GEMINVS dixit maluisse solum ire; ⌜hostes⌝ enim auctoritate legatorum non moveri at ⌜lacrimis patrum saepe flecti.⌝

SILO POMPEIVS ait: putavi utilius esse privata illum pecunia redimi; 5 minoris enim posse aestimari, ⟨quam⟩ si tamquam imperator redimeretur.

ARGENTARIVS ait: nihil tam iniquom erat quam legatos ad redemptionem mitti; numquam enim reddidissent quem sic desiderari publice iudicassent. itaque praecucurri rogaturus et hoc dicturus: exercitus 10 contemnit illum, res publica relinquit.

17 BLANDVS ait: cogitanti mihi, quid facerem, contentus essem paternis lacrimis an comitatu publico preces meas adiuvarem, tandem venit in mentem Troianum regem ad redemptionem fili sine legatis isse et cum auro. 15

SEPVLLIVS BASSVS ait non expectasse se curiam, quia putaverit futuros, qui redimendum negarent, quod factum apud Romanos saepius erat; itaque ante se voluisse redimere, quam posset aliquid de non redimendo constitui.

CESTIVS dixit: non quaesivi secretos tramites et occultum iter: pro- 20 ditor eadem via veni, qua legati?

18 De voce fili colorem ALBVCIVS hunc fecit: pudebat illum, inquit, quod captus erat; quaerebat aliquod fortunae suae patrocinium; voluit videri non culpa sua sed proditione hoc sibi accidisse; itaque nomen adicere non potuit. 25

FVSCVS ARELLIVS dixit alienatum iam suppliciis animum et errantem has voces effudisse sine argumentis, sine reo.

VARIVS GEMINVS omnia complexus est: potest, inquit, propter hoc, potest propter illud. ego vobis idem suadeo: cavete proditionem. hoc si cavere vultis, imperatores senes facite. 30

19 Illud et in hac controversia et in omni vitandum aiebat CESTIVS, quotiens aliqua vox poneretur, ne ad illam quasi ad sententiam decur-

1 color **B** | necesse est *supplevi* ⟨non⟩ *Watt* || 2 summa **V** | nec occurri = *sed sero perveni, cf. ThLL 9, 394, 68 sqq.* || 4 at *Müll.* ad α | lacrimas **V** || 6 quam *suppl. dett.* | aestimari, si ⟨non⟩ *Otto, quod aeque bonum* || 8 in quo **A** inquom **B** iniquum **V** || 9 reddissent **B** *corr. manus alia* | desiderare *a. c.* **V** || 12 contemptus **B** || 13 adiuvare **BV** || 14 legati **AB** | isse *bis* **B** | et *fort. delendum* || 16 putaberit futurus **AB** || 20 certius **B** | tramites et τ tramitte se **A** tramite seo **B** tramittes se **V** tramites nec *Burs.* || 20.21 proditor eadem] -rore adest **V** || 21 via] vix **AB** | *signum interrog. posui* || 23 quaebat **AB** || 27 effudisses in arg. **AB** || 28 virius **V** || 29 suadeeo **AB** | proditione **V** || 30 imperatore (*fort. propter membranae vitium*) **A** || 31 agebat **A** | certius **B** || 32 decurreremus *Burs.* -curremus **AB** -curramus **V**

re⟨re⟩mus. sicut in hac apud Cestium quidam auditor eius hoc modo
coepit: 'ut verbis ducis vestri, iudices, incipiam, cavete proditionem'. sic
finivit declamationem, ut diceret '*** in quibus vitam finit imperator:
cavete proditionem.' hoc sententiae genus Cestius echo vocabat, et di-
5 centi discipulo statim exclamabat: *ἱμερτὴν ἠχώ.* ut in illa ⌜suasoria, in E
qua deliberat Alexander, an Oceanum naviget, cum exaudita vox esset:
'quo⟨us⟩que, invicte?'⌝ ab ⟨hac⟩ ipsa voce quidam coepit declamare et
in hac desit. ait illi Cestius desinenti: *ἐν σοὶ μὴν λήξω, σέο δ' ἄρξομαι.* et
⌜alteri, cum descriptis Alexandri victoriis, gentibus perdomitis, novissime E
10 poneret: 'quousque, invicte?', exclamavit Cestius: tu autem quousque?⌝

OTHO pater hoc colore usus est pro patre: dixit enim molestum fuisse 20
imperatori quod illum suffixum legati intuebantur; itaque, ut ab hoc
illos spectaculo abigeret ⟨et⟩ exoneraret verecundiam suam, id dixisse,
quo audito festinarent. itaque dixisse illum non 'caveant proditionem'
15 sed 'cavete', quasi ipsis legatis esset periculum, ne proderentur.

⌜RAPTA RAPTORIS AVT MORTEM AVT INDOTATAS NVPTIAS OPTET. Rapta 8 E
producta nuptias optavit. qui dicebatur raptor negavit se rapuisse. iudi-
cio victus vult ducere; illa optionem petit.⌝

ALBVCI SILI. Praeterquam quod in omni discrimine periculosa libertas 1
20 est, meruit puella, ut taceremus: misericors in nos, etiam antequam ro-
garemus, fuit. inhumana libertas est, si vincimus, adversus ⟨uxorem, si
vincimur, adversus⟩ iudicem. ⌜Non oportet tibi amplius quam semel E
licere optare.⌝ omnis nimia potentia saluberrime in brevitatem constrin-
gitur. qui potest condemnare, possit semel; qui potest occidere, possit
25 semel, aut, si qua iteratio recipi potest, in paenitentiam mortis recipienda

8 *Hom. Il. I 97*

1 certium **B** | eius *Burs.* est **AB** *om.* **V** || 2 ⟨a⟩ verbis *Novák* | ducis vestri *τ* -ci vestris *α* || 3 finibit **AB** | in] finio *Wachsmuth* || 4 genius *α corr.* **A** *vel* **A²** | certius **B** | echo *Schott* hoc hoc *α* | ⟨sic⟩ dicenti *Novák* || 5 *ἱμερτὴν Usener, Gertz* MePTHN *α* *ἄφες τὴν Burs.* *μὴ τὴν Trabandt* || 6 delicebat **AB** | *cf. suas. 1* || 7 quousque *τ* (*cf. l. 10*) quoque *α* | invicta **V** | hac *suppl. Otto* || 8 certius **B** | *λήξω*] aHξωN *α* | MPξOMal *α* || 9 altera **V** | victoris **AB** | novissime *dett.* novistime *α* || 10 invicte — quousque *om.* **A** || 11 oto **AB** | dixit *dett.* duxit *α* | enim] *fort.* nimium, *cf. adnot. ad p. 276, 9* || 13 abigeret *Konitzer* vigeret **AB** urgeret **V** | et *suppl. ed. Herv.* | exoneraret *ed. Herv.* ex eo narraret *α* | dixisset **A** || 15 proderent **BV** || 16–17 optet — nuptias **E** *om. α* || 17 opta ut **V** | debatur **A** || 18 ⟨re⟩petit *Otto, Gertz* || 19 omnia **AB** || 20 merut **A** | ut *dett.* et *α* || 21–22 uxorem — adversus *suppl. Wb. praeeunte Sh. Bailey* || 23 brevitate **V** | constringitur *ed. Rom.* -stringerentur *α* -stringetur *Schult.* || 25 qua *ex* quit **A** | penitentieam **A**

E est. ⌜proponite vobis illam supplici †causam† faciem, carnificem, securim: etiam hoc semel licere nimium est.⌝ 'Exorata sum, conde gladium; irata sum, repeto optionem.' at non semel mori satius est? Occides iam non vitiatorem sed virum.

2 Porci Latronis. Periculosius est negare raptum quam commisisse? 5
E ⌜In hanc perturbationem adulescens perductus erat, ut ignoraret, quid fecisset; non refugiebat tamen puellae nuptias, favebat tan⟨tum⟩ sibi, ut innocens duceret. itaque nihil aliud petit quam libertatem, ut honestius duceret. Ita apud vos, iudices, tutius est peccare quam erubescere? Dignior poena erat, si id peccasset, quod meminisse posset. Exsurge, 10 adulescens, et sine ullo respectu pudoris ad pedes te puellae demitte. accedite et vos, amici propinquique, et tu, mater, ac pater. quid est, puella? ecquid te horum lacrimae movent? 'non', inquit; 'ille ad magistratum veniat.' non dissimulo: metuo te, puella, si nusquam rogari vis, nisi E ubi occidere potes. ⌜Gravius punior nunc, cum me peccasse pudet, quam 15 cum peccavi.⌝ Quae post iniuriam ignoscit, post misericordiam ⟨irascitur⟩.

3 Cesti Pii. Venit ad vos vestro beneficio retenturus puellae beneficium.
E ⌜Optavit nuptias neque adhuc sciebat, quam verecundum maritum esset habitura. Vitiatorem dimisisti; virum occides?⌝ Aiebat iudex: 'quid 20 E habes, quod tam pertinaciter neges? nuptias optat.' ⌜Minus est ergo quod vitiavit quam quod negavit?⌝

Q. Hateri. 'Non sum' inquit 'optatura mortem sed volo mihi licere et mortem optare': quam potestas ista delectat crudelis est.

Blandi. ⌜Ergo nos iniuriam periculosius negavimus quam fecimus? 25

4 E Ivni Gallionis. Quadam nocte — quid dicam? iam non negare pudet. nox, vinum, error — quid irasceris, puella? iam negare non audeo.⌝ Non diligenter causa mea acta est: dum nihil timetis, facilius me puellae credidistis. Confitendum est vitium nostrum: nos nuptiis moram fecimus.

1 causam *om.* **E** *fort.* saevam ⟨in⟩faustam *Heinrich* | faciem **E** -iam *α* || 1.2 securim: etiam *Novák* sic vitam *α* securim **E** securim; iam *Kiessl.* || 2 licere nimium **E** licerent (-eret **V**) meum *α* | exoratam **AB** | condo *Burs.*, *C. F. W. Müll.* || 3 repeto *ed. Rom.* -pete *α* | at *Otto* et *α* *fort.* ita | occides *Kiessl.* (*cf. l. 20*) -cide *α* -cidet *Gertz* || 4 vitiatorem *dett.* vitiatus *α* || 7 tantum **D** tam *α* *fort. delendum ut ex praecedente* tamen *ortum* || 9 duceret] dic- **AB** || 10 meminisset **AB** | posset **D** -ssit *α* || 11 illo **A** | penes **AB** | dimitte **A** || 12 propinque **A** | est] te **V** || 13 ecquid *dett.* haec quid *α* | ille ad *Born.* ad illum *α* (*quo recepto* magistratus *Madv.*) illum *del. Wb.* || 14 veniat *om.* **V** || 15 potest **AB** || 16 post (= perost) **V** | irascitur *h. l. suppl. Burs.*, *post* ignoscit *colloc. Drechsler* || 18 certi **B** | recenturus **A** || 20 dimisti **A** || 21 obtat **B** || 22 vitavit **B** || 23 Q.] que **AB** || 26—27 non — iam *om.* *α*, *hab.* **E**, *ubi tamen* non negare iam non pudet *legitur*, *corr. Wachsmuth* iam non negare non pudet *Wb.* || 29 nos *ed. Herv.* non *α* | nuptiis *dett.* nulli **A** nullis **B** nullus **V**

Sive ad hoc esset vitiata sive non esset, visa digna matrimonio quae hominem non posset occidere. Tibi consulebam, ne dicereris vitiatori nupta; si per te licuisset, honestiorem maritum habuisses. 'Tu negasti? o hominem impudentem! ita tu non ante magistratus tribunal, in con-
5 spectu populi, in medio foro clamitasti: ego virginem rapui?' Neminem habere tam obsequentem maritum potes: hic iam nihil negabit.

VARI GEMINI. Exponam vobis rerum ordinem sic, tamquam ab eo 5 didicerim, qui, quid fecerit, nescit.

VIBI GALLI. Vbi estis, qui dicebatis: 'nihil interest tua; confitere ?
10 Confitetur, quia honestius putasti raptori nubere. 'Sit' inquit 'mihi heres, si quis intra decem menses natus fuerit': numquid negat? Surge, adulescens, dic: 'rapui, vitiavi'; incipe scire quod nescis. Miraris, si tibi non credit? multum est de quo timet.

Pars altera. P. ASPRENATIS. Nescio, utro iudicio adversarius fuerit 6
15 improbior: ⌜priore id egit, ne quam omnino poenam stupri penderet; hoc E id agit, ut ipse optet⌝, ex duobus a lege constitutis suppliciis utrum velit pendere. fatetur enim se impune habere maluisse quam ducere uxorem, uxorem ducere malle quam mori. antea legem vitiationis evertere conatus est, nunc transferre volt. Advocatos rogat, iudices rogat, omnis potius
20 quam vitiatam. ⌜Vtinam non hoc illum liberaret metu, quod iudicis suae E clementiam novit.⌝ Clamabat se innocentem esse; si quid peccasset, mori non recusare. Aderat raptori populus, nec quicquam magis suspectam faciebat vitiatae causam quam lenitas optionis. ⌜Est quaedam proxima E innocentiae verecundia praebere se legibus;⌝ tu vero [ne] meruisti quidem
25 mortem illa infitiatione. ignorasti an peccasses, innocens esse voluisti; ⟨si iam tibi de stupro tuo liquet,⟩ causam habes. Revertere ad parentes, puella, quoniam quidem totiens iam rogas, quae rogari ipsa debueras.

LATRO tres fecit quaestiones: an illa [interrogatio] ⟨optio⟩ iusta fuerit. 7 'non fuit' inquit 'iusta; non enim constabat te raptorem esse.' nihil re-
30 fert, inquit, an negaverit; erat enim raptor, etiamsi negabat, et ita iusta fuit optio. an, si iniusta optio fuit, revocari possit. optio, inquit, semel

1 ad hoc *scripsi* adhoc **AB** adhuc **V** | sive adhuc ⟨non⟩ . . . sive [non] *Schult., edd. recc.* | visa *dett.* vis *α* || 3 tun egestio **A** || 4 o *om.* **B** || 6 negabit *amicus Gruteri* -avit *α* || 8 qui quid *ed. Ven.* quid quid **AB** quicquid **V** || 9 Vibi] ubi **B** || 10 set **A** || 11 intra *ex* iatra **A** || 12 tib **A** || 14 Pars – Asprenatis *bis α* || 15 improbor **V** | strupi **AB** | huc *a. c.* **V** || 16 a *Petreius* (*cf. p. 236, 14*) alia *α* ab *Schult.* | vellit *α* || 17 maluissem *a. c.* **V** || 18 ducerem in alle **B** || 19 vult **AV** || 20 metu **E** -tus *α* || 21 clementiae *a. c.* **A** | novit **E** nobis *α* | clamabant si **V** || 22 quaquam *a. c.* **V** || 23 viatiatae **V** | *post* optionis *sequuntur in α verba* (*l. 26*) si iam . . . liquet, *cf. adnot. ad l. 26* || 24 verecundiam **A** | ne *del. nescioquis ante Schottum* || 25 illa *τ* illam *α* | infitiationis **A** infinitiatione **V** || 26 si iam . . . liquet *huc ex l. 23 transposui* | si iam] suam **BV** | partes **BV** || 28 tres *bis* **AB** *corr.* **A²** | interrogatio *ut glossam del. et* optio *suppl. Novák* || 30 negaberit **AB** || 31 iniusta fuit optio fuit *a. c.* **A**

E puellae datur; immutabilis est, simul emissa est. ⌜iudex quam tulit de reo tabellam revocare non potest; quaesitor non mutabit pronuntiationem suam. nihil tam civile, tam utile est quam brevem potestatem esse, quae magna est.⌝ si volet et alteram optionem suam revocare et deinde tertiam, numquam constabit, quid futurum sit, cum illa quod optaverit 5 possit sequenti semper optione rescindere. tertiam fecit quaestionem: an, si potest revocari aliquando optio, nunc debeat. hic defensio adulescentis, qui negavit se vitiasse.

8 Fvscvs et ordinem mutavit quaestionum et numerum auxit; fecit enim primam quaestionem: an rapta non possit amplius optare quam 10 E semel. potest, inquit; ⌜lex enim non adicit, quotiens optet sed ex quibus: 'aut hoc' inquit 'aut illud'; non adicit 'ne amplius quam semel'.⌝ contra E ait: lex te iubet alterutrum optare; tu ⌜hodie si mortem optabis, facies quod numquam factum est: utrumque optaveris.⌝ etiamsi non licet, inquit, amplius quam semel, [et mortem optabis et nuptias] ego nondum 15 optavi; optio est enim quae legitime fit. illa non est facta legitime. si praetor defuisset, numquid optionem vocares? [si rapta defuit] sed raptor ⟨de⟩fuit: non est ista optio, sermo est. an proximo iudicio confirmata sit optio. raptor ait: agebatur apud iudices, utrum deberet rata esse optio ⟨an⟩ non; iudicata est rata esse debere: rata sit. non, inquit puella; 20 quaesitum est enim, an ego in raptorem ius haberem; iudicatum est habere me: uti debeo. non possum ante legem habere quam raptorem. novissimam quaestionem fecit aequitatis: an rata debeat esse optio.

9 Passienvs hanc ultimam partem sic dividebat: an, si adulescens malo adversus puellam animo infitiatus est raptum, ut nuptias effugeret, 25 dignus sit, qui iterum fortunam subeat optionis recusatae. deinde, an malo animo fecerit.

Varivs Geminvs ultimae quaestioni vel parti, in qua, quid debeat fieri, quaeritur, duo haec adiciebat, quae ⟨apte⟩ per se quaeri putabat:

1 simile missa AB semel emissa V ⟨si⟩ semel emissa *Thomas coll. p. 30, 9 sq.* | quum A || 2 mutabit *edd. vett.* -avit α mutat E || 3 civile est A | esse *om.* A || 4 sua A || 5 constabat AB || 6 posse AB | optione *ed. Herv.* ratione α || 8 qui D quia α || 9 ordinem *ed. Ven.* -ine α | quaestionum *ed. Ven.* -nem α | auxit *dett.* ausit α || 11 quoties AB *et* (*ex* -iens) V || 13 optabis *Müll.* -aris α -averis E | factes A || 15 et mortem — nuptias *del. Burs.* || 16 fit] sit A || 17 praecor AB | vocares τ -aret α | defuit sed *scripsi* (defuisset α) *et* si rapta defuit *delevi praeeuntibus Thomas et Wb. qui* si — defuisset *del.* || 18 ⟨de⟩fuit *Burs.* fuit AB non fuit V || 19 aiebatur AB | rata *Gron.* rapta AB raptae V | esset *a. c.* V || 20 an *suppl. Gron.* | rata[1] *Gron.* rapta α | rata[2]] rapta V || 21 raptore AB || 22 non possum — raptorem *post* sermo est (*l. 18*) *posuit Gertz* || 23 aquitatis B | rata *Burs.* rapta AB raptae V || 26 furtunam A || 26.27 an malo *bis* A *corr.* A[2] animalo *bis* B || 28 gemmus B | ultimo B -imi V | in qua quid *ed. Schott.* in quam quid AB inquit V || 29 apte *supplevi* | per se ⟨posse⟩ *Müll.*

an, si puella pro certo adulescentis mortem optatura est, non debeat illi permitti optio tam crudeliter usurae sua potestate. deinde, an mortem optatura sit. quid est, inquit, quare velis optare, nisi quod nuptias non vis? hoc non tantum patimur sed rogamus.

5 Color pro adulescente introductus est a LATRONE talis, ut diceret se **10** ebrium fuisse et ignorare, quid fecerit; hodie quoque magis credere de facto suo quam scire. recusasse autem, non ne duceret uxorem, sed ut sua voluntate duceret. et iudices non audisse sollicitos: faciles fuisse, quasi de nuptiis ageretur.

10 VARIVS GEMINVS raptum confessus est et dixit nihil esse tam contrarium adulescenti quam etiamnunc negare: non tantum raptam sed iudicem offendet.

CESTIVS nec Latronem secutus est dicentem nescisse se hodieque nescire nec Varium Geminum confitentem sed non rapuisse apertius negavit: 15 verum, inquit, inveniri non poterat; iudices illam sententiam secuti sunt: 'si rapuit, indignum est puellam inultam esse; si non rapuit, non est indignum fieri illum maritum.'

SILO POMPEIVS dixit adulescentem verecundum natura et rustici pudoris non sustinuisse confessionem. non placebat LATRONI ⟨hic⟩ color: 20 minus, inquit, ignoscetur illi, si scit se rapuisse et sciens mentitus est. contra dicebat Silo ⟨non⟩ posse ulli fidem fieri aliquem nescire, an rapuerit.

HISPANVS CORNELIVS non subducere illi, inquit, maritum volui sed **11** honestiorem dare. digna est, inquit, tam misericors puella, quae non 25 videatur nupsisse raptori.

HISPO ROMANIVS ait illos sodales, qui illum nocte impulerant, circumstetisse et dixisse: 'non est quam rapuisti; alia fuit.' timuit, ne illi, quam rapuerat, faceret iniuriam.

ARGENTARIVS dixit: vellem mortem optasses: non esset hic raptor 30 iudicatus. non causa tua ⟨va⟩luit sed optio, dum unusquisque iudex dicit: 'quid habet, quod tantopere recuset? putes de capite agi. et ipse ait se

1 illa **AB** ‖ **2** permittit **AB** | optio tam **D** opto tam **AB** optatam **V** | credeliter **V** | usurae **D** -ura *α* ‖ **3** aptatura **V** | quod] quo o **AB** ‖ **4** ⟨an vis?⟩ *ante* hoc *suppl. Thomas* | non *om.* **A** ‖ **5.6** se ebrium] scebrium **A** ‖ **6** fuisse *om.* **B** | quid] quod **V** | quoque magis *Müll.* magis quoque *α* ‖ **7** cusasse **A** ‖ **9** aieretur **B** ‖ **11** adulescente *a. c.* **V** | raptum **V** ‖ **13** certius **B** | dicente **V** | necscire *α* ‖ **14** non *del. Faber, edd., def. Thomas; cf. H.-Sz. 805* ‖ **15** virum **V** ‖ **15–16** secuti – inultam *om.* **A** ‖ **16** puella **B** | inultam *τ* invita **B** invitam **V** ‖ **18** adulencentem **B** ‖ **19** hic *suppl. Gertz* ‖ **20** scis **V** ‖ **21** non *suppl. Kiessl.* ‖ **24** honestiores *a. c.* **V** | digne **AB** | misecors **A** ‖ **26** romanus **BV** *corr.* **B** | illo **B** | noctem **AB** ‖ **27** aliam **A** | fuit *Burs.* mit **AB** mitti **V** ‖ **29** vellem *dett.* velle *α* | optasse **A** | se sed **AB** ‖ **30** iudicatis **A** | valuit *scripsi* illum *α* illum ⟨premit⟩ *dett.* illum ⟨vicit⟩ *Madv.* | dixit *a. c.* **A** ‖ **31** quod] quam **A** | putes *Burs.* pute **AB** puta **V**

non nolle ducere uxorem sed titulum recusare. nempe victus ducet uxorem. non est sollicite de eo iudicandum, cui damnato gratulandum est.'

SILO hoc colore usus est: confusum adulescentem subito [et] tanto tumultu parum sibi constitisse et negasse quia perturbatus erat, perseverasse quia negaverat. 5

⟨EXCERPTA CONTROVERSIARVM LIBRI SEPTIMI⟩

Ab archipirata filio dimissus

1 Duobus filiis quidam superduxit novercam. alterum domi parricidii damnavit, tradidit fratri puniendum. ille eum exarmato navigio imposuit. delatus adulescens ad piratas, archipirata factus peregrinantem patrem cepit et remisit. reversus pater abdicat filium. 10

Tanta tempestate confusus dispicere nil potui. Nec satis memineram, tale ministerium mihi pater an noverca mandasset, ministerium an poenam esse voluisset, vindictam parricidii an parricidium. insui fratrem culleo iubes? non possum. non ignoscis? an non credis? ego contendo ne te quidem posse. Nemo repertus est naufragii comes; omnia instrumenta circumcisa sunt, adminiculum spei nullum. patri 15 sum excusandus an fratri? 'Hoc pietatis tuae munus ad inferos perferam, licuisse mihi per fratrem aliter quam parricidae mori.' 'Vivit' inquit 'frater'; non credo. 'servavit' inquit 'me'; fecisti, ut crederem. in domo, in qua tam facile parricidium creditum est, ego fratrem occidere non potui, frater patrem. Emicabant [descriptio tempestatis] densis undique nubibus fulmina et tempestates horridae absconderant 20 diem. Intumuerat mare iustis quoque navigiis horrendum. 'Habes', inquam 'frater, si innocens es, navigium, si nocens, culleum.' non potui facere parricidium – quam facile erramus omnes! – et factum putavi. 'Frater', inquit 'tu primus in domo parricidium facies.' Iacebat in litore navigium quod etiam integrum infeliciter vexerat. credam parricidam, si tibi proficiscenti navigium suum reddidit. subito 25 mihi cum animo pariter excidit ferrum, et nescio qua perturbatione tenebrae stupentibus offunduntur oculis. intellexi, quam difficile esset parricidium facere, etiam quod imperasset pater. ita mihi, quae sola miseros in domo nostra respicit, Fortuna succurrat. Profectus pater tranquillo mari, auspicato itinere, integra navi. quid hoc est? felicius navigavit damnatus quam qui damnaverat. Vtrum vobis videtur 30 innocentiam apud piratas didicisse an ne apud piratas quidem perdidisse? Perieras,

1 nolle (*sed* nole *scr.*) τ velle α [non] velle *ed. Rom., Madv.* | uxorem²] -ore **B** || **2** est² *om.* **V** || **3** solo **B** | subito *adverbium* | et *delevi; cf. Ter. Phorm. 180* || **4** constitisset *a. c.* **V** || **5** necaverat **B** | L. Annaei Senecae sententiarum liber IIII explicit feliciter incipit V feliciter (incipit liber quintus **V**) α || **7** filius **M** *corr.* **M³** || **11** dispicere *ed. Frob.* de- **M** | potui *recc.* -uit **M** || **12** novercam mandas sed **M** *corr.* **M³** | voluissed *ex* -sses **M** || **13** an parricidium *om. et mg. suppl.* **M** || **14** ne] nec **M³** *ut fere semper* || **16** feros **M** *corr.* **M³** || **18** qua tam *recc.* qua tamen *ex* quantam **M** || **19.20** descriptio tempestatis *om. recc. aliquot et delevi, cum in textu integro desit* || **20** undique *ex* utique (?) **M³** || **21** intumaerat **M** *corr.* **M³** | iustis] **M³** vestis **M** || **22** si innocens es navigium *om.* **M** *suppl. mg.* **M³** | nocens] innocens *a. c.* **M** || **23** omnes] homines *textus integer* | in domo in **M** *corr.* **M³** || **25** vixerat **M** *corr.* **M²** || **26** quo **M** *corr.* **M³** || **31** piratos (*ut vid.*) **M** *corr.* **M³**

pater, nisi in parricidam incidisses. Scissa quoque vela fecerant sinus, et instructas classes naufraga praecesserat navis: scires navigare qui servaturus esset patrem. Erat navigium, immo fuerat. o crudelis et pertinax noverca! nihilominus saevit: maria iam quiescunt, praedones miserentur, irati parcunt. Veni ad vos, ut probem me par-
5 ricidam. Multas rerum natura mortis vias aperuit et multis itineribus fata decurrunt. O maria iustiora iudiciis, o mitiores procellae patre! Non putatis misericordem, qui, quem damnavit, puniendum fratri dedit? centurio Luculli Mithridaten non potuit occidere, Mithridaten, dii boni, quam non dubium parricidam! gaude, pater: neuter ex filiis tuis parricidium fecit. Narra, pater, quomodo te dimiserit sic dimis-
10 sus. 'Nocens est iste'; sed mihi frater est. naturae iura sacra sunt etiam apud piratas. 'Dixisses' inquit 'te non posse'; ita tu nesciebas? Non licuit, non debui, non potui.

Pars altera. Nega nunc parricidam fuisse quem scis esse piratam. Dimisit me in patrocinium suum, ut, quia non occiderat, videretur nec ante voluisse. Quis porro
15 me uno miserior est? vitam parricidae debeo.

Extra. Magna bonorum rhetorum manus in hanc partem transiit, ut aliquid dici debuerit in novercam. fuerunt et illi, qui non quidem palam dicerent sed per suspicionem et figuras. quod PASSIENVS non probabat adserens minus verecundum esse aut tolerabile infamare novercam quam accusare. quidam principia tantum habu-
20 erunt in sua potestate, post ablati sunt impetu. excusatius est autem in malum colorem incidere quam transire. HISPANVS duro colore usus hoc se tamquam gravius elegisse dixit supplicii genus. qui color prudentibus displicebat; quam enim spem habet absolutionis, si nec paruit nec pepercit?

Popilius Ciceronis interfector

25 DE MORIBVS SIT ACTIO. Popilium parricidii reum Cicero defendit; absolutus est. **2** proscriptum Tullium ab Antonio missus occidit, caput ad Antonium rettulit. accusatur de moribus.

Occidit Ciceronem Popilius. iamne creditis occisum ab isto patrem? Occisurus Ciceronem debuit incipere a patre. 'Antonius' inquit 'iussit'; non te pudet, Popili?
30 imperator tuus te credidit posse parricidium facere. Abscidit caput, amputavit manum. minus in illo crimen est, quod Ciceronem occidit. Pro dii boni! occisum Ciceronem malos mores voco. Hoc unum feliciter, quod ante occidisti patrem quam Ciceronem. facilius pro parricida Cicero iudicem movit quam pro se clientem. ad vos hoc, patroni, spectat exemplum: nullos magis odit Popilius quam quibus plu-
35 rimum debet. Abscidit cervices. parce iam, Popili: nihil tibi nisi occidendum mandavit Antonius. Pudeat te, Popili: accusator tuus vivit. Non credidisset Popilium facturum Antonius, nisi parricidium fecisse meminisset. Dii manes Popili senis et inultae patris umbrae te, Cicero, persecuntur, ut quem negasti sentias parricidam.

1 sissa M *corr.* M[3] | instructis M *corr.* M[3] || 2 naufraga β^2 -gia M -gio M[3] | naves M *corr.* M[3] || 3 nihilominis M *corr.* M[3] || 4 quies cum M *corr.* M[3] || 7 puniendem M *corr.* M[3] | Luculli *del.* M[3] | Mithridaten] -tem M || 13 piratam *ex* par- M[2] || 14 patrodium *a. c.* M || 15 parricido M *corr.* M[3] || 16 extre (*?*) M *corr.* M[3] | bonorum] novorum *in textu integro cum Gron. restituendum* || 21 duco M *corr.* M[2] | se *recc.* set M sed M[2] || 22 eligisse M *corr.* M[3] || 26 missum M *corr.* M[3] | retulit M | accusatur M[3] -ator *ex* ac sutor M || 28 occidit cidit ciceronem M *corr.* M[3] || 29 popili *ex* populi M *et sic etiam l. 35, 36, p. 224, 3 scribitur* || 33 parricidia *a. c.* M || 35 abscidit *recc.* -det M || 37 dii mane spolisenes sed M *del.* M[3] *corr. recc. et edd. vett.* || 38 nulte M *corr.* M[3]

Non hausit Minturnensis palus exulem Marium; Cimber etiam in capto vidit imperantem. Cn. Pompeius terrarum marisque domitor libenter se Hortensi clientem professus est, et Hortensius bona Pompei, non Pompeium defenderat. Ita tu, Popili, si Antonius iussisset, et patrem occidisses?

Pars altera. Si illa tempora in crimen vocas, dicis non de hominis sed de rei publicae moribus. Miraris, si eo tempore necesse fuit Popilio occidere, quo Ciceroni mori? Ciceronis proscriptio fuit occidi, mea occidere. Iussit imperator, iussit victor; ego illi negare quicquam possem, cui nihil negare poterat res publica?

Extra. Popilium pauci ex historicis tradiderunt interfectorem Ciceronis et hi quoque non parricidii reum a Cicerone defensum sed in privato iudicio.

Ter abdicatus venenum terens

8 Ter abdicatus, ter absolutus comprehensus est in secreta domus parte a patre medicamentum terens. interrogatus, quid esset, ait venenum, velle se mori, et effudit. accusatur parricidii.

Dic, quid commiserim; certe nec secreta ⟨te⟩ fallunt. Vt intervenit pater, in has cogitationes abii: 'quisquamne tam infelix fuit? quisquamne me magis odit quam ego?' misereri mei coepi. Ter causam dixi; accessit ad haec supplicia mea venenum. vivam, si nec hoc tibi satis est. Habuit venenum Mithridates, habuit Demosthenes.

Pars altera. Cum se mori velle dicat, vitam rogat. teneo parricidam etiam in suam mortem paratum. Quantum est quod negas, cum tantum sit quod fateris? venenum quaesisti, venenum emisti, venenum intulisti in eam domum, in qua habebas inimicum patrem. Indica, quis vendiderit; dicetur illi: tu vendebas cuiquam venenum? tu abdicato? nesciebas, cui daturus esset? Quaeritis, cui venenum paraverit? non bibit. Quod negat, parricidium est, quod confitetur, veneficium. 'Mihi' inquit 'paravi'; ne quis dubitet, an alium possit occidere. Tam invisum tibi fuisse patrem dico, ut occidere volueris; tam invisum ipse confiteris, ut mori volueris.

Extra. Coniectura duplex a persona una: an sibi paraverit, an patri. Laberium divus Iulius ludis suis mimum produxit, deinde equestri ordini red⟨di⟩dit. quem cum iussisset ire sessum, omnes equites ita se coartaverunt, ut venientem non reciperent. multos tunc in senatum legerat Caesar, et ut repleret exhaustum bello civili ordinem et ut his, qui bene de partibus meruerant, gratiam referret. Cicero in utramque rem iocatus mandavit Laberio transeunti: 'recepissem te, nisi anguste sederem'. Laberius ad Ciceronem remisit: 'atqui soles duabus sellis sedere'; quia Cicero male audiebat tamquam nec Pompeio certus amicus nec Caesari sed utriusque adulator.

1 ausit **M** *corr.* **M**^{3} | vidit *bis* **M** *corr.* **M**^{3} || 2 hortensi *recc.* hocterisi **M** horterisi (*sed* hortensii *voluit, ut puto*) **M**^{3} || 6 rep̄ *in* reip̄ *corr.* **M**^{3}, *ni fallor; aliter Müll. iudicavit* | Popilio *ex* populi **M**^{3} | cicerone *a. c.* **M** || 9 extra] -x- *ras.* **M**^{3} || 10 a *recc.* ac **M** || 11 abdicatus *recc.* -ndus **M** t *supra* d^2 *adscripto* || 13 terens *recc.* terrens **M** | ait *om.* **M** *suppl.* **M**^{3} || 14 accusator **M** *corr.* **M**^{3} || 15 te *e textu integro suppl. Müll.* || 17 cansam *a. c.* **M** || 18 bibam *recc. aliquot, cf. adnot. ad p. 189, 5* | Mithridates *recc.* -tis **M** | Demosthenes *recc.* -stenis **M** || 19 in *om.* **M** *suppl.* **M**^{3} || 21 venenum^2] venenenum **M** | eam] am **M** *corr.* **M**^{3} || 23 *fort.* tu ⟨ter⟩ abdicato, *cf. p. 189, 20* || 26 pater rem **M** *corr.* **M**^{3} || 28 a] in *textus integer* (*p. 190, 20*) || 29 reddidit *recc.* reddit **M** || 30 coartaverunt *recc.* corar- **M** || 32 qu **M** *corr.* **M**^{3} | de *bis* **M** || 35 tertus **M** *corr.* **M**^{3} || 36 dolator **M** *corr.* **M**^{2}

Mater caeca filium retinens

LIBERI PARENTES ALANT AVT VINCIANTVR. Quidam habens uxorem et filium profectus ⟨in⟩ piratas incidit. scripsit utrique de redemptione. uxor flendo caeca facta est. filium euntem ad redemptionem alimenta poscit; non remanentem alligare 5 vult. 4

Navigaturus uxori filium reliquit, nec adhuc caeca erat. non est, quod mulieris affectum lege aestimetis, qua minatur: omnia facit, ne filius alligetur. Quotiens duobus est communio, potestas eius fit tota, qui praesens est.

Pars altera. Vnius vinculis duos alligat. Victo mater catenas denuntiat, victori 10 ad piratas eundum est. Filius familiae nulli possum servire nisi patri. Petis ab eo alimenta, quem pater peregre mittat. Primae partes patris sunt, secundae matris. Ille peregre est, tu domi; ille captus, tu libera; ille inter piratas, tu inter cives; ille alligatus, tu soluta. at tu caeca es: infelicior ille, quod videt catenas suas et caedes et vulnera et cruces eorum, qui non redimuntur. 'at periculosum est.' quam multi 15 nihil pro patribus periculosum putarunt! Non, inquit, vindictam sed misericordiam quaerit. Ita quisquam exigit pietatem, ut impediat?

Extra. Calvus, qui diu cum Cicerone iniquissimam litem de eloquentiae principatu habuit, usque eo concitatus actor fuit, ut in media oratione eius exclamaret Vatinius reus: rogo vos, iudices: non, si iste disertus est, ideo me damnari oportet.

20 Quinquennis testis in procuratorem

Mortua quidam uxore, ex qua filium habebat, duxit aliam, sustulit ex ea filium. 5 habebat speciosum procuratorem. cum saepe iurgarent noverca et privignus, iussit eum semigrare; ille trans parietem habitationem conduxit. rumor erat de adulterio matris et procuratoris. quodam tempore pater in cubiculo suo occisus inventus est, 25 uxor vulnerata, communis paries perfossus. placuit propinquis quaeri a filio quinquenni, qui una dormierat, quem percussorem cognosceret; ille procuratorem digito monstravit. accusat filius procuratorem caedis, ille eum parricidii.

Vt audivi clamorem, si qua fides est, deprehensos adulteros credidi. ⟨Aliquis uno teste contentus est:⟩ da puerum. aliquis non est uno teste contentus: da populum. 30 obicit privigno parricidium, filio mendacium. Dic, puer, quis occiderit patrem, dic audaciter: eundem nominas, quem populus. nox placet sceleri, adulterii tempus. O magna in contrarium perversitas saeculi! inventus est qui patrem posset occidere, non posset novercam? Ostende istud non volnus sed argumentum. ostende volnus: percussor ille quam timuit, ne occideret! Tam leviter te vulneravit illa dextera, cui 35 nec paries obstitit nec pater? Nihil est puero teste certius; nam et ad eos annos pervenit, ut intellegat, et non ad eos, quibus fingat.

Extra. Vinicius, exactissimi vir ingenii, nec dicere res ineptas nec ferre poterat.

3 in *recc.* *om.* M | utriusque M *corr.* M³ || 4 non M ne M² nec M³ | alligari *textus integer* || 7 qua *ed. Ven.* quia M || 8 eius *bis* M *corr.* M³ | fit *Kiessl.* (*cf. p. 194, 21*) sit M || 9 unius *β* unus M || 11 mittit M³ || 14 ad M *corr.* M³ || 17 com ciceronem M *corr.* M², M³ | iniquissimum M *corr.* M³ || 18 oratione] -e *ras.* M³ || 19 vacinius M *corr.* M² || 22 iugarent M obiurgarent M³ || 28–29 Aliquis – est *e textu integro suppl. Burs.* || 29 da¹] dabo *textus integer* (*ubi* da² *omissum*) || 30 obicit *Burs.* -ite M || 31 audaciter *ex* audeter (*ut vid.*) M² | adulteria M *corr.* M² || 33 volnus *utrumque in* vulnus *corr.* M³ || 36 non] nondum *textus integer* || 37 extra ꝗ M ꝗ *del.* M³

Demens qui servo filiam iunxit

6 Tyrannus permisit servis dominas suas rapere. profugerunt principes civitatis et simul qui filium habebat et filiam. cum omnes servi dominas vitiassent, servus eius virginem servavit. occiso tyranno reversi sunt principes; in crucem servos sustulerunt. ille manu misso filiam iunxit. reus est a filio dementiae. 5

Haberemus solacium, si has nuptias tyrannus fecisset, non pater. Sanum putatis esse qui imitari tyrannum maluit quam servum? Fecit se similem tyranno, filiam raptis, libertum cruciariis. plus permisit servo dominus quam tyrannus. Quisquis has nuptias facit aut insanus est aut tyrannus. Egregius gener, cui nihil est gloriosius quam quod inter cruciarios non est! Virginitatem sub patre perdidit, quam 10 servaverat sub tyranno. Itane est nuptiis dignus, quia indignus est cruce? Melior condicio vitiatarum quam virginis est: illis mutare nuptias contigit. Propitius pater ita collocavit filiam suam, ut iratus tyrannus alienas. Cum sanus esset pater, ne has videret nuptias, fugit. Miserrima soror, sub tyranno patrem desiderabas, sub patre tyrannum desideras. Non est illi praemium, unum spectare omnium cruces? Domi- 15 nam non stupravit. auge beneficia: nec dominum occidit nec venenum dedit. non est beneficium scelere abstinere. Quod aliae in tyrannide passae sunt, haec in libertate; ceterae absentibus suis, haec praesentibus; in aliis stuprum vocatur, in hac matrimonium. Timuit ille supplicium; scivit rem publicam liberandam, daturos poenas qui contaminassent, et adventare tyrannidi tempus ultimum vidit. Convenite, 20 servuli, convenite, liberti, empta cognatio.

Pars altera. Si quis tyranno indicasset, solus hic in cruce pependisset. Licet cui volo filiam collocare. M. Cato coloni sui filiam duxit uxorem. Filia non mariti petulantiam timebit, non verborum contumeliam, non paelicem, non repudium. Neminem natura liberum fecit, neminem servum. imposuit haec Fortuna postea sin- 25 gulis nomina. nuper et nos servi fuimus. Servus rex fuit.

Cavete proditorem

7 Pater et filius imperium petebant, praelatus est filius. commisso bello captus est. missi sunt X[L] legati ad redimendum imperatorem. euntibus occurrit pater, dixit sero se aurum ad redemptionem tulisse, filium crucifixum esse. illi perve- 30 nerunt; quibus imperator ex cruce dixit: 'cavete proditorem'. reus fit pater proditionis.

Imperator supplicium tulit, proditor pretium. tristiorem istum vidimus, cum filius imperator renuntiatus est quam cum captus. quemadmodum redisti tutus, senex solus cum auro, cum etiam imperatores capiantur? Plus accepit auri quam quod 35 posset abscondi; nolite mirari: et imperatorem et filium vendiderat. 'cavete proditorem': iam comitiis cavimus. abstulissent tibi aurum hostes, nisi dedissent. 'Cavete proditorem' indicium fuit morientis breve, filii verecundum. Cur dimissus es? si nihil aliud, et ducem genuisti et dux esse voluisti. Candidatus processit contra patrem; iam tunc nobis verecunde indicavit. Filius tuus tibi credere rem publicam 40 noluit. Legati nostri aurum ferebant, pater afferebat. Non immobilis deriguisti, non illic quasi et ipse affixus haesisti? quid tam cito recedis? adhuc et vivit et loquitur.

5 a *om.* **M** *suppl.* **M**[3] || **6** fecisses **M** *corr.* **M**[3] || **8** cruciaris **M** *corr.* **M**[3] || **11** quia] est qui **M** *corr.* **M**[2] || **12** viciatorum **M** *corr.* **M**[3] || **19** sciut **M** *corr.* **M**[3] | re publica liberata *Madv.* (*cf. p. 208, 7*) || **23** $\overline{\text{M}}$ Cato **M** || **26** Servius **M**[3] || **29** L *vulg. del.* (decem *textus integer*) || **31** sit **M** *corr.* **M**[3] || **38** dimissis **M** *corr.* **M**[3] || **41** noster **M** *corr.* **M**[3] | diriguisti **M**[3]

Voce proditionem indicavit, silentio proditorem. Optimus imperator, ⟨qui rei publicae curam agere⟩ ne in cruce quidem desiit. Tibi non dixit 'cave proditionem'. Nec imperator potuit tacere proditionem nec loqui filius proditorem. Expecta, dum mittantur legati. dicis: 'affectus non sustinet moram.' ergo si redimere non potes vivum, saltim mortuum redime. numquam tam durus hostis fuit, ut paternis lacrimis non flecteretur. 'Cavete proditionem', id est, ne quis insciis custodibus exeat, ne quis ignorante re publica ad hostem perveniat, ne quis ex hostium castris gravis auro revertatur. indicio nihil ⟨de⟩est: de proditione vobis dicit imperator, de proditore legati. Sublata quaestio est. quaeritis, quem dixerit? videte, cui nihil dixerit.

Pars altera. In comitiis filio meo cessi. Decretum non expectavi sed amens et attonitus protinus cucurri. Ad summam, festinavi nec occurri. Sciebam hostes patrum lacrimis saepe flecti.

Extra. LATRO non curavit dicere nullam factam esse proditionem sed se proditorem non esse. suspectus est, inquit, iudici qui plus quam se defendit. CESTIVS posita suasoria 'deliberat Alexander, an Oceanum naviget, cum exaudita vox esset: quousque, invicte?' describenti discipulo late Alexandri victorias gentesque perdomitas addentique: 'quousque post ista?' exclamavit: 'et tu quousque?'

Mutanda optio raptore convicto

8 RAPTA ⟨RAPTORIS⟩ AVT MORTEM AVT INDOTATAS NVPTIAS OPTET. Rapta producta nuptias optavit. iuvenis raptorem se negavit. convictus est; illa mortem petit. raptor contradicit.

Optare tibi non amplius quam semel licuit. Proponite supplicii faciem, carnificem, securim: hoc semel licere nimium est. In hanc perturbationem deductus sum, ut ignorarem, quid fecissem. Gravius punior, cum me peccasse pudet, quam cum peccavi. Optavit nuptias, nec adhuc sciebat, quam verecundum maritum esset habitura. raptorem dimisisti; virum occides? Minus est ergo quod vitiavit quam quod negavit? Ergo nos iniuriam periculosius negavimus quam fecimus? Quadam nocte – quid dicam? non negare iam non pudet: nox, vinum, error – quid irasceris, puella? iam non negat. Iudex [da] tabellam revocare, quam tulit, non potest; quaesitor non mutat pronuntiationem. nihil tam civile, tam utile quam brevem potestatem esse, quae magna est. Si mortem optaveris hodie, facies quod numquam factum est: utrumque optaveris.

Pars altera. Id egit priore iudicio, ne quam omnino poenam stupri penderet; hoc id agit, ut ipse optet. Vtinam non illum liberaret metu quod iudicis sui clementiam novit. Est quaedam proxima innocentiae verecundia praebere se legibus. Lex non adicit, quotiens optet, sed ex quibus: 'aut hoc' inquit 'aut illud'; non adicit: 'ne amplius quam semel'.

1–2 qui – agere *e textu integro supplevi* ⟨curare rem publicam⟩ *recc. aliquot, edd.* || 2 ne] nec M^3 | cave *e textu integro vulg.* cavete M || 7 perveniat] -a- *scr.* M^3 || 8 deest *recc.* est M || 9 legatum *a. c.* M | dixerit^1 *e textu integro Müll.* duxit M dixit *recc.* | cui *ex* cum M | duxerit M *corr.* M^2, M^3 || 10 amens *mg.* M^3 adm̄s M || 13 facta M *corr.* M^3 || 16 describenti *recc.* desib- M || 19 raptoris *e textu integro suppl. recc., sed fort. non supplendum* || 20 raptor ē (= est) M *corr.* M^3 | convicus M *corr.* M^3 || 21 contradicit *om.* M cd *suppl.* M^3 || 23 licere *recc.* -eret M | hanc perturbationem *recc.* hac perturbatione (*ex* -nem) M || 25 maritum *ex* mariam M || 26 demisisti M *corr.* M^3 || 30 utlle] ui ille M *corr.* M^3 || 31 quae] quam M *corr.* M^2 || 34 id *del.* M^3 (*habet textus integer*) | iūd M *corr.* M^3 || 37 explicit liber VII. incipit liber VIII M

⟨EXCERPTA CONTROVERSIARVM LIBRI OCTAVI⟩

Orbata post laqueum sacrilega

1 Magistratvs de confessa svmat svpplicivm. Amisso quaedam viro et duobus liberis suspendit se. incidit ei laqueum tertius filius. illa, cum sacrilegio facto sacrilegus quaereretur, dixit magistratui se fecisse sacrilegium. vult magistratus tamquam de confessa supplicium sumere, filius 5 contradicit.

Facio, iudices, in foro quod domi feci: matrem mori prohibeo. 'Quomodo' inquit 'fecisti? quo loco quae sustuleras condidisti?' haerebat nec quicquam sacrilegi nisi poenam noverat. Amissis duobus liberis sacrilega sibi videbatur, quod vivebat. Non adfuturus veni sed servaturus. Alii 10 pro reis rogant, ego rogabo ream. Nullum habet accusator nisi in subselliis meis testem. Non est confessio, nisi cum accusator eruit negante rea, tortor expressit. Fertur quaedam viso contra spem filio expirasse; si ad mortem agit matres magnum gaudium, quid magnus dolor? Mater, habes non mediocre solacium: vides aliquid et deos perdere. Magis deos miseri 15 quam beati colunt. Non fecit sacrilegium mulier, non fecit anus, non fecit orbata, non fecit quae custoditur, non fecit quae confitetur. 'Irata' inquit 'dis sacrilegium potuit admittere'; frangitur calamitosis animus et ipsa se infelicitas damnat et hoc condicio humana vel pessimum habet, quod Fortuna quos miseros fecit etiam superstitiosos facit. Diligentius dii 20 coluntur irati. 'Quis ergo fecit?' unde scire possum, qui matrem custodii? Ago causam legum, ne carnificem, quem sacrilegis minantur, calamitosis adhibeant. Deos ita coluit, ut quae pro tam multis timeret. Confessio conscientiae vox est, confessio coacti et quae fecit agnoscentis verbum est. 25

Pars altera. Omnium vox erat: 'sacrilegium latere non poterit. quisquis est, non ipse bonum exitum faciet, non quisquam suorum. etsi nemo fuerit accusator, ipse narrabit.' Concitata processit velut diis ipsis persequentibus: 'feci' inquit. Supplicium de ea vel nunc exigamus homines,

4 magistratu **M** *corr.* **M**³ || 7 prohibo **M** *corr.* **M**² || 11 reum **M** *corr.* **M**³ || 12 cum] quam *dett., an recte?* | negante *scripsi* negat **M** | rea *ex* nea (*?*) **M**³ || 14 matres *β* -ris **M** || 16 beati] b- *scr.* **M**³ || 18 admittere *λ* amm- **M** comm- **M**² *edd.* | calamitosus **M**³ || 21 custodit **M**³ || 23 adnibeant *a. c.* **M** | *post* timeret *verba* pars altera (*ex l. 26*) *posuit Gron., edd.* || 26 sacrilegus *Born.* || 28 concitata **M**² *et cod. Bambergensis 420 fragmentum huius controversiae continens* -cita **M**

de qua dii olim exigere coeperunt. Violatorum numinum maiestate compulsa est, ut mori et vellet et deberet et non posset. Incisus est laqueus: ita putabas te, sacrilega, secreto mori posse? Omnia fecit, ut taceret, quae, ne confiteretur, etiam mori voluit. Si crimen quaeritis, factum est sacri-
5 legium; si sacrilegum, fatetur. Facti quaeritis causam? si priusquam amitteret liberos, avara; si postquam amisit, irata.

Phidias amissis manibus

SACRILEGO MANVS PRAECIDANTVR. Elii ab Atheniensibus Phidian acce- 2 perunt, ut his Iovem Olympium faceret pacto interposito, ut aut Phidian
10 aut centum talenta redderent. perfecto Iove Elii Phidian aurum rapuisse dixerunt et manus tamquam sacrilego praeciderunt; truncatum Atheniensibus reddunt. petunt Athenienses centum talenta. contradicitur.

Iam Phidian commodare non possum⟨us⟩. Tunc demum illa maiestas exprimi potest, cum animus opera prospexit, manus duxit; ante sibi
15 quam operi Iovem fecit. Sacrilegi vos estis, qui praecidistis consecratas manus. Primum sanguinem deus sui vidit artificis. Testor Iovem, proprium iam Phidiae deum. Ars alios in miseria sustinet, te miserrimum fecit. Paciscendum Phidian manus fecerant. sine eo Phidian nos recepturos putatis, sine quo vos accepturi non fuistis? Commodavimus qui facere
20 posset deos; recepimus qui ne adorare quidem possit. Non pudet vos Iovem debere sacrilego? Superest homo, sed artifex periit. Poenam nobis Phidiae, non Phidian redditis. Manus, quae solebant deos facere, nunc ne homines quidem rogare possunt. Talem fecit Iovem, ut hoc eius opus Elii esse ultimum vellent. Manus commodavimus, manus reposcimus.
25 Elius est testis, Elius accusator, Elius iudex; Atheniensis tantum reus. Invoco deos, et illos quos fecit Phidias et illos quos facere potuit. Recepimus Phidian, confiteor, si possumus commodare.

Pars altera. Habuimus aurum olim sacrum, habuimus ebur; sacrae materiae artificem quaesivimus. Disposueramus quidem, ut aliis quoque
30 templis simulacra Phidias faceret, sed non erat tam necesse ornare deos quam vindicare.

Infamis in nurum

Duorum iuvenum pater uni uxorem dedit. quo peregre profecto infa- 3 mari coepit socer in nurum. maritus reversus abduxit ancillam uxoris et

4 voluit] v- *scr.* M[3] || 6 amitteret *recc.* amm- M || 8 fidian M *et* f- *semper, interdum pro acc.* -am *scr.* (*ego semper* -an *scripsi*) || 9 olimpium M || 12 cd̄ M contradicitur *mg.* M[3] -dicunt *vulg.* || 13 possumus *recc., quod dubit. recepi* (*cf. l. 27*) possum M *fort. recte, nam totius populi nomine loqui potest* || 16 sui] -i *scr.* M[3] || 20 ne] nec M[3] || 25 athenienses M *corr.* M[3] || 26 quos[1]] que M *corr.* M[3] || 34 coepit] c- *ras.* M *vel* M[2] | reversurus M *corr.* M[3]

torsit; illa in tormentis periit. maritus incerto, quid quaesierit, se suspendit. imperat alteri filio pater, ut eandem ducat; nolentem abdicat.

'Duc' inquit 'fratris uxorem'; si hoc fieri potest, adulterum frater invenit. Haec est mihi causa abdicationis, quae fratri mortis fuit. 'Duc' inquit 'fratris uxorem'; temptari me, si qua est fides, credidi. Mulier, si 5 nubere lugenti potes, facis, ut de te omnia credantur. Cogor eam ducere, quae mihi abdicationis est causa, populo rumoris, viro mortis. Legi iam uxorem, quae, si peregrinatio inciderit, mecum peregrinari velit, quae, si viro aliquid acciderit, nubere alii nolit. Qui me abdicari audiunt, putant fratrem de me aliquid suspicatum. 10

Pars altera. Obiecisti mihi ultimum nefas et quod qui tantum suspicatus est noluit vivere. Impulsu tuo frater torsit ancillam et, quia nihil repperit, falsas suspiciones morte expiavit.

Homicida in se

4 HOMICIDA INSEPVLTVS ABICIATVR. Quidam se occidit. petitur, ut 15 insepultus abiciatur; contradicitur.

Adferre sibi coactus est manus assiduis malis. Summam infelicitatum suarum in hoc removit, quod existimabat licere misero mori. Infelicissime adulescens, cum te prohiberi etiam sepultura video, mirari desino, quod peristi: tales inimicos habes, ut etiam mortuum persequantur. Facilius 20 miserum quam sceleratum Fortuna vincit. Sumpsisti hoc ferrum, Cato, et quam invidiosum, quod Catonem occideris! Curti, perdideras sepulturam, nisi in morte repperisses. Quid est in vita miserius quam mori velle? quid in morte quam non posse sepeliri? Quis miretur eum mori voluisse, quem fugientem quoque Fortuna persequitur? Omnibus natura 25 sepulturam dedit: naufragos idem fluctus, qui expulit, ⟨sepelit⟩; suffixorum corpora crucibus in sepulturam suam defluunt; eos, qui vivi uruntur, poena funerat. Irascere interfectori sed miserere interfecti. 'Homicida' inquit 'est, quia se occidit'; huic irasceris, pro quo irasceris? Non aliud Scaevolae Mucio cognomen dedit et capto contra Porsennan 30 regem libertatem reliquit quam vilitas sui. non aliud Codrum illum ce-

3 fratris] -i- *scr.* **M**^{3} | *post* uxorem *verba* temtari me si qua (*ex l. 5*) *scr. et del.* **M** || 12 quia] quidam **M** *corr.* **M** *vel* **M**^{2} || 14 in se] inse⟨pultus⟩ *Gertz* || 15 in se *ante* insepultus *add.* **M**^{2} | ut] ut et **M** *corr.* **M**^{2}, **M**^{3} || 16 cd **M** contradicitur *mg.* **M**^{3} || 18 in hoc – quod] *fere = quod (causale)* || 19 sepulture (*mg.*) **M** *corr.* **M**^{3} || 20 mortuum] -tuum *ras.* **M**^{2} | vestra (*del.* **M**^{2}, **M**^{3}) persequantur **M** || 22 curte **M** *corr.* **M**^{3} || 23 reperisses **M** *corr.* **M**^{2} | quid est] quidem *a. c.* **M** || 25 figientem **M** *corr.* **M**^{3} || 26 sepultum **M** *corr.* **M**^{2} | sepelit *suppl. ed. Herv.* | suffixiorum (*ut vid.*) **M** -xi- *scr.* **M**^{3} || 28 uruntur] u- *scr.* **M**^{3} || 30 mutio **M** || 31 regem *ed. Schott.* legem **M** | illum *Gertz* -lud **M**

teris imperatoribus exemplum dedit, quam quod positis imperatoris insignibus ad mortem cucurrit, nec ullo maior dux fuit, quam quod se ducem non esse mentitus est. Non postulo, ut gloriosum mori sed ⟨ut⟩ tutum sit. Non magis crudeles sunt qui volentes vivere occidunt quam
5 qui volentes mori non sinunt. Curtius deiciendo se in praecipitem locum fatum sepulturae miscuit. Celebretur Cato; huic miserrimo, quod aliquid non ignave de spiritu suo statuit, tantum impune sit. Etiam vulnera infelicis in crimen scrutantur. Aestimate, an vivere licuerit cui ne mori quidem licuit.
10 Pars altera. Facinus indignum, si inveniuntur manus, quae sepeliant eum, quem occiderunt suae. Sumpsit gladium, video ardentes oculos — in quem, nescio; quod solum scio, scelus cogitat. Nescio cuius sibi criminis conscius confugit ad mortem, cuius inter scelera etiam hoc est, quod damnari non potest. Contra hos inventum est, ut aliquid post mor-
15 tem timerent, ⟨qui⟩ non timent mortem. Nihil non ausurus fuit qui se potuit occidere.

Fortis nolens ad patrem fortem redire

Abdicavit quidam filium; ille tacuit. fortiter fecit, petit praemio ad **5**
patrem reditum; pater contradixit. postea pater fortiter fecit, petit ad se
20 filii reditum; filius contradicit.

Ego fortior sum: post tuam pugnam pugnavimus, post meam vicimus. Revertere; dignam te domum feci. Isti oculi mei sunt, istae manus meae sunt, ista contumacia mea est. Si mereor praemium, mihi date; si non mereor, isti suum reddite. 'Ego' inquit 'eadem lege praemium non accepi.'
25 hoc est unde abdicatus es, cum putas nihil inter te et patrem interesse. Post tam similia opera, si tantum commilito esses, patrem me adoptare debueras. Admoneo te, iuvenis: hoc praemium qui recusaverat petit. 'Timeo, ne me iterum abdices'; commissurum me putas, ut iterum rogem? Bello graviore pugnavi, quo necesse fuit etiam senibus militare, quo for-
30 tes esse non potuerunt etiam qui priore bello fuerant. Ille annos suos exercuit, ego vici meos. Tu fregisti bellum, ego sustuli. Quanta adhortatio iuvenum fui senex fortis! Vtrique nostrum praemium reddite. Militavi senex, militavi exanguis, militavi qui iam vicarium dederam. Vterque nostrum, cum rogatur, fastidit, cum relinquitur, rogat. Quid nos suspicari

3 ut *suppl.* **v** || 4 non *recc.* nom **M** || 5 sinunt **M**³ sinon **M** | deiciendo **M**³ -nde **M** | lacum *anon. apud Schottum* || 6 fatum *recc.* factum **M** | celebratur *Gertz* || 8 nec **M**³ || 15 qui *suppl. ed. Herv.* | timen **M** *corr.* **M**² || 21 vicimus] -ic- *scr.* **M**³ || 25 es *ex* est **M**² | cum] quod *Burs., sed de usu hoc explicativo cf. H.-Sz. 619* | putas **v** patas **M** paras **M**³ || 28 abdicis **M** *corr.* **M**³ || 31 meos] m **M** *corr.* **M**², **M**³ || 33 anguis **M** *corr.* **M**³

cogis, quod non vis in paternam domum venire nisi tuo praemio? Turpe erat virum fortem nisi a patre coacto non recipi.

Pars altera. Quid me captivum ex libero cupis? quid ignominiae subicis virum fortem? quid efficis, ut possit abdicari? 'Meus' inquit 'es filius'; quid opus est praemio, si tuus sum? 5

Pauper naufragus divitis socer

6 VITIATA VITIATORIS AVT MORTEM AVT INDOTATAS NVPTIAS PETAT. Dives pauperem de nuptiis filiae interpellavit tertio; ter pauper negavit. profectus cum filia naufragio expulsus est in divitis fundum. appellavit illum dives de nuptiis filiae; pauper tacuit et flevit. dives nuptias fecit. redierunt in urbem; vult pauper educere puellam ad magistratus. dives contradicit. 10

Educatur ad magistratus puella. quid times? certe uxor est tua. Queri nec de morte poteris, si hanc puella maluerit: nemo umquam raptor serius perit. Vt litus agnovi, naufragus in altum natavi. Quid times, si exorasti? Accessit ad me primum: 'filiam tuam ducere volo' inquit 'uxorem'; non flevi. tunc enim licuit negare. Nuptias filiae tamquam naufragium meum flevi. Naufragus plus de litore queror. Inter naufragium et nuptias ne una quidem nox interfuit. Differ nuptias, dum flere socer desinat. Putat me iam filiam commisisse sibi, cum hic se necdum committat uxori? Lacrimis inter verba manantibus venio; talis et filiae nuptiis fui. Si rapta est, cur optionem recusas? si uxor est, cur times? Loquor, ubi primum licet. Procul a conspectu reliqueram patriam, nondum tamen possessionem divitis praeterieram. subito fluctibus inhorruit mare ac discordes in perniciem nostram flavere venti, demissa nox caelo est et tantum fulminibus dies redditus. inter caelum terramque dubii pependimus. adhuc tamen bene, iudices, navigamus: naufragium maius restat in litore. Erat in summis montium iugis ardua divitis specula; illic iste naufragiorum reliquias computabat, illic vectigal infelix et quantum sibi iratum redderet mare. Interrogatus de nuptiis filiae, cum adhuc pulsaret aures meas fluctus, feci quod debui: et captus et naufragus inimico stuprum lacrimis negavi. Delicatus dives, qui amare etiam inter naufragia potest! Matrimonii celebritatem remoti angulo ruris 15 20 25 30

1 nisi *cod. Mutinensis et coni. Gron.* sine M || 4 possim M³ || 7 vitia M -ta *suppl.* M² | petat *recc.* spectat M || 8 navit M *corr.* M² || 11 magistratus *recc.* (*cf. l. 12*) mag̃g̃. M -tum *mg.* M³ | cd M || 14 puellam M *corr.* M³ || 15 maufragus (*ut vid.*) M || 16 exorasti *recc.* xor- M etxor- M² || 19 ne *recc.* de M nec M³ | intefuit M *corr.* M³ | differ λ -fert M || 20 sacer M *corr.* M³ || 21 *post* uxori *signum interrog. posui* | et ⟨in⟩ *Castiglioni* || 22 ⟨ad⟩fui *Wb.* || 23 loquo M *corr.* M² || 25 demissa *recc.* di- M || 27 ben M *corr.* M³ || 30 interrogatus *cod. Admuntanus* -rogo M -rogat M³ -rogavit *Wb.*

abscondis, ibi facis nuptias, quo nemo ⟨nisi⟩ naufragus venit. Lacrimae semper indicium est inoptatae rei, lacrimae pignora sunt nolentium et repugnantis animi vultus index. Nemo umquam quod cupit deflet. lacrimae coacti doloris intra praecordia et intolerabilis silentii eruptio. sic
5 ille, qui super cinerem deflet patrimonium, odit incendium; sic, qui naufragium deflet, maria detestatur. fletus humanarum necessitatum verecunda execratio est. Tuae nunc sunt partes, puella; discedo et, quod prius etiam feci, taceo. si nupta es, habes quod optes; si vitiata, quod imperes.

10 Pars altera. Naufragum duo sacratissima inter homines acceperunt, hospitium et adfinitas; alterum praestiti, alterum etiam rogavi. Oblatas conciliante Fortuna nuptias, quod erat amantis, saepius rogavi, quod festinantis, non distuli. quid hic raptoris est, nisi quod indotatam duxi? Errat socer, qui putat mihi cariorem futuram puellam, si me potuerit
15 occidere. quid enim superest? preces meae, quas totiens adhibui, an istius lacrimae, quas movi? Nihil mihi inimicus obicere praeter matrimonium potest. Magnus est amor, qui ex misericordia venit. Fundebamus lacrimas ex paenitentia discidii prioris, nec plura aut me proloqui aut istum respondere passae sunt mentes gaudiis occupatae. Nulla integritas tan-
20 tum sibi etiam explorata confidit, ut causam velit dicere. Si interrogaveris filiam, partem legis imputaturus es; si non interrogaveris, legem. Si genero vitam daturus esset, etiam innocentiam reliquisset. Quaeritis, quid, dum fleret, fecerit? non negavit – et solebat negare, si nollet. Mortem optaturus est; non enim potest eas partes legis desiderare, quas habet.

1 nisi *suppl. recc.* | lacrimae (-me) *cod. Mutinensis* -mas **M** -ma **M**³ || 2 esse *a. c.* **M** || 5 deflet] -let *ras.* **M**² | sic *om.* **M** *suppl.* **M**² || 10 sacratissime **M** *corr.* **M**³ || 11 hospitum **M** *corr.* **M**³ || 24 explicit liber VIII. incipit liber VIIII **M**

⟨CONTROVERSIARVM LIBER NONVS⟩

Seneca Novato, ⟨Senecae⟩, Melae filiis salutem.

1 Iam videbar promissum meum implesse; circumspiciebam tamen, num quid me praeteriret. ultro Votieni Montani mentionem intulistis, et velim vos subinde aliqua nomina mihi offerre, quibus ⟨e⟩vocetur memoria mea; quae quomodo senilis per se marcet, admonita et aliquando la- 5 cessita facile se colliget.

MONTANVS VOTIENVS adeo numquam ostentationis ⟨de⟩clamavit causa, ut ne exercitat⟨ion⟩is quidem declamaverit. rationem quaerenti mihi ait: utram vis, honestam an veram? si honestam, ne ⟨***; si veram, ne⟩ male adsuescam. qui declamationem parat, scribit non ut vincat sed 10 ut placeat. omnia itaque lenocinia [ita] conquirit; argumentationes, quia molestae sunt et minimum habent floris, relinquit. sententiis, explicationibus audientis delinire contentus est. cupit enim se approbare, non 2 causam. sequitur autem hoc usque in forum declamatores vitium, ut necessaria deserant, dum speciosa sectantur. 15

Accedit etiam illud, quod adversarios quamvis fatuos fingunt: respondent illis et quae volunt et cum volunt. praeterea nihil est, quod errorem aliquo damno castiget; stultitia eorum gratuita est. vix itaque in foro futurus periculosus stupor discuti potest, qui crevit, dum tutus est.

Quid, quod laudationibus crebris sustinentur, et memoria illorum ad- 20 suevit certis intervallis quiescere? cum ventum est in forum et desiit 3 illos ad omnem gestum plausus excipere, aut deficiunt aut labant. adice nunc, quod †ab† illis nullius interventu excutitur: nemo ridet, nemo ex

1 Senecae *suppl. Kiessl.* | malae **A** | filio **V** || **3** praeterisset *C. F. W. Müll.* || **4** nomina mihi] nominamus **A** | ⟨e⟩vocetur *Schult.* voc- α || **4. 5** memoria mea *Burs.* -iam et α || **5** ⟨ita⟩ admonita *Jahn* || **7** ⟨de⟩clamavit *dett.* clam- α || **8** exercitationis *Faber* exercitatis (-tatus **V**) α || **9** honestam an veram] honesta manu eram **AB** | *lac. ind. et* si veram *suppl. Thomas* ne ⟨gloriari videar, si veram⟩, ne *Morgenstern* || **10** scribit *ed. Rom.* scripsit α || **11** itaque] alta que (quae) **AB** | ita *del. Haase, Burs.* || **12** inolestae **A** | mininum **V** || **13** audienti **V** | delinire *ed. Frob.* -iri α | contemptus **AB** || **14** huc **V** | inferorum **V** || **15** necesseria *a. c.* **V** || **16** fingunt *ed. Rom.* -gant α | respondeant **BV** || **18** stitia **A** stultitit *a. c.* **B** || **19** periculosus] *fort.* periculo || **20** adsuevit *dett.* -bit α || **22** adice *dett.* -ici α || **23** nunc *ed. Frob.* in hanc **A** in hunc **BV** | ab] animus *C. F. W. Müll., Madv.* mens *vel* memoria *Wb.* | ab illis] bilis *Kiessl.* | interventum **A**

industria obloquitur; familiares sunt omnium vultus. in foro, ut nihil aliud, ipsum illos forum turbat. hoc, quod vulgo narratur, an verum sit, tu melius potes scire: Latronem Porcium, declamatoriae virtutis unicum exemplum, cum pro reo in Hispania Rustico Porcio, propinquo suo, di-
5 ceret, usque eo esse confusum, ut a soloecismo inciperet, nec ante potuisse confirmari ⟨tectum⟩ ac parietem desiderantem, quam impetravit, ut iudicium ex foro in basilicam transferretur. usque eo ingenia in scholasti- 4 cis exercitationibus delicate nutriuntur, ut clamorem, silentium, risum, caelum denique pati nesciant.

10 Non est autem utilis exercitatio nisi quae operi simillima est, in quod exercet; itaque durior solet esse vero certamine: gladiatores gravioribus armis discunt quam pugnant; diutius illos magister armatos quam adversarius detinet. athletae binos simul ac ternos fatigant, ut facilius singulis resistant. cursores, quom intra exiguum spatium de velocitate eorum
15 iudicetur, id saepe in exercitationem decurrunt, quod semel decursuri sunt in certamine. multiplicatur ex industria labor quo condiscimus, ut levetur quo decernimus.

In scholasticis declamationibus contra ⟨e⟩venit: omnia molliora et 5 solutiora sunt. in foro partem accipiunt, in schola eligunt. illic iudici
20 blandiuntur, hic imperant. illic inter fremitum consonantis turbae intendendus animus est, vox ad aures iudicis perferenda; hic ex vultu dicentis pendent omnium vultus. itaque, velut ex umbroso et obscuro prodeuntes loco clarae lucis fulgor obcaecat, sic istos e scholis in forum transeuntes omnia tamquam nova et inusitata perturbant, nec ante in
25 oratorem corroborantur quam multis perdomiti contumeliis puerilem animum scholasticis deliciis languidum vero labore durarunt.

Lepidus, vir egregius et qui declamatorio non studio ***

3 portium BV || 4 exemplum *dett.* templum α | portior AB -tio V || 5 solacismo A solocismo B | nec ante *ed. Herv.* negante α || 6 tectum *suppl. ed. Rom.* | hac B | qua V | impetrarit *Madv.* || 7 basilica A | eo *om.* AB || 8 delicata enutriuntur α | clamarem AB || 9 nesciunt *a. c.* A || 10 utilis *dett.* ut illis α | execrationi si AB | operis millima A | in] illi V | quo B || 11 exerceat V | vero] at vero V | certamine *ed. Herv.* certam ne AB certamen V || 12 diutqus A | adversarios AB || 13 detinet *scripsi* tetiunet AB sustinet V retinet *Burs.* | athletae *Burs.* hatenas A athenas B iunctathenas V || 14 quom *Kiessl., Madv.* quod α | bellocitate AB || 15 ercitationem A || 17 quo decernimus *ed. Rom.* quod cernimus α || 18 dedamationibus A | ⟨e⟩venit: omnia *ed. Rom.* venit omnino α || 19 solitiora B || 20 imperant τ, *Gron.* inserant α || 21 perforenda A | hic hic V | dicentis *dett., Gron.* -ntes α || 22 pendent D -dunt α | omnia V | velut] vel AB | umbros A || 23 clarae] dare AB clare V | istos e scholis τ instos inscis (*ex* inscin B) AB stos in socius V | in *om.* AB || 24 nova] etinova *a. c.* V | nec ante] negante et AB || 26 delictis AB | languidum D laug- α || 27 lapidus A | dedamatorio AV

1 E ⌜ADVLTERVM CVM ADVLTERA QVI DEPRENDERIT, DVM VTRVMQVE CORPVS INTERFICIAT, SINE FRAVDE SIT. INGRATI SIT ACTIO. Miltiades peculatus damnatus in carcere alligatus decessit. Cimon, filius eius, ut eum sepeliret, vicarium se pro corpore patris dedit. Callias dives sordide natus redemit eum a re publica et pecuniam solvit; filiam ei suam collocavit, 5 quam ille deprensam in adulterio deprecante patre occidit. ingrati reus est.⌝

1 ALBVCI SILI. Non movet me periculum meum: semper nos in malis nostris non fortunam sed causam spectavimus. Non dubito, quin Callias redempturus fuerit Miltiaden, si iam habuisset filiam nubilem. 10

E MVSAE. Alius aliud pati non potest: ⌜mihi adulterium ⟨gravius⟩ carcere est.⌝

ARELLI FVSCI patris. 'Nihil' inquit 'filiae plus possum dare quam Ci-E monem virum. quando⟨que⟩ mihi ex eo contingent nepotes.' ⌜Ferrum a lege mihi traditum ad vindictam pudicitiae proiciam? perdidisti pecuniam, 15 Callia, si tales solvisti manus.⌝ Damnatus peculatus nihil aliud heredi suo reliquit quam se patrem.

2 E CESTI PII. ⌜Non potest generosus animus contumeliam pati.⌝ Merito tu ex Cimone habere nepotes concupisti. Quid magis in me probasti quam E carcerem? Non sum innocentior quam pater, ne ⟨fe⟩licior quidem: ⌜hoc⌝ 20 unum ⌜interest inter parentis et fili fortunam, quod illius calamitatium exitus fuit carcer, mearum initium.⌝ Exponam vobis, quam in neminem E meorum ingratus sim: ⌜unus Miltiadis census inventus est Cimon filius.⌝ ne hic quidem quicquam habuit, quod daret pro patre praeter se. Poteram in Cynaegiri domo sperare nuptias, poteram in Callimachi, nec verebar, 25 E ne Cynaegirus suas pluris aestimaret manus: ⌜redemptus Cimon redemptoris felicitas est.⌝

1 *de nominibus propriis in hac controversia occurrentibus haec praemonenda sunt*: Miltiades *in* α *semper* militiades (*vel* -ciades) *scribitur, quod non adnotabo. praeterea, cum acc.* militiadem (*vel* -dē) *bis tantum,* militiaden *saepius occurrat, Graecam formam semper praetuli.* Cimon *in* **V** *semper, in* **AB** *saepe* gimon *scribitur, quod non adnotabo.* Callias *saepe* gallias *vocatur, et hoc quoque silentio praetermittam* | adulterum *ex* -era **A** || 2 interficeat **B** || 3 alligatur **B** || 5 solvit *om.* **A** || 6 ille] illi **AB** | dpraensam **B** | deprecantem **AB** | ingratu **B** || 9 Callias *dett.* -ius α || 10 fuerit *om.* **V** | nubilem *ed. Herv.* nobilem α || 11–12 ⟨gravius⟩ carcere est *Gertz* carcerem **A** carcer est **BVE** || 13 filiae *ed. Frob.* -ia α, *cf. p. 239, 2* filiae istius emptus sum || 14 virum τ utrum α | -que *supplevi* || 15 ad] an ad **V** | proiciamus **V** || 16 gallias **AV** | damnatos **AB** || 17 reliquit **D** -linquit α || 18 certi **B** || 20 nec **V** | felicior *ed. Rom.* licior **AB** licior quam licior **V** || 22 exitus **VE** -itum **AB** | emarum **AB** || 23 ingratis *a. c.* **A** || 24 nec **V** | daret *Burs.* dare α | poterat **V** || 25 cunegiri **AB** sunegiri **V** || 25–26 Callimachi nec verebar ne Cynaegirus *dett.* challimachin (-chi **V**) haec verebar nec sine girus α || 26 Cimon] omon **B** || 27 est *om.* **B**

VOTIENI MONTANI. Facis, iam ut dicam: non accepi ⌜beneficium⌝, 3 E
aut: reddidi. certius ⌜reddam, cum tam honeste desideraris quam dedisti. Ego adulteros dimittam? quid aliud facerem, si alligatas haberem manus?⌝ Egit me attonitum dolor. Non mehercules me exorasset Mil-
5 tiades pater. Nihil Calliae debeo, nisi liber sum. Est vir egregius Callias, est misericors — sed utinam tantum adversus bonos! Maior iniuria est, si nunc manus Cimonis alligantur, quam fuit beneficium, quod tunc solutae sunt. Non iste iniquiore animo filiam amisit quam ego uxorem, sed aequiore animo impudicam pati voluit. Vis tu divitias tuas abscondere,
10 cum in eos incideris, qui mendicitate censentur? nihil habet domus nostra melius, quod ostendat, quam paupertatem: da pecuniam Miltiadi, qua damnationem luat; nocens erit. da Cimoni, qua patrem redimat; pius non erit.

VIBI GALLI. Nullo mihi felicior videor quam quod Miltiadis pretium 4
15 fui. alligatus iacebat Persicae potentiae vindex, libertatis publicae adsertor; alligatus iacebat crimen ingratae civitatis. Adulteram dimittam, patiar adulterum, qui non tam glorior, quod filius sum Miltiadis quam quod vicarius? ⌜quid? tu poenam putas pro Miltiade alligari?⌝ Si adulte- E
rum solum occidero, exulandum est; quid faciam? occidam? plus quam
20 praestitisti exigis: pro carcere exilium. non occidam? plus quam praestitisti exigis: unum beneficium dedisti, duo petis. ⌜'Vterque magnum E
beneficium⌝ dedistis ⟨et⟩ statim, ⌜dum datis, recepistis: Cimon quod Miltiaden redemit, tu quod Cimonem.'⌝ Videbatur mihi omnis maiorum meorum circa me turba fremere dicentium: 'ubi sunt illae manus, quae
25 solvere Miltiaden?' non mihi occurrit indulgentia uxoris, non Callias socer, non ullius aut rei aut benefici memoria; feci quod soleo: nihil aliud respexi quam patrem.

MENTONIS. Cogita adulteros esse, pro quibus rogas; cogita, qualium 5
misereri soleas. ⌜turpe est ab eodem dimitti et adulteros et Cimonem. Ego E

1 motani **AB** | facis iam ut *Kiessl.* (facis ut *etiam Gron.*) faciamus **AB** faciam **V** | *ante* iam *comma posui, nam* iam dicam *sequentibus* (certius reddam *e. q. s.*) *opponitur* | dicam *Gron.* -cat α || 2 aut reddidi *Gron.* alter reddidit α | qua **B** || 3 adhuc alligatas **E** || 4 manibus **B** | meercules (-le si **V**) α || 5 casliae α | liber sum *ed. Rom.* libertum α || 6 tandum **AB** || 7 quo **V** || 9 voluit *dett.* nol- α || 10 incideris *Gertz* -erit α -erint **A**[2] | mendicitatem **A** mendacitate **V** || 11 da] de **AB** | militiandi **AB** || 12 dedimat **AB** || 13 nonnerit **A** || 14 nulli **V** || 15 perfice **A** | impotentiae *Gron.* | vindet **A** | adsertos **AB** || 17 patiar τ (*cf. l. 9*) patri α | adulterum *scripsi* -eram α *del.* **A**[2] | qui *Gruter* cui α || 18 quid] quod **V** || 19 occidero *ed. Rom.* -ere **AB** -erem **V** | exulendum **AB** || 21 beneficiam *a. c.* **B** | magnum] mag **V** || 21—23 Vterque — Cimonem *del. Haase; genuina sunt, ut opinor, sed cuiusnam sint, obscurum est* || 22 dedisti **A** dedieti **B** | et *suppl. Burs.* | statim dum] tantumdem **V** | recepistis **D** -cipistis α || 23 cimon est **A** | magorum *ex* -orem **B** || 26 nullius **AB**

sum, qui referre gratiam ne mortuis quidem desino. Ita mihi veros habere liberos contingat, quod quantum esset, Miltiades expertus est.⌝

6 PORCI LATRONIS. Ego adulteros dimittam? ardet cupiditate vindictae animus. has manus continere non posset Miltiades, quas alligare potuit. Si in hoc solutus ⟨sum,⟩ redde me carceri. Ille Graeciae servator et vindex Persarum Orientisque domitor, cui modo tam insignem triumphum Fortuna de hoste detulerat, damnatus est peculatus ob hoc videlicet ipsum, ut innocentia eius, quae alioqui latere potuerat, ipsa damnatione ostenderetur. damnatus est innocens: ⟨si⟩ quis in civitate misericors est, nunc occasio⟨nem⟩ misericordiae invenit: Miltiades redimendus est. Redemi corpus tuum, Miltiade, ne funeri quidem interfuturus, in quod me ipsum impenderam. Misereor accusatoris mei, non quia perdidit filiam, E sed quia habuit: ⌜dignus erat Callias tales habere, quales redemit.⌝ Quodsi me in hanc stuprorum patientiam redemisti, matrimonio carcerem praefero. honestius patri alligor quam adultero solvor. Vt audivi esse qui pecuniam numeraret, miratus sum fuisse in civitate nostra quemquam, qui Cimonem redimere quam Miltiaden maluisset. Ego ne patrem quidem meum, nisi innocens fuisset, redemissem.

7 BLANDI. Obiciat licet vincula, numquam tamen efficiet, ut non magis carcere glorier quam matrimonio. diversi sunt hominum adfectus: tu fortasse, Callia, vincula non potes ferre; ego adulteram uxorem. Effugient ergo adulteri tamquam alligatas Cimonis manus?

ARGENTARI. Redemptum me protinus appellare coepit de filiae nuptiis; 'statim' inquam 'Callias experitur, an gratus sim'. †habes in gallian sine Cimone† Pro una rogat, duos eripit.

E FVLVI SPARSI. ⌜Dic nunc: 'ego te carceri exemi', dum ego respondeam: ego me carceri tradidi. numquam effici poterit, ut melius actum putem, quod a Callia redemptus sum quam quod pro Miltiade alligatus.⌝ Filia tua abstulit tibi generum Cimonem. Ductus est pater meus in carcerem etiamnunc captivis suis plenum.

8 IVNI GALLIONIS. 'Beneficium' inquit 'tibi dedi, quod filiam tibi collocavi': nunc vero, Miltiade, graviorem fortunam carcere sustines:

2 contingut **A** | quatum **A** || 4 continerem **B** || 5 sum *suppl. dett.* | carcere *a. c.* **B** | illae **V** | gretiae **B** gratiae **V** || 7 ab **B** || 8 innocentia **D** -iam α || 9 si *suppl. Kiessl.* | quis⟨quis⟩ *Müll.* | civitate **L** -tem α || 10 occasionem *Burs.* occasio α *quo recepto* [in]venit *dett.* || 11 redimi *a. c.* **A** | funere *a. c.* **A** || 13 dignus *dett.* -num α | haberet **V** || 14 redemisti **D** -imisti α | matrimonia *ex* -iu **V** | praefera **B** || 16 muneraret **V** | fuis **B** || 17 qui *om.* **B** | quidem] quid est **AB** || 18 redemisset **B** || 19 obiciat **D** -iceat α || 20 glorior **BV** | hominum (omnium h.) **D**, *ed. Herv.* omnium α || 21 gallias **V** | potest **AB** || 23 cepit **B** || 24 gallian] -ias **A** || 25 cimonem **B** | *locus desperatus videtur. an coll. l. 28sq. sic legere audemus*: abis hinc, Callia, sine Cimone? | una **D** (*cf. p. 240, 19*) uno α | eripitur **B** || 26 fullvi **B** | dic nunc] dicunt **B** || 28 alligatis **AB** || 29 est *om.* **A** || 32 collocavi *bis* **AB** *corr.* **A**[2] | vere **AB**, *edd.*

Callias tecum ⟨nepotes⟩ communicare dignatus est. ⌜Ego me redemptum E
putabam; filiae istius emptus sum.⌝ Steterunt ante oculos meos maiorum
imagines emissusque sede sua Miltiades maiestate imperatoria refulsit
et iterum meas invocavit manus.

5 IVLI BASSI. ⌜Calliae filiam uxorem duxi: hanc tibi, pater, iniuriam feci, E
dum ingratus esse nolo.⌝ Placeas tibi licet et istas iactes divitias, tantidem
tamen redemi patrem, quanti a te redemptus sum.

Divisio. LATRO in has quaestiones divisit: an non quisquis gratiam non 9
rettulit, cum posset, ingrati teneatur: multa, inquit, interveniant, propter
10 quae non debeam facere, etiamsi possum. si non tenetur quisquis non
rettulit gratiam cum posset, an hic teneatur. hoc in haec divisit: an [id]
⌜possit ob id damnari, quod lege fecit⌝. deinde, an facere debuerit, no- E
vissume, an, si adfectu et indignatione ablatus non fuit in sua potestate,
ignoscendum illi sit. hoc non tamquam quaestionem sed, ut illi mos erat,
15 pro tractatione aut loco.

MONTANVS VOTIENVS quaestionem hanc adiecit, an gratiam rettulerit 10
Cimon Calliae: duxi, inquit, filiam tuam uxorem; filia tua Miltiadis nurus
facta est. non putas beneficium communes cum Miltiade nepotes?

GALLIO illam quaestionem duram movit sed diligenter executus est,
20 quae solet esse ⟨in⟩ ingrati controversiis prima, an beneficium acceperit:
non erat, inquit, mihi poena in carcere esse; mea voluntate illo pervene-
ram. ita putas me libentius in cubiculo meo iacuisse? nullus tunc erat
locus Athenis honestior quam qui Miltiaden habuerat. deinde et illam
subiunxit quaestionem, an teneatur is, qui beneficium accepit, quod non
25 petit: non rogavi, inquit, te; dedisti istud iactationi tuae, putasti ad glo-
riam tuam pertinere. ita tu non accepisses beneficium, si tibi solvere
Miltiaden contigisset?

SILO POMPEIVS a parte Calliae ⌜duo beneficia se dixit dedisse, quod 11 E
redemisset et quod egenti filiam collocasset.⌝ hoc, quod secundum posuit,
30 nemo alius pro beneficio imputavit; in quo adeo non est dubium, an bene-
ficium non dederit, ut dubium sit, an receperit.

BRVTVS BRVTTEDIVS illas praeterea quaestiones fecit: an, si sua causa

1 nepotes *suppl. Gertz, cf. l. 18* || 3 imperia **A** imperatori et **B** || 6 places **A** | diutias **BV** || 8 gratia **AB** || 9 retulit α, *ut semper in hac controversia* | inteveniant **AV** intetieniant **B** *corr.* **D** || 10 quae non] quen **A** || 11 redtulit **B** | id *om.* **D** (*cf.* **E** non possum ob id damnari *e. q. s.*) hic *C. F. W. Müll.* || 12 facēre **A** | novissime **AV** || 13 adfectum **AB** || 16 notienus **A** *om.* **B** | hanc] haec **AB** || 17 duxi *Linde* tuli α ⟨ret⟩tuli *Schult.*, *quo recepto* uxorem ⟨duxi⟩ *Otto* | filia] t> ifilia **V** | militianus **AB** | nutus **B** || 18 cummunes **AB** | nepotes] non potes **A** || 19 novit **V** || 20 in *suppl. dett.* | acciperit **B** || 23 atthenis α || 24 his **AB** | accepit **D** -cipit α || 25 petivit **V** | rogavi *dett.* -avit α | at **AB** || 28 aperte **AB** || 31 an] ac **AB** || 32 brutedius (-taed- **B**) α | illis illas α *corr.* **A**[2]

E fecit hoc Callias, ut redimeret, Cimoni sit beneficium: ⌜beneficium enim est, inquit, quod totum eius causa praestatur, in quem confertur. ubi aliquis ex eo aut sperat quid aut praeparat, non est beneficium: consilium est.⌝ et diu executus est et argumentis et exemplis. deinde, an sua causa Callias fecerit. voluisti, inquit, opinionem sordium inlustri facto effugere; petisti ex hoc aeternam memoriam: non magis poterat ignotum esse, a quo Cimon solutus esset, quam pro quo alligatus. voluisti habere generum nobilem, pium. 5

Hispo Romanivs duram quaestionem fecit: an rettulerit gratiam hoc E ipso quod occidit: ⌜liberavi te, inquit, summo dedecore; invito tibi beneficium dedi.⌝ non est, quod mireris, nam ⌜et tu me non rogantem redemisti. hoc loco illos patres, qui filias vitiatas occiderunt, qui incluserunt.⌝ 10

12 ⌜Color et Gallioni et Latroni et Montano placuit, ut nihil in Callian diceretur contumeliose, et redemptorem et socerum et infelicem.⌝ Cestivs multa in avarum et feneratorem et mensularium et lenonem dixit, dum vult illud probare, reddidisse se beneficium, quod talem socerum habere sustinuisset. 15

Latro dixit: filiam tuam dimittam? quid adultero faciam? pro una rogas, duos eripis. hanc Hybreas aliter dixit sententiam: *σοὶ δέ, μοιχέ, τί ποιήσω; μὴ καὶ σοῦ Καλλίας πατήρ ἐστιν;* haec tota diversa sententia est a priore, etiamsi ex eadem est petita materia. 20

Illa non est similis sed eadem, quam dixit prior Adaevs, rhetor ex Asianis, non proiecti nominis, deinde Arellivs Fvscvs: *ἀχάριστός σοι δοκῶ,* 13 *Καλλία; οὐκ οἶδας, ποῦ μοι τὴν χάριν ἔδωκας;* hanc sic mutavit Arellius Fuscus: non dices me, Callia, ingratum: unde redemeris, cogita. memini deinde Fuscum, cum haec ⟨ei⟩ Adaei sententia obiceretur, non infitiari transtulisse se eam in Latinum; et aiebat non commendationis id se aut furti sed exercitationis causa facere: do, inquit, operam, ut cum opti- E mis sententiis certem, nec illas surripere conor sed vincere. ⌜⟨multa 25 30

1 caslias **AB** | Cimoni *Müll.* cimonia **AB** cimonem an **V** Cimoni non *Gertz* | beneficiam **B** | beneficium[2] *om.* **AB** || 2 tutum **AB** || 4 est[1] *om.* **V** || 5 sordum **A** | industri **B** | facta **AB** || 7 a] et **B** || 9 romanus **V** || 10 dedecore summo **V** || 11 tu me *Haase coll.* **E** tamen **AB** me tamen **V** || 12 hoc loco Virginios et illos **E**, *edd. plerique* || 14 gallicni **B** || 15 certius **B** || 16 in ⟨eum ut⟩ avarum *Gertz* ⟨ut⟩ in a. *Wb.* | feneratoram **B** || 17 reddisse **B** | se *om.* **B** || 19 uno **B** || 20 erisis **B** | alter **A** || 20–21 *δέ, μοιχέ, τί*] a XXeIXe πI α || 21 *μὴ*] ΛΛΝ **A** ΜΗ **B** aaH **V** | KaΛaIaC ΠΥΗR α || 22 materiam **AB** || 23 illam **AB** | addeus rethor α || 24 proiectis **AB** || 24.25 aOKω KaMIa α || 25 *οἶδας*] OIaCaC α | *μοι τὴν e. q. s.*] ΜΟΠΗΝ (ΜΠΗΝ **A**) KaPIN eΛωKaC α | mutavit *Burs.* put- α || 27 ei *supplevi praeeunte Novák* (⟨ei ut⟩) | Adaei sententia *Burs.* adde (ad **V**) is sententiam α || 28 se[1] *om.* **B** | agebat **A** | commendationis id se **D** -ione in se α *fort.* -ionis se || 29 cum] eum **V** || 30 surripere *dubit. Kiessl.* corrumpere α || 30–*p. 241,* 2 multa – provocaverunt *om.* α, *hab.* **E**, *h. l. posuit Castiglioni*

oratores, historici, poetae Romani a Graecis dicta non subripuerunt sed
provocaverunt.⟩⌉ tunc deinde rettulit [qua] ⌈Thucydidis sententiam: *δει-
ναὶ γὰρ αἱ εὐπραξίαι συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰ ἑκάστων ἁμαρτήματα,*
deinde Sallustianam: res secundae mire sunt vitiis optentui. cum sit
5 praecipua in Thucydide virtus brevitas, hac eum Sallustius vicit et in
suis illum castris cecidit; nam in sententia Graeca tam brevi habes, quae
salvo sensu detrahas: deme vel *συγκρύψαι* vel *συσκιάσαι,* deme *ἑκάστων*;
constabit sensus, etiamsi non aeque comptus, aeque tamen integer. at
ex Sallusti sententia nihil demi sine detrimento sensus potest. Titus 14
10 autem Livius tam iniquus Sallustio fuit, ut hanc ipsam sententiam et
tamquam translatam et tamquam corruptam dum transfertur obiceret
Sallustio. nec hoc amore Thucydidis facit, ut illum praeferat, sed laudat
quem non timet et facilius putat posse a se Sallustium vinci, si ante a
Thucydide vincitur.⌉

15 CESTIVS colorem pro Callia hunc habuit: ⌈obiecit ultro Cimoni, quod
passus esset uxorem suam adulteram fieri, quod non custodisset, quod
expectasset, dum superveniret pater, ut spectator calamitatis suae fieret.⌉
iam, inquit, etiamsi dimiseris, ingratus es: ⌈ego non expectaveram, dum
rogarer.⌉

20 HISPO ROMANIVS hunc colorem secutus est: dixit adulescentem tumi- 15
dum et nobilitatis suae cogitatione insolentem invisa habuisse beneficia
sua, ⌈moleste ferentem socerum suum dici Callian⌉; itaque omnem ope- E
ram dedisse, ut ⌈mores puellae in vitia non tantum labi pateretur sed
ipse impelleret⌉, ut haberet iustam dimittendi causam. ⌈nanctum occa-
25 sionem non intermisisse⌉, expectasse tamen, dum superveniret pater.
Hoc se cogitasse: 'expectat me: vult mecum pares rationes facere.'
fecisset, si non ostendisset patri adulteram filiam.

GARGONIVS in hac controversia foedo genere cacozeliae usus dixit:
istud publicum adulterium est, sub Miltiadis tropaeis concumbere.

2 *sq. pseud.-Demosth. in Ep. Phil. 13* || 4 *Sall. Hist. I 55, 24*

2 qua *delevi* quandam *dett.* aliquam *Burs.* | thycydedi (thyci- **V**) α || 2–3 ΛeINaΠaP al eYπPaξIN (el- **B**) CINKPYΨal α || 3 eKaTCωN α || 4 mere **B** || 5 praecipia *a. c.* **V** | tucydide **AV** ty- **B** | brevitate **V** || 7 salvo sensu **E** *dett.* salvu sensus **A** salvus ensuis **B** salvo sen **V** | CYNKPIΨal α | CYNCKIaCN α || 8 constavit **AB** | ad **AB** || 9 sententiam **V** | demi sine] dimisi ne **A** | detrimento **E** -ntis α | Titus α**E** T. *edd.* || 10 levius **AB** || 12 tucydidis α | facit ut] faciet **AB** | sed *om.* **V** || 13 quae *a. c.* **V** | tinet **V** | putas **AB** || 14 tucydide (-dedi **B**) α | vincatur **E** || 15 certius **B** | cinoni (gin- **V**) α || 17 exspectator **A** | fierit **A** || 18 expectaveram **E** spect- α || 20 romanus **V** || 21 cogitationem **AB** || 22 callia **V** || 23 vita **AB** | labi] levi **A** lavi **B** | sed] et **AB** || 24 impellet **AB** | nanctam **V** || 25 intermisse **AB** | expectasset **B** | tamen] tam **V** || 26 se⟨cum⟩ *Köhler* || 28 genera **B** || 29 trophaeis α

DORION, cum descripsisset gloriae sibi fuisse carcerem, numquam non se illam fortunam ostentasse, dixit: *ὅτε εἰσῆλθεν Καλλίας, τὰς πέδας ἀπεκάλυψα.* HYBREAS dixit: *συγγνώμην ἔχε μοι* ***

2 E ⌜MAIESTATIS LAESAE SIT ACTIO. Flamininus proconsul inter cenam a meretrice rogatus, quae aiebat se numquam vidisse hominem decollari, 5 unum ex damnatis occidit. accusatur maiestatis.⌝

1 MENTONIS. Iam etiam perituri dormiebant. Peragitur totus ordo supplici, ne quid se meretrix negaret vidisse. O miserum, si quis meretricem offendit, o miseram matrem familiae, si quoius formae meretrix invidet! nihil petenti praetor negaturus est. 10

MVSAE. Hic est Flamininus, qui exiturus in provinciam uxorem a porta dimisit.

E ARGENTARI. ⌜Obicio luxuriam, obicio histrionum iocos — an⌝ vos [revixerunt] ⌜in convivio nihil aliud nisi occiditis?⌝ Qui in carcere vixerunt, in convivio perierunt. 15

2 BLANDI. Feriatur in foro; omnes videant, meretrix audiat. Reliquiae praetoris unco trahebantur. Maiestatem laesam dixissem, si exeunti tibi lictor a conspectu meretricem non summovisset.

VIBI RVFI. Paratus erat accusator cum commentariis, ⟨ut⟩ aiebat, '⟨si⟩ quid [si] meretrix desiderarit'. In hoc tecum uxorem non misimus? 20 Vt salva provincia sit, optemus meretrici bonam mentem. Dedimus tibi legatum, dedimus quaestorem, ut tu cum meretrice cenares? meretrix uxoris loco accubuit, immo praetoris.

3 E P. ASPRENATIS. ⌜Vni fortasse osculo donavit homicidium. Etiam carnifices cenaturi manus abluunt.⌝ 25

E PORCI LATRONIS. Ne a sobrio quidem lictore percussus est. ⌜Non inquiro in totum annum; una nocte contentus sum.⌝ 'Bibe, lictor, ut fortius ferias': ecquid intellegitis, quemadmodum damnatus sit, qui sic occisus est? Qui scio, an, in cuius gratiam occisus est, in eiusdem etiam damnatus sit? Quantum tibi populus Romanus dederat, tantum tu me- 30 retrici dedisti. Si negaret, quos testes haberem? quis enim in illo convivio

1, **2** non se] se non se **A** ‖ **2** ostentasset **V** | eICHΛOeN KaMIaC (KaΛΛ- **A**) *α* | πeΛΛC **A** πeaC **V** ‖ **3** CYNTNωMeN (CYNΓ- **BV**) *α* | *ἔχε Müll.* eXO **A** eXG **BV** | MOY *α* ‖ **4** Flamininus] *vel* flam- *vel* flamminius *semper in α legitur, quod hoc tantum loco adnoto* ‖ **5** meratrice *a. c.* **V** ‖ **6** accusatur **V**² -ator *α* | laesae maiestatis **E** *sed cf. p. 245, 19. 27. 28; 246, 12 et alibi* ‖ **7** montanus **A** ‖ **8** nē **V** ‖ **9** coius **B** ‖ **10** praetor negaturus *τ* praeter nec- *α* ‖ **13** histrioniam **E** ‖ **14** revixerunt (*cf. l. 15*) *del. Kiessl.* ‖ **16** relique **AB** ‖ **19** Vibi **D** ulbi *α* | ut *suppl. Sven Lundström, ego* | aiebat *om.* **B** ‖ **20** ⟨si⟩ quid [si] *Novák* ‖ **21** optemus *τ* optimus *α* | dedimus **D** -imur *α* ‖ **22** conares **V** ‖ **23** accibuit **A** ‖ **27** una **E** ulla *α* ‖ **28** ecquid **D** ecqui **A** et qui **BV** ‖ **29** qui *Haase, C. F. W. Müll.* quid *α* ‖ **30** populus Romanus] PR **AB** per- **V** | dederat *Petreius* diderit **A** dederit **B** -diderat **V**

fuit, quoi esset credendum? ⌜Facilius est, ut, qui alia meretrici dederit, E
homicidium neget, quam ut, qui hoc quoque dederit, quicquam.⌝
⟨'Numquam⟩ vidi': ⟨ni⟩mirum numquam istud mulierum oculis ostendi
solet, aut ista iam saepe vidisset.

5 IVLI BASSI. Inter temulentas reliquias sumptuosissimae cenae et fasti- 4
diosos ob ebrietatem cibos modo excisum humanum caput fertur; inter
purgamenta et iactus cenantium et sparsam in convivio scobem humanus
sanguis everritur. Gratulor sorti tuae, provincia, quod desiderante tale
spectaculum meretrice plenum carcerem damnatis habuisti. ⌜Servum si E
10 verberari voluisses, extra convivium abduxisses.⌝

ROMANI HISPONIS. Quis ferret te, si in triclinio tuo iudicium coegisses?
scelus est in convivio damnare hominem; quid occidere? Ad arbitrium
meretricis de reis pronuntiasti – nisi forte facilius in honorem eius de-
collas quam iudicas.

15 FVLVI SPARSI. ⌜Contactam sanguine humano mensam loquor, strictas 5 E
in triclinio secures; quis credat ista aut concupisse meretricem aut fe-
cisse praetorem?⌝ cadaver, secures, sanguinem loquor: quis inter haec
de convivio cogitat? 'Hominem' inquit 'occidi numquam vidi'; alioqui
Flaminino praetore omnia alia vidisti?

20 SILONIS POMPEI. Virum nobilissimum et tantis honoribus functum
turpiter meretrix clementem fecisset: crudelem fecit. 'Numquam vidi';
adice, si vis, 'nec alio praetore videre potero'.

ALBVCI SILI. Si quis autem est, iudices, qui desideret, ut praetoris 6
referam crudelitatem, quot praeter hunc iugulaverit, quot innoxios
25 damnaverit, quot carcere incluserit, huic ego me satisfacturum esse polli-
ceor: uno convivio cum sua praetura reum evolvam. Instituuntur ab
isto in provincia epulae et magnifico apparatu exstruitur convivium;
distinguuntur argenteis poculis aurea. quid multa, iudices? convivii eius
apparatum sensit provincia. Extrahitur quidam e carcere in convivium
30 praetoris, cui stupenti misero meretrix arridet. interim ⌜virgae promun- E
tur, et victuma crudelitatis ante mensam ac deos trucidatur. me mise-
rum! imperi Romani terrore lusisti.⌝ O qui crudelitate omnis superasti ty- 7

1 quoi A[2] quot A quod B cui te V | esset] est V || 2 quicquam negarit E || 3 numquam (*cf. l. 21*) *et* ni- *suppl. Thomas* (nimirum *etiam Burs.*) | istum AB || 5 basi B | temulentes AB *corr.* A | caeneạe V || 6 ob *Kiessl.* sub α | civos AB || 7 scobem τ scrobem α || 9–10 meretrice – voluisses *om.* B || 11 si] qui V || 12 damnare *Burs.*, *Kiessl.* (*cf. sequ.* occidere) -ari α || 15 fulvius parsi AB | strictas τ scriptas α || 16 quid V | credatis ca B || 18 concitat AB | alioqui *Burs.* alio quid (*ex* quod B) AB alio quem V [alio] quid? *Wb.* || 20 pomphei B || 21 clementer AB || 24–25 quot *ter* τ quod *ter* α || 24 imoxios A || 27 apparatu *dett.* -tum α || 28 distinguitur AB || 28–29 iudices – quidam *om.* V || 29 e] ei B | carcerem *a. c.* V || 31 deo B || 32 crudelitatem V | superatis tyrannus AB

rannos! soli tibi inter epulas voluptati sunt morientium gemitus. hic ultimus apparatus cenae fuit.

⟨. . . . . .⟩ In eodem triclinio video praetorem amatorem, scorta, caedis; et meretrix praetori, praetor provinciae imperat. In convivio constituitur catenatus qui, cum languentis praetoris istius aspexit oculos, existi- 5 mans ipsum praetoris beneficio dimitti, gratias isti agens et utrisque manibus mensam tenens 'di tibi' inquit 'immortales parem gratiam referant.' quicumque in eodem accubabant triclinio alius ubertim demisso capite flebat, alius avertebat ab illa crudelitate oculos, alius ridebat, quo 8 gratior esset meretrici. hic iste inter varios convivarum vultus submoveri 10 iubet et miserum stare ad praebendas cervices immotum. interim distinguitur mora poculis. ne sobri quidem carnificis manu civis Romanus occisus est. Non veto, quominus securi percutiatur; illud rogo, legi potius E quam scorto cadat. memento terrorem imperio quaeri, non oblectamenta mulierculis. Quid ego nunc referam, iudices, ludorum genera, 15 saltationes et illud dedecoris certamen, praetorne se mollius moveret an meretrix?

9 E Capitonis. ⌜Exsurgite nunc, Bruti, Horatii, Decii et cetera imperi decora: vestri fasces, vestrae secures⌝ in quantum, pro bone Iuppiter, dedecus recciderunt! istis ⌜obscenae puellae iocantur⌝. Quid? si, per deos 20 immortales, nullo sollemni die populo inspectante in foro convivium habuisses, non minuisses maiestatem imperi nostri? atqui quid interest, 10 convivium in forum an forum in convivium attrahas? deinde descripsit, qua⟨nto a⟩liter in foro decolletur: ascendit praetor tribunal inspectante provincia. noxio post terga deligantur manus; stat intento ac tristi om- 25 nium vultu. fit a praecone silentium; adhibentur deinde legituma verba, canitur [ex altera parte] classicum. numquid vobis videor describere convivales iocos? Heu quam dissimiles exitus initiis habes! accusavit te

1 voluptati sunt *Kiessl.* -tis est α -ti est **D** || 2 caena **AB** || 3 *rhetoris nomen desideravit Brzoska* || 3.4 caedis et *Burs.* vidisset **A** cedisset **B** caedis sed **V** || 4 imperat in convivio] imperato **AB** || 5 con **AB** | languetis **BV** || 6 iste **V** | agens *Burs.* -ere α || 7 patrem **A** || 8 me odem **A** | accubabant *Schult.* -bat α || alius] aliualius **AB** | demisso **D** -ssa α || 9 flevat **AB** | evertebat **A** || 11 praevendas **AB** | immotum *ed. Rom.* iniotum **AV** inotum **B** in iocum **D** || 12 civis Romanus] CR α || 13 est *ed. Herv.* esset α | veto *Gron.* peto α || 15 genere **V** || 18 brutii **B** | orati (-tii **V**) α | dici **AB** || 19 vestrae *dett.* -ri α || 20 reciderunt (*ex* -terunt) **B** || 21 solemni **B** || 22 ad quidquid **AB** || 23 an forum *om.* **AB** || 24 quanto aliter *C. F. W. Müll.* qualiter α | tribunali (*ex* -lis **B**) spectante **AB** (*cf. l. 21* populo inspectante) || 25 noxia **V** | posterga **AB** | deligantur *Burs.* di- α inl- **V** lig- **A**[2]**D** | stat intento **D** statim tento α || 26 athibentur α | legituma *ex* -tima **A** || 27 ex altera parte *ut ex § 21* (*ubi illa* legituma verba *occurrunt*) *falso hic inserta delevi praeeunte Wb.* || 28 abes **A** abest **V** | accusavit te **V**[2] actus ab iste **A** accusabis te **B** accusavi te **V**

eques Romanus, iudicaverunt equites Romani, praetor damnatum pronuntiavit, occidit meretrix.

BUTEONIS. Vt iste cum amica cenaret iocundius, homo occisus est. 11 Numquid, iudi⟨ces⟩, [quod] pro rostris vidistis praetorem cum meretrice 5 cenantem?

VOTIENI MONTANI. Qui sic convivatur, quomodo irascitur? Damnaturi iurant nihil se gratiae, nihil precibus dare; postulo, ut in hanc legem iures. Maiestas populi Romani per omnis nationes, per omnis diffusa provincias in sinu meretricum iacet. ea imperat praetori nostro quae 10 prostitit, cuius osculo nemo se abstinuit, nisi qui pepercit suo. Convivas tuos ipse narra: fuere, credo, tribuni, fuere praefecti, fuere equites Romani. cum his ergo praetor ***

CASSI SEVERI. Ne de servo quidem aut captivo omni loco aut omni 12 genere aut per quos libebit aut cum libebit supplicium sumi fas est, ad-15 hibeturque ad ea magistratus ob custodiam, non ob laetitiam.

TRIARI. Quo crimine damnatus erat? caedis? non tamen in convivio occiderat. Animadverte diligenter, meretrix, ne iterum homicidium roges.

MONTANVS VOTIENVS has putabat quaestiones esse: an, quidquid in 13 magistratu peccavit proconsul, vindicari possit maiestatis lege (reus 20 [unum] enim, qui tueri se facto non potest, ad ius confugit et dicit hac se non lege teneri). non quidquid peccavit aliquis in magistratu maiestatem laedit: puta aliquem, dum magistratus est, patrem suum occidere, veneno uxorem suam necare; puto, non hac lege causam dicet sed illis, parricidii et veneficii. vis scire non a quo fiat ad rem pertinere sed quid 25 fiat? privatus potest accusari maiestatis laesae, si quid fecit, quo maiestatem populi Romani laederet. puta, amicam habet proconsul; ideo maiestatis damnabitur? quod amplius est dico: puta, matronam corrumpit, dum proconsul est; adulterii causam dicet, non maiestatis. singula, 14

1 eques Romanus *Burs.* aeque sr **A** aquae sr **B** qui sr **V** | iudicaverunt **D** -averint *α* | equites Romani *Otto praeeunte Burs.* (te e. R.) te quit r **AB** te qui t r **V** || 3 canaret **A** || 4 iudices **D**[2] iudi **A** vidi **BV** | quod *del. Novák* umquam **D** | vidistis **D**[2] -isti *α* || 6 vocieni **A** | convitiatur **V** | damnatur **A** || 7 hac **AB** || 8 omnis[1] *Burs.* -nes *α* || 9 sinum **V** | praetori] p̄r **AV** pr. **B** || 10 percit **AB** || 11 ipse *Schult.* -sa *α* | praefect **A** || 12 is **V** | cum his ego praetores ⟨cenare scio⟩ *Burs.* || 13 cassis **B** || 14 genere] tempore *Konitzer* (*cf. p. 247, 8; 248, 8*), *quod per se arridet, sed obstant in sequentibus verba* cum libebit | aut cum libebit *om.* **A** | summi **AB** || 15 saevitiam *Lipsius* || 16 caedis **D** credis *α* || 17 animadvertet *a. c.* **V** || 18 vocienus **B** | quidquid *Faber* (*cf. l. 21*) quidquis *α* quid⟨quid ali⟩quis *Müll.* || 19 magestratu **A** | procos *α* || 20 unum *del. ed. Rom.* (*habet etiam* **B**, *errat Müll.*) | quid veri **B** quit tueri **V** | confuit **B** | hac] ac **AB** || 20—21 hac se lege non *edd. vett.* non hac se lege *Gertz* || 23 necapere **A** | illis **D** *sec. Müll.* (*ego propter libri vitium legere non potui*) illi *α* aliis *Müll.* || 24 beneficii **AB** || 25 laesae si] laesen **A** || 26 populi Romani] populi r. p. *α* | proconsul] proquos **AB** procus **V** || 27 matronam *dett.* -nem *α* || 28 procos (*ex* -cus **V**) *α*

inquit, aestima quae obicis: si tantum amicam habuisset, numquid
accusares? si animadvertisset in aliquem nullo rogante, numquid accu-
sari posset? si non omne non recte factum hac lege vindicari potest, an
id, quod sub auctoritate publica geritur. nam cum adulterium committit,
⟨cum veneficium,⟩ tamquam civis peccat [cum veneficium]; cum ani- 5
E madvertit, auctoritate publica utitur. ⌜in eo autem, quod sub praetexto
publicae maiestatis agitur, quidquid peccatur maiestatis actione vindi-
candum est.⌝ dic enim mihi, si, cum animadvertere debeat, non legitimo
cultu ac more sollemni usus interdiu tribunal conscenderit convivali
veste, si, cum classicum canere debeat, symphoniam canere iusserit, non 10
laedet maiestatem? atqui quod fecit foedius est (et comparavit).

15 Deinde, si potest vindicari maiestatis lege id, quod proconsul maiestatis
publicae et iure et apparatu usus peccavit, an hoc possit: non potest,
inquit; nihil enim detractum est populi Romani magnitudini. is laedit
populi Romani maiestatem, qui aliquid publico nomine facit; tamquam 15
E ⌜legatus falsa mandata adfert: sic audiuntur, tamquam illa populus Ro-
manus dederit. imperator ⟨turpe⟩ foedus percussit: videtur populus
Romanus percussisse et continetur indigno foedere. nunc nec viribus
quicquam populi Romani detractum est nec opinioni;⌝ ⟨ipsi⟩ enim im-
putatur, si quid fecit, non populo Romano. ⌜'at ex te ceteros aestimant.'⌝ 20
non; nam ⌜et ante hunc alii fuerunt, ex quibus aestimari possit⌝, et post
16 hunc erunt. et ⌜singulorum vitia nemo urbibus adscribit.⌝ 'at tamen fac-
tum ipsum turpe est.' sed multa alia, nec ideo illis maiestas laeditur. nemo
paene sine vitio est: ille iracundus est, ille libidinosus. non tamen, si
quid in aliquo mutatum malis, eo statim maiestas laeditur. 25

Deinde ad facti ipsius aestimationem venit et dixit haec obici, quod
meretricem habuit, quod aliquem in domo occidit, quod nocte, quod in
convivio, quod rogante meretrice.

1 obecis *a. c.* **A** || **2** si *Burs.* qui **α** | in aliquem] mali quem **AV** | rogantem **AB** | accusari **L** -are **α** || **3** posset *C. F. W. Müll.* -ssit **α** | omne] omnes **A** om̄ **BV** | non^2 *om.* **A** | hac] ac **AB** | vindicari **τ** -are **α** || **4** auctoritate *dett.* -tem **α** | *fort.* nam cum adulterium, ⟨cum veneficium⟩ committit || **5** cum veneficium *transp. Kiessl.* | veneficium *dett.* bene- **α** | animadvertit **τ** -verterit **α** || **7** agitur – maiestatis **E** *om.* **α** | vindicatum *a. c.* **B** || **8** non (nec **V**) *del. Gertz* || **9** conuali **B** || **10** synphoniam **AB** | iusserit] debeat (*sed del.*) iusserit **V** || **11** adqui **α** || **12** procos **α** || **13** apparatu usus *Madv.* -atus est **α** || **14** populi Romani] $\overline{PR}$ **α** | magnitudini **D** -ine **α** || **15** populi Romani] $\overline{PR}$ **AV** PR **B** || **16** adfert **E** *dett.* aufer **α** | audiuntur **E** audit intur (-tus **B**) **α** | populus Romanus] $\overline{PR}$ **AV** PR **B** || **17** turpe *suppl. Gertz* (*cf. l. 18* indigno) ⟨indignum⟩ foedus *Otto* || **17.18** $\overline{PR}$ **AV** PR **B** || **18** iuribus **A** || **19** populi Romani **D** pro populi **α** | ipsi *supplevi* ⟨homini⟩ *Gertz* ⟨proconsuli⟩ *Burs.* ⟨ei⟩ *edd. vett.* || **20** facit *a. c.* **V** | PR **α** | at ex te] atecte **B** || **21** non, ⟨inquit⟩, nam *Kiessl.* | stimari **AV** | posset *C. F. W. Müll.* -ssent **E** || **23** sed ⟨et⟩ *Kiessl., fort. recte* || **24** ille^1 *dett.* illi **α** || **24.25** si quid **τ** sicut **α** || **25** mutatum est malis *a. c.* **V** || **26** ad facti *dett.* adfecti **α** | stimationem **AV** | convenit **A** *corr.* **A**^{2}

17 SILO POMPEIVS has adiecit quaestiones: an, si, quod facere ei licuit, fecit, non possit maiestatis lege accusari: potest, inquit; haec enim lex, quid oporteat, quaerit, aliae, quid liceat. licet ire in lupanar; si praecedentibus fascibus praetor deducetur in lupanar, maiestatem laedet, et⟨iamsi⟩ quod licet fecerit. licet qua quis velit veste uti; si praetor ius in veste servili vel muliebri dixerit, violabit maiestatem. deinde illam fecit quaestionem, an hoc facere ei licuerit: non licuit, inquit, illo loco aut illo tempore aut ex illa causa occidere. quaedam quae licent tempore et loco mutato non licent.

18 De colore [inquit] quaeritur, quo uti debeat is, qui pro Flaminino dicit. ⌜quaedam controversiae sunt, in quibus factum defendi potest, excusari non potest;⌝ ex quibus est et haec. non possumus efficere, ut propter hoc non sit reprehendendus; ⌜non speramus, ut illum iudex probet sed ut dimittat; itaque sic agere debemus tamquam pro facto non emendato, non scelerato tamen.⌝

Itaque negabat se pro Flaminino narraturum MONTANVS sed iis quae obiciuntur responsurum. aiebat autem illam sententiam RVFI VIBII 19 colorem actionis esse: [bonum setionis esse] bonum se animum habere pro reo, in quo ⌜libido omnis intra meretricem esset, crudelitas intra carcerem⌝. ipse Montanus illum locum pulcherrime tractavit, quam ⌜multa populus Romanus in suis imperatoribus tulerit:⌝ in Gurgite luxuriam, ⌜in Manlio impotentiam, cui non nocuit et filium et victorem occidere, in Sulla crudelitatem, in Lucullo luxuriam, in multis avaritiam.⌝ ⟨in hoc iam⟩, inquit, praetore, cum illi constiterit abstinentia, diligentia, ne excutiatis, quomodo una nocte cenaverit. utrum tandem, inquit, iniqui⟨us⟩ est? [quod] ⌜obiciunt, quod damnatus perierit meretrici; postulant proconsulem perire damnato.⌝

20 Colorem FVSCVS ARELLIVS hunc introduxit: ebrium fuisse nec scisse, quid fecerit.

SILO POMPEIVS hoc colore usus est: ⌜non putavit, inquit, ad rem pertinere, ubi aut quando periret, qui perire deberet.⌝

2 haec *ed. Ven.* hoc α || 3 quod **V** | lupinar **AB** || 4 lupinar **B** || 5 etiamsi *Müll.* et α et ⟨si⟩ *Otto* | uti si] utisti **V** || 6 violabit **D**^{2} (*sec. Müll.; ego propter libri vitium legere non potui*) -avit α -averit **D** (*sec. Müll.*) || 7 an *dett.* in α || 10 colare **B** | inquit *del. Müll.* || 11 controversiam *a. c.* **V** | potest **E** non p. α || 12 non potest **E** *et a. c.* **A** non *om.* **BV**, *del.* **A** || 13 sit reprehendendus sit α *corr.* **A**^{2} | iudex τ iubet α || 14 pro *om.* **A** | fato **V** || 16 iis **D** (*sec. Müll.; vide adnot. ad l. 6*) is α his *ed. Ven.* || 17 bivii α || 18 bonum setionis (sect- **V**) esse (ḍ esse **V**) *del.* **A**^{2} || 19 esse **B** || 21 populus R. α || 23 sylla α | luxuriam in multis **E** *om.* α || 24 in hoc iam *supplevi praeeunte Gertzio* (⟨in hoc⟩) | abstinentia, diligentia τ -iam -iam α || 25 cenaverit *dett.* con- α | tandem *Gertz* tamen α || 26 iniquius *Petreius* -iqui α | quod *del. Faber neque hab.* **E** || 27 postulant **E** -ante α | procons α || 29 faceret *Watt* || 30 putavi **E** | ad **E** *dett.* in α *edd.* || 31 ait **V**

TRIARIVS ineptum introduxit colorem: sermo erat, inquit, in [contemni
in] convivio ⟨contemni⟩ nimiam praetoris lenitatem; alios fuisse pro-
consules, qui cotidie animadverterent; huius anno nullum esse occisum.
dixit aliquis ex convivis: 'ego numquam [iratus] ⟨vidi hominem occidi⟩';
dixit et mulier: 'et ego numquam'. iratus, quod clementia sua contemptui 5
esset, 'curabo' inquit 'sciant non deesse mihi ⟨severitatem: adducatur⟩
E sceleratus, quem videre lucem ultra non oportet!' ⌜occisus est; quis?
damnatus. ubi? in praetorio. quo tempore? est enim ullum, quo nocens
perire non debeat?⌝

21 GALLVS VIBIVS dixit: 'meretrix oravit.' timebam mehercules, ne ex- 10
orasset, ut aut indemnatus ⟨occideretur aut damnatus⟩ viveret.

Ex altera parte multa bene dicta sunt, multa corrupte. in descriptione
supplici utique illi, qui voluerunt omnia legitima supplici verba in sen-
tentias trahere, in vitia inciderunt, tamquam dixit TRIARIVS: 'summove';
audis, lictor? summove a praetore meretricem. hoc non male adiecit: 15
'verbera'; sed vide, ne virgae tuae pocula nostra disturbent. †Silo Pom-
peius† dixit: 'despolia'; meretrix, agnoscis hoc verbum? certe provincia
agnoscit.

22 SILO POMPEIVS, homo qui iudicio censebatur, et ipse ad hanc descriptio-
nem accessit, minimum tamen mali fecit; ait: animadvertit meretrix; 20
'age lege'; quicquam enim lege hic agitur?

HISPANVS dixit: 'age lege'; tibi dicitur, Flamini⟨ne⟩: vive sine mere-
trice, cena sine carnifice.

ARGENTARIVS in quae solebat schemata minuta tractationem violen-
tissime fregit: 'age lege'; scis, inquit, quid dicat? interdiu age, in foro age. 25
stupet lictor; idem dicit quod meretrix tua, hoc numquam se vidisse.

E MONTANVS VOTIENVS dixit: ⌜percussurus lictor ad praetorem respexit,
praetor ad meretricem.⌝

23 VIBIVS GALLVS dixit: lictori, quia bene percusserat, propinatum est.

Illud quod tamquam Latronis circumfertur non esse Latronis pro 30
testimonio dico et Latronem a sententia inepte tumultuosa vindico. ipse

1, 2 contemni in *del. et l. 2* contemni *add. ed. Herv.* || **2** convio **A** | procos *α* || **4** conviviis **V** | iratus *del. et* vidi — occidi *suppl. Burs.* || **5** et ego numquam iratus *del.* **A**[2] | dementia **A** || **6** severitatem: adducitur *suppl. Madv., ego* adducatur *scripsi* || **7** quis **E** qui *α* || **8** ubi] sub **B** subi **V** | est **E** esse *α* | illum **B** || **9** debeat **ED** -eas *α* || **10** gallius **B** | vivius *α* | meretrix *om.* **B** || **11** occideretur aut damnatus *suppl. Burs., sed iam τ suppl.* ut aut ⟨occideretur⟩ indempnatus ⟨aut dampnatus⟩ viveret || **12** doscriptione **A** || **16—17** Silo Pompeius dixit *vulg. delent* || **17** ⟨animadverte,⟩ meretrix (*et l. 20* [animadvertit meretrix]) *dubit. Gertz* (*cf. p. 245, 17*) | verum **V**[2] || **19** hunc **A** || **20** male *a. c.* **V** | animadverti **AV** (*vide adnot. ad l. 17*) || **22** Flaminine *ed. Rom.* flamini (flamm- **A**) *α* || **24** scaematam (sce- **B**) in ut a tractatione *α corr. Burs.* | violentissime (*et* infregit) *C. F. W. Müll.* -issimam fregit *α* || **25** in] .i. **A** || **26** idem] id est **V** || **29** vivius callus *α* | lictore **A** || **30** Latronis[1] *bis* **AB** *corr.* **A**[2]

enim audivi Florum quendam, auditorem Latronis, dicentem (non apud Latronem; neque enim illi mos erat quemquam audire declamantem. declamabat ipse tantum et aiebat se non esse magistrum sed exemplum. nec ulli [nec] alii contigisse scio quam apud Graecos Niceti, apud Roma-
5 nos Latro⟨ni⟩, ut discipuli non audiri desiderarent sed contenti essent audire. initio contumeliae causa a deridentibus discipuli Latronis auditores vocabantur, deinde in usu verbum esse coepit et promiscue poni pro discipulo auditor. hoc erat non patientiam suam sed eloquentiam vendere.) ut ad FLORVM revertar, ille dixit in Flaminino: refulsit inter 24
10 privata pocula publicae securis acies. inter temulentas ebriorum reliquias humanum everritur caput. numquam Latro sic composuisset, ut, quia 'publicam' securem dicturus erat, diceret 'privata' pocula, nec in tam mollem compositionem sententia eius evanuisset; nec tam incredibilis umquam figuras concipiebat, ut in ipso triclinio inter lectos [et loco] et
15 mensas percussum describeret. ille, cum in hac controversia descripsisset atrocitatem supplicii, adiecit: quid exhorruistis, iudices? meretricios lusus loquor. et illam dixit minus notam sententiam sed non minus bonam: in socium nostrum praetor populi Romani animadvertit in privato, nocte, tumultuario tribunali, ebrius fortasse, ne calceatus quidem —
20 nisi si, ut omnia spectaret meretrix, diligenter exegit.

RVFVS VIBIVS erat qui antiquo genere diceret. belle cessit illi sententia 25 sordidioris notae: praetor ad occidendum hominem soleas poposcit. altera eiusdem generis sed non eiusdem successus sententia: cum deplorasset condicionem violatam maiestatis ⟨et⟩ consuetudinem maiorum
25 descripsisset, qua semper voluissent ad supplicium ⟨luce⟩ advocari, sententiam dixit: at nunc a praetore lege actum est ad lucernam. Pollio tamen Asinius aiebat hanc se sententiam recipere.

1 quendam **D** quodam **AB** quondam **V** | Latronis] -onem *a. c.* **B** || 2 erit **AB** | quemquam **D**[2] quemcum **AB** quemcumque **V** | dedamantem **A** || 3 agebat **A** || 4 ulli [nec] *ed. Rom.* vili nec *α* | alii **D** ali **AV** ali necali **B** | nec ulli hoc alii *Gertz* | contigisse **D** -ticisses *α* | niceci (*ex* nececi **V**) *α* || 5 Latroni *dett.* latro *α* || 6 latonis **A** || 7 usum **A** -us **V** || 10 temulantes *a. c.* **A** || 11 everritum **A** || 13 sententiam **AB** | tamen credibilis **AB** || 14 concipiebat *Kiessl.* -cupiebat **AB** -cupingebat **V** | ipse **B** | intellectos **AB** intre lectos **V** | et loco (iocos **V**) *del. Schenkl, Novák* et toros *Müll.* || 14–15 et iocos [et] mensae *dubit. Madv.* || 15 mense **AB** | cum *om.* **AB** | descrisisset **B** || 16 quod **B** || 17 ille **V** | dixi **AB** | non tam **AB** | sed] si **V** || 18 populi Romani] $\overline{\text{PR}}$ **AV** PR **B** | in privato *Gron.* enim privata *α* || 19 nec **V** | calciatus *α* || 20 *fort.* nisi sic (= *eo consilio*) | ut *ed. Herv.* et *α* | expectaret **V** || 21 rurfus vivius *α* | qui antiquo] quantiquo **B** | rediceret **AB** | sententiam **AB** || 22 praetor] $\overline{\text{pr}}$ **AV** p r **B** || 23 alteram **V** | sententia *Schult.* -iam *α* || 24 violata **A** -atae *Novák* | et *suppl.* *τ* || 25 luce *suppl. Müll.* ⟨interdiu⟩ *Novák coll. p. 248, 25* || 26 at] ad **AB** | praetore] $\overline{\text{pr}}$ **AV** p r **B** || 27 asimus agebat **B** | haec **V** | *post* sententiam *duo folia desunt in* **A**; *p. 254, 7 a voce* egit *rursus incipit*

26 E ⌜Livius de oratoribus, qui verba antiqua et sordida consectantur et
orationis obscuritatem severitatem putant,⌝ aiebat MILTIADEN rhetorem
eleganter dixisse: *ἐπὶ τὸ δεξιὸν μαίνονται.* ⌜tamen in his, etiamsi minus
est insaniae, minus spei est. illi qui tument, illi qui abundantia laborant,
plus habent furoris sed plus et corporis. semper autem ad sanitatem pro- 5
clivius est quod potest detractione curari; illi succurri non potest, qui
simul et insanit et deficit.⌝

27 Sed ne hoc genus furoris protegere videar, in Flaminino tumidissime
dixit MVRREDIVS: praetorem nostrum in illa ferali cena saginatum
E meretricis sinu excitavit ⟨ict⟩us securis. et illud ⌜tetracolon: serviebat 10
forum cubiculo, praetor meretrici, carcer convivio, dies nocti. novissima
pars sine sensu dicta est, ut [in] impleretur ⟨numerus⟩; quem enim sen-
sum habet 'serviebat dies nocti'? hanc ideo sententiam rettuli, quia et in
tricolis et in omnibus huius generis sententiis curamus, ut numerus con-
stet, non curamus, an sensus. omnia autem genera corruptarum quoque 15
sententiarum de industria pono, quia facilius et quid imitandum et quid
vitandum sit docemur exemplo.⌝

28 Ecce et illud genus cacozeliae est, quod amaritudinem verborum quasi
adgravaturam res petit, ut in hac controversia LICINIVS NEPOS dixit:
reus damnatus est legi, perit fornici. et illud, quod SAENIANVS dixit, habet 20
sui generis insaniam: cum diceret nocte non debere sumi supplicium, post
longam descriptionem †cum nunc† ne victumae quidem occiduntur.

29 Et ad hanc controversiam Graeci porrexerunt manum. dixit in hac
NICETES: *ὡς δ' ἤκουσαν, ὅτι συμπόσιόν ἐστιν, ἤριζον.* EVCTEMON dixit:
πάντες ἐνόμιζον, ὅτι †eCΛTO†. GLAVCIPPVS Cappadox, cum cenam luxu- 25
riosam descripsisset, indignam maiestate praetoris, adiecit: *διηγήσομαι*

1 libius **BV** Titus Libius **E**, *cf. p. 241, 9* | oratoris **E** || 2 et severitatem **V** *corr.* **V**[2] | aiebat **D** -bant **BV** | militiaden **BV** || 3 TON **BV** | *δεξιὸν Hertz, Madv.* aeξION **BV** || 4 spei **E** speciae **B** speciei **V** | illi[2] *om.* **E** || 5 sed **E** et **BV** || 6 detractione *dett.* -tractationem (-one **V**) **BV** || 7 insanit] sanis **B** || 7. 8 deficit sed] defecisset **B** || 9 p̄ r **B** p̄r **V** | in *del. Madv.* | ferari **BV** *corr.* **V** || 10 excitavit *Burs.* -abit **BV** | ictus securis *Novák* successuri **BV** securis *Burs.* succussus (*vel* -ssa) securis *Madv.* | tetraconlo **V** || 11 p̄ r **B** p̄r **V** | convio **B** || 12 in *om.* **D** | numerus *suppl. Burs.* (*pro quo* sensus **E**) || 12–13 quem – serviebat **E** *om.* **BV** || 13 rectuli **B** || 15 an] ut **E** || 16 et[1] **E** est **B** *om.* **V** | imittendum **B** || 17 vitandum **E** *dett.* ult- **BV** | ducemur **V** || 18 catozeliae **BV** || 19 adgravaturam *Burs.* -atur iam **BV** || 20 formici *a. c.* **V** | senianus **BV** || 21 nocti **V** || 22 descriptionem **D** di- **BV** | con⟨clusit⟩: nam *Müll.* | nunc] tunc *Gertz* noc ⟨te⟩ *C. F. W. Müll.* | *fort.* ⟨adiecit⟩: quin noc⟨te⟩ *etc.* | ne *ed. Rom.* de **BV** demum **D** | victumae quidem **D** (*sed* -timae *scr.*) victum equidem **BV** || 24 niceces **B** | δ'] a **BV** | eutemon **V** || 25 *ἐνόμιζον, ὅτι Burs.* eMONZON Oπ **BV** | eCΛTO] *ὤνατο Gron.* *σεσῷτο Burs.* *σέσωτο dubit. Müll.* *ἐλέλυτο Thomas, alii alia* | capradox **B** capadox **V** || 26 rescripsisset **B** | maiestate **D** -tem **BV** | p̄ r **B** p̄r **V** praetoria **D** | adiciet **B** || 26–*p. 251*, 1 ΛΙΗΓΗCΟΜΙ (ΛΙΝΤΟ- **V**) ΝΙΝ ΚaπΟΝ ΚωΛΛΟΝ **BV**

νῦν καὶ τὸν κῶμον. hoc idem elegantius dixit ADAEVS, cum descripsisset cenam nocturnam: *ὡς ἐρωτικὸς ὁ κῶμος.* NICETES dixit: *'οὐδέποτε τεθέαμαι ἀναιρούμενον.' ἂν ἡ πόλις εὐτυχῇ, οὐδὲ ὄψῃ.* ARTEMON eodem loco aliam dixit sententiam: *'οὐδέποτε τεθέαμαι ἀναιρούμενον.' γύναι,*
5 †ΟΥΤΩΛΛΝΟΥaΕΙCIC†. GLYCON dixit: *ὡς δὲ ἀπηγγέλη τοῖς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ· 'πότος ἐστὶ καὶ ἑταίρα καὶ ἄνεσις', ἀνέκραγέ τις τάλας· ἐμὲ ἄπαγε, ἐγὼ γὰρ ἀδίκως κατεκρίθην.*

⌜PER VIM METVMQVE GESTA NE SINT RATA. PACTA CONVENTA LEGIBVS FACTA RATA SINT. EXPOSITVM QVI AGNOVERIT SOLVTIS ALVMENTIS RECI-
10 PIAT. Quidam duos filios expositos sustulit, educavit. quaerenti patri naturali pollicitus est se indicaturum, ubi essent, si sibi alterum ex illis dedisset. pactum interpositum est. reddit illi duos filios, repetit unum.⌝ 3 E

AREᴌʟɪ FVSCI patris. Aecum est, ut ⌜cum alienis dividamus liberos, quos non dividimus cum matribus⌝? 'Si alterum non abstuleris, utrum-
15 que habebis.' quid faciam? ⌜utrumque genui, utrumque desideravi; pro utroque pactus sum. 1 E

ALBVCI SILI. Vna nati sunt, una expositi, una educati; redditi potissimum distrahuntur? Distraxit illos fortuna aliquando a parentibus, numquam ab ipsis.⌝ Miseremi⟨ni⟩, iudices, gravis indiciva est.
20 IVNI GALLIONIS. ⌜Duos exposui, quia alterum eligere non poteram;⌝ periclitor, ne, qui cum duobus liberis in iudicium veni, sine ullo revertar, nam quem perdam eligere non possum. Causa pacti mei fuit, ut haberem filios, consummatio, ut perderem. Pro filiis tibi debeo, non filios: pete quantum vis pro disciplinis, imputa quantum vis pro alumentis; licet
25 plus petas, dum ⟨ne⟩ minus reddas. Maiores nostri viderunt, quam effusa esset indulgentia pro suis timentium, quam parata quidquid posceretur 2 E

1 addeus **BV** ‖ 2 cedam **B** | ΚΩΜΟC **BV** ‖ 3 ΤeΘeΛΛΙaΙ **B** teΘealal **V** | *πόλις Burs.* πΟΛC **BV** ‖ 4–5 *γύναι, οὐ κώμον δέησις Burs.* *γύναι, οὕτω μὴ σὺ λίσῃ Gertz* ‖ 5 clicon **BV** | *δὲ*] Λe **BV** | aπΗΝΓΗΛΗ ΟΙC **BV** *corr. Burs.* ‖ 6 *πότος Burs.* PπΟΤΟC **BV** | eCCI **BV** | *ἑταίρα καὶ ἄνεσις Gertz* eTaIPaKaCIC *vel sim.* **BV** *ἑταίρας κλῆσις Kiessl.* *ἑταίρας δέησις Usener* | eNeKPaΓe **BV** *corr. manus rec. in* **T** ‖ 7 *ἄπαγε*] aΠaTe **B** aΠaΠaTe **V** | eTΩ PaP **BV** | *ἀδίκως κατεκρίθην Burs.* aΛΙΚΩΟ KaTaIΓPITeN **BV** ‖ *admoneo* **A** *usque ad p. 254, 7 deesse* ‖ 8 metumque **E** utique **BV** ‖ 9 rata **E** τ *om.* **BV** | agnoverint (*sed corr.*) salus tis salumentis recipit **B** ‖ 10 sustulisse ducavit **B** ‖ 11 si *om.* **B** | illos *a. c.* **B** ‖ 12 reddidit **V** | illi duos **E** illis vos **BV** ‖ 13 equum **V** | alienis **E** *dett.* alternis **BV** ‖ 14 quos non] quorum **B** | non[2] *del. Schenkl* nobis *Gertz* | abstuleris **L** -erit **B** -erim **V** ‖ 16 utroque] utrumque **B** ‖ 18 distrahuntur *etiam* **E** -trahentur *Gron.* -trahantur *Burs.* | a **E** *om.* **BV** ‖ 19 miseremini τ miserem **B** miseremi **V** | indiciva *Haupt* in die iuva **BV** ‖ 20 callionis **BV** | quia **E** qui **BV** ‖ 21 tum **B** ‖ 24 lumentis **B** ali- **V** ‖ 25 ne *suppl. ed. Rom.* | viderunt τ inciderunt **BV** ‖ 26 essent **B** | parat **B**

3 dare; itaque pro patre lex [non] cum educatore pacta est. Non potui
obligari de eis, qui in mea potestate non erant. Si ex aequo dividimus,
habeatur utriusque ratio: habeam ego tamdiu duos, quamdiu tu habuisti.
Nolite timere, pueri: non diducam vos; aut utrumque habebo aut neu-
E trum. ⌜in auctione fratres quamvis hostilis hasta non dividit. plus quid- 5
dam est geminos esse quam fratres: perdit uterque gratiam suam, nisi
cum altero est.

4 Fvlvi Sparsi. Ignoscere mihi adversarius debet meos retinenti, cum
ipse alienos concupiscat.⌝ Repetit quos adhuc habuit; retineo quos modo
agnovi. ⌜Agnitio dividet quos iunxit etiam expositio?⌝ 10

Corneli Hispani. Dic, uter obsequentior sit, uter indulgentior: 'uter-
E que' inquis; miraris, si tam pios dividere non possum? ⌜Omnia pro filio
paciscor praeter filium.⌝

5 Votieni Montani. Ego vero ne patrocinium quidem habeo: si tam
facile liberos remitto, libenter exposui. Reddere est istud liberos an eri- 15
E pere? utroque modo perdendi erant vel paciscenti vel neganti. ⌜Pactus
sum flens, tremens, tamquam cum exponerem.⌝

Cesti Pii. Ne dividerem filios, una exposui. iste quoque duos sustulit,
qui tantum uno contentus est. Iterum cogor exponere.

6 ⟨Contra.⟩ Ivni Gallionis [contra]. Expeditae partes vestrae sunt: 20
E ⌜utrumque potestis ex hoc iudicio patrem dimittere.

Mentonis. Iste adsuevit carere liberis; ego, etiamsi unum accipiam,
tamen necesse est torquear: duobus adsuevi.⌝ Quid⟨quid⟩ umquam
commisi — et habes domi, quos de me interroges — nihil umquam sine
E illis feci nisi indicium. ⌜Vim vocas quae te patrem fecit?⌝ Sine herede ero, 25
qui paulo ⟨ante⟩ habui filios duos tales, ut ex illis vel unus quoilubet satis
sit?

E Pompei Silonis. Videte, quam modeste agam: ⌜ego sustuli, ego edu-
cavi, ego reddidi: iste eligat.⌝

7 Vibi Rvfi. 'Salvi sunt' inquam 'liberi tui'; post hanc vim meam iste 30
me osculatus est.

Passieni. Cedo mihi tabulas testamenti: plures in testamento habeo

1 dere **B** | non *del. ed. Frob.* || 2 non erant] none nonerant **B** || 3 habeatur *ς* ate atur **B** atheatur **V** || 5 quidda **B** || 8 fulvius parsi **B** | neos **V** || 9 quos[1] *Burs.* quod **BV** | quos[2]] quod **V** || 10 expositio *dett.* inp- **BV** || 11 uterque ⟨aeque⟩ *Gertz* || 12 inquis *ed. Frob.* in his **BV** | pios *Madv.* bios **B** os **V** || 14 votie-nim **B** | habebo *Schult.* || 16 paciscenti *ς et cod. Vat. Schotti* -cent **BV** || 17 cum] non *a. c.* **V** || 18 certi **B** || 20 contra *transp. Müll.* || 22 Mentonis *dett.* -tionis **BV** | adsuevit **D** -bit **B** *et* (*ex* -bat) **V** | ego **E**, *cod. Vat. Schotti* *om.* **BV** | unum *dett.* uno **BV** || 23 quidquid *Wachsmuth* quid **BV** || 25 ero *Burs.* herere (haer-**V**) **BV** || 26 ante **D** *om.* **BV** | quoilubet *Burs.* quiiubet **BV** quilibet **D** || 32 Passieni *ed. Ven.* par senne **B** parsene **V** | cedo *ed. Herv.* cede **BV**

quam in pacto. hoc testamentum delere non cogito: si meos filios heredes facere non possum, tuos faciam. Preces meas ad filios transferam; hoc enim nomen licebit, puto, mihi usurpare, dum litigo.

ARELLI FVSCI patris. Fertis hoc, optimi iuvenes? ego vos expositos 5 sustuli, ego educavi, ego aegrotantibus adsedi: senem me fecistis et relinquitis?

ARGENTARI. ⌜In ista vi duos filios perdidi.⌝ E

Divisio. LATRO sic divisit: ⟨an⟩ in re vis aut necessitas sit: nulla, inquit, vis est: ⌜arma lex et vincula et ultimum periculum complectitur⌝, 8 E 10 quorum nihil fuit in tua persona. ille ait: ⌜vis est et necessitas⌝, ubi velim nolim succumbendum est mihi. tum autem necesse mihi ⟨erat⟩: ⌜non enim poteram habere alterum filium, nisi alterum promisissem.⌝ respondetur: primum non est vis, ubi aliquid expediendae rei causa patiendum est, sed ratio; tamquam non possum domum habere, nisi 15 hanc emero; nulla alia venalis est. hanc occasionem vidit venditor et premit. non tamen hanc emptionem rescindes; alioqui in infinitum calumnia excedet. dicet alius: 'necesse mihi erat'; tibi necesse? carere primum etiamnum poteras; deinde et alia via poteras invenire, sperare alium indicem. an aliter invenire non poteras? ergo hoc tibi plus praestiti.

20 An, si in re vis et necessitas est, ita tamen rescindantur quae per vim 9 et necessitatem gesta sunt, si vis et necessitas a paciscente adhibita est: nihil, inquit, mea, an tu cogaris, si non a me cogeris. meam culpam esse oportet, ut mea poena sit. non, inquit; neque enim lex adhibenti vim irascitur sed passo succurrit, et iniquum illi videtur id ratum esse, quod 25 aliquis non quia voluit pactus est, sed quia coactus est. nihil autem refert, [quam] per quem illi necesse fu⟨er⟩it; iniquum enim quod rescinditur facit fortuna eius, qui passus est, non persona facientis.

Deinde, an ab hoc vis admota sit: tu, inquit, mihi vim admovisti, qui non aliter indicabas, quam si pactus essem. non est, inquit, admovere 30 vim aliquid sub certa condicione promittere. si qua vis est, a te tibi adhibita est quod exponere *** et ad exonerandum se venisse, ut tantum patri redderet quantum educatori superfuisset.

1 testamento *a. c.* **BV** | meos] ineo **B** || 5 relinquistis **B** || 8 an *suppl. Faber* || 11 cum **V** | erat *suppl. Otto, cf.* **E** *et l. 17* || 14 ratio] pactio *Jahn* | tamquam *ed. Herv.* (tamquam quia) tamen quam **B** tamen quia **V** || 15 hanc[1] *Schott* haec **BV** || 16 alioqui *τ* aliqui **BV** || 17 dicat *Schult.* || 18 etiamnum *ed. Rom.* -non **BV** -nunc *edd., cf. adnot. ad p. 90, 12* || 20 et] an *a. c.* **V** | est *om.* **V** || 21 a] hac **B** | adhibitas est **V** || 22.23 oportet esse **V** || 23 ut mea poena] ut me ut mea **B** || 24 sed passo succurrit] si passos ut currit **V** | in quum **B** || 25 refer **B** || 26 quam *del. Petreius* ⟨in⟩quam *Burs.* | fuerit *C. F. W. Müll.* fuit **BV** | quot **B** | rescinditur *dett.* -cingitur **BV** || 28 tum quit **B** || 30 sub *Kiessl.* sum **B** cum **V** | *locus dubius, cf. p. 372, 23* || 31 *lac. ind. Burs.* | se venisse *τ* est venisset **BV** | quod exponere ⟨tuos sustinuisti. et ait istum sponte⟩ [et] ad exonerandum se venisse *e. q. s. Burs.*

10 Pro educatore GALLIO hunc colorem secutus est: se misericordia motum: cum viderem, inquit, orbum sine herede, dixi mihi ipse: 'quid avidus es? possumus duo patres esse.' et dixit illam amabilem sententiam: da itaque nunc poenas, misericors!

MONTANVS VOTIENVS sic coepit: si quis me videt, iudices, modo duorum 5 liberorum patrem, nunc solitudine periclitantem, certum habeo, dicit crudelem indicem. et summisse cum adversario egit; rogavit, ut altero contentus esset, et illam sumpsit contradictionem: 'nescio' inquit 'utrum', et dixit: mihi crede, qui illos optume novi: utrum vis elige. ideo sic pactus sum, quia nihil intererat. 10

11 HISPO ROMANIVS erat natura qui asperiorem dicendi viam sequeretur; itaque hoc colore egit, ut inveheretur tamquam in malum patrem et diceret crudeliter exponentem, perfide recipientem: in hoc, inquit, repetit, non quia habere vult sed quia eripere; irascitur mihi, quod duos educavi, quod indicavi. et cum descripsisset saevitiam exponentis, adie- 15 cit: etiamnum mihi videtur eiusdem animi, eiusdem duritiae, quia nihil putat se debere ei, qui liberos suos educavit. durus est pater, crudelis est; nolite credere ex illa feritate tam subitam mutationem. sinite me in filio uno non experiri.

Dixerat in hac controversia ⟨CESTIVS⟩ in illa quaestione, qua dicebat 20 se nequaquam vim adhibuisse: quid ergo? quis adhibuit vim? tu tibi. non est quod dicat aliquis: 'quis sibi ipse vim adhibet?' solet fieri: ecce ego ipse mihi nocui. et illud dixerat: placet mihi in inritum revocari quae gesta sunt; quid do, ne indicaverim?

12 ARGENTARIVS dixit ex altera parte miseriorem se nunc esse quam cum 25 ignoraret suos, et cum tormenta paterni animi descripsisset, ait: etiamnunc pacisci volo: quid do, ut liberos meos recipiam? quid do, ne agnoverim? indignabatur Cestius detorqueri ab illo totiens et mutari sententias suas: quid putatis, aiebat, Argentarium esse? Cesti simius est. solebat et

1 pro educatore] praeduc- **B** || 2 herede *dett.* -dem **BV** | dixi *Gron.* -it **BV** | qui **V** || 3 es *Burs.* est **BV** | duos **V** *corr.* **V**[2] | dixit **D** dicit **BV** || 5 sic **D** si **BV** | videt *Kiessl.* -dit **BV** || 6 solitudine *ed. Ven.* sollicitudine **BV** || 7 egit] *ab hac voce rursus incipit* **A** || 8 esset *dett.* est *α* | utrum ⟨eligam⟩ *Gertz* || 9 optum **A** || 11 Romanius *Burs.* -nus *α* | naturam **AB** || 13 exponentem *dett.* ea pon- *α* | recupientem **V** || 14 quia[2]] qui **AB** | duo **B** vos *Kiessl.* eos *Gertz* || 15 inducavi **A** | discripsisset **B** | saevitia **AB** || 16 anime **B** | duritia et **A** || 18 feritatem **AB** | subita **AB** || 18.19 filio uno] filiminu **AB** || 19 non *om.* **V** | experire *a. c.* **V** || 20 Cestius *post* dixerat *suppl. Burs.* (*cf. l. 28*), *transposui* | in illa quaestione] illam quaestionem **V** || 21 nequaquam] nequa **AB** *quod del. et* non *add. Novák* | vim[1] *om.* **V** || 22 dicas **D** | aliquis *Burs.* alios **A** alio **B** alium **V** | ipsi **V** || 24 gesta sunt; quid do, ne] gestas dono quod **V** | quid *Burs.* quod **AB** (*cf.* **V**) || 26 ignorares **AB** || 27 quid[1] *ex* quod **V** | agnoverit **BV** || 28 certius **B** | multari **AB** || 29 agebat **AB** | argentarius **V** | cestii simius *manus alia in* **A** *et coni. Faber* cestissimus **AB** certissimum ius **V**

Graece dicere: ὁ πίθηκός μου. fuerat enim Argentarius Cesti auditor et erat imitator. aiebat invicem: quid putatis esse Cestium nisi Cesti cinerem? et sic solebat iurare: 'per manes praeceptoris mei Cesti', cum Cestius viveret. omnibus autem insistebat Cesti vestigiis: aeque ex tempore dice- 13
5 bat, aeque contumeliose multa interponebat. illud tamen optima fide praestitit, cum uterque Graecus esset, ut numquam Graece declamaret ⟨et⟩ illos semper admiraret⟨ur⟩, qui non fuerunt contenti unius linguae eloquentia: cum Latine declamaverant, toga posita sumpto pallio quasi persona mutata rediebant et Graece declamabant. ex quibus fuit ⌜SA- E
10 BINVS CLODIVS, in quem uno die et Graece et Latine declamantem multa urbane dicta sunt: dixit HATERIVS quibusdam querentibus pusillas mer- 14 cedes eum accepisse, cum duas res doceret: numquam magnas mercedes accepisse eos, qui hermeneumata docerent. MAECENAS dixit: *Τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης, ποτέροισι μετείη.* CASSIVS SEVERVS venustissimam rem
15 ex omnibus, qui, ab auditione eius cum rediret, interrogatus, quomodo dixisset, respondit: male *καὶ κακῶς.*⌝

GLYCON dixit: *ἂν ἀμφοτέρους μοι μὴ ἀποδῷς, ἀπολέσεις αὐτῶν τὸ δίδυμον.*

GALLIO autem elegantissime dixit a parte patris, cum [ut] ultima per
20 testamenti figuram tractaret: quandoque ego mortuus ero, tunc mihi heres sit: vis interrogem, uter?

TRIARIVS dixit a parte educatoris: ergo ego tollere potui, educare potui, tacere non potui?

⌜QVI PATREM PVLSAVERIT, MANVS EI PRAECIDANTVR. Tyrannus patrem 4 E
25 in arcem cum duobus filiis accersit; imperavit adulescentibus, ut patrem caederent. alter ex his praecipitavit se, alter cecidit. postea in amicitiam tyranni receptus occiso tyranno praemium accepit. petuntur manus eius; pater defendit.⌝

13–14 *Hom. Il. V 85*

5 illud *ed. Herv.* illum *α* | fidem **AB** || **6** declararet **AB** || **7** et *suppl. Müll.* | admiraretur *dett.* -aret *α* | fuerunt *del. Madv., Gertz* | contenti *dett.* -tempto **AV** -tempti **B** || **9** persona *dett.* -nam *α* || **10** orece **AB** | dedamabant **A** || **11** dictae **B** | sum **A** | Haterius **E** aterrius *α* || **13** ermeneumatta *α* | docerent *dett.* -eret *α* | metenas **V** | ΤΥΔeIaeΛ *vel sim. α* || **14** *μετείη*] aaeTeIN *α* | casius **B** | venuntissimam **B** || **15** ab **E** *om. α* || **16** *καὶ κακῶς* **E** *om. α* || **17** clycon *α* | aΛΛΦOTePOYC *α* | aΠOaωC aNOaeCeIC (-ΛeCeIC) **V** *α* | aYTaN **A** | ΔIaYMON *α* || **19** [ut] ultima per *Burs.* ut ultimam par (parte **B** *et, ex* -tem, **V**) *α* || **20** ego *om.* **A** ergo **V** || **24** pulsaverit **VE** plus haberit **AB** | ei **VE** si **AB** || **25** arcem] carcerem **A** | arcersit (-iit **V**) *α* | aduliscentibus **B** adulestibus **V** || **26** cederent *α et sic saepe; item saepe* caecidi *et sim.* | alter[1]] aliter **B** | praecitavit **B** | amicitiam **E** -tia *α* || **27** receptus est **E**, *edd. recc.* | petentur **V**

1 E CESTI PII. ⌜Felicior essem, si plures reos defenderem.⌝

TRIARI. Haec vulnera, quae in ore videtis meo, postea feci quam dimissus sum.

IVNI GALLIONIS. Gratias ago filio, quod me non reliquit solum tyranno, quod manus illius †usum†. Ego iussi; itaque crimini meo adsum. 'Ami- 5 cus' inquit 'tyranni fuit'; age, hoc tantum filius meus in arce simulavit? Procumbo ad genua vestra, iudices, ille contumax, qui cum vapularem non rogavi.

2 MVSAE. Occisus est tyrannus; a quo putatis, nisi ab eo, qui patrem E pulsare non poterat? ⌜Praecidetis tyrannicidae manus? quid hoc est? 10 integer tyrannus iacet.⌝ praecisas tyrannicidae manus arci prae⟨fi⟩gite. Non vindicem filium, propter quem ne a tyranno quidem impune vapulavi? Postquam occupavit arcem, secuti sunt illum homicidae, secuti E venefici, secutus quisquis patrem pulsare poterat. ⌜Necesse fuit patrem caedere, tam hercules quam necesse fuit spoliare templa, virgines ra- 15 pere.⌝ Aiebam: 'fili, fortius feri; tyrannus spectat.' Si talis erat filius meus, qualem describitis, nescio, cui magis expedierit tyrannum vivere. E ⌜O quantum istis debemus manibus, per quas iam nihil necesse est!⌝ Occidit tyrannum: sic huius iratae manus feriunt. Cum occideret tyrannum, aiebat: 'frater te ferit, pater ferit.' Sic feriunt qui volunt. Te- 20 cum, fili inconsideratae pietatis, queror: validius patrem cecidisti quam iussit tyrannus. Iratus iacenti ipsas cadaveris manus in me ingessi.

3 E FVLVI SPARSI. ⌜Tales fuerunt, ex quibus posset alter tyrannum contemnere, alter occidere.⌝

IVLI BASSI. Compressas fili manus in os meum impegi; caedentem con- 25 solatus sum.

PORCI LATRONIS. 'Caede' inquit 'patrem': dum ego neglegens sum, E occupavit ⌜⟨praecipitare⟩ se ex arce filius. hoc non est patri parcere sed sibi. 'Dura, fili: ad tyrannum tibi per patrem eundum est.'⌝

2 hore **AB** || 2.3 dimissus sum] -ssum **AB** || 4 gallianis **A** | ego *a. c.* **B** | quod] quot **A** || 5 *post* usum, *non post* tyranno *l. 4, ut vulg., graviter distinxi* | usum] passus sum *Otto* | manu (manibus *C. F. W. Müll.*) illius caesus sum *Jahn, C. F. W. Müll.* | iussit **A** || 10 non *del. Burs.* | qui **B** || 11 integer tyrannus **E** inter tyrannos **α** | praecisas *Burs.* -cisa **α** | tyrannicidae **D** -cida **α** | praefigite *Burs.* praegitae **α** || 12 non] ne **V** | ne a] mea **AB** | vapulabis **AB** || 13 secuti[2]] sicuti **AB** || 14 venefici *dett.* bene- **α** || 15 caedere **E** -eret **α** | rapere **E** parere **α** || 16 agebam **AB** | filius **V** || 18 *fort. verba* O quantum — necesse est *l. 16 post* rapere *inserenda sunt* (*et sic in* **E**) || 19 sic huius *dett.* si cuius **α** | ira te **B** || 20 ferit[1] *Burs.* fecit **AB** interficit **V** || 21 validius *sc. cum te praecipitavisti* | occidisti **AB** || 22 iacent **B** | cadaveras **A** | manus *bis* **α** | ingessi **L** -gressi **AV** || 22–24 in me — contemnere *om.* **B** || 23 fulbi **AV** || 25 comprensas *Gron.* | credentem **AB** || 28 praecipitare *suppl. Burs. coll.* **E** praecipitavit (*pro* occupavit) **τ** || 29 eundum *ex* meumdum (*et sic* **AB**) **V** | *post* eundum est *sequuntur in* **α** *verba* tenent — praecidite (*p. 257, 2–3*), *transp. Burs.*

BLANDI. Vt vidi tyrannicidam ex arce descendentem, nihil prius quam manus osculatus sum: 'tenent ecce cruentum tyranni caput!' nunc illas praecidite. 4

POMPEI SILONIS. ⌜Vtrum ex filiis meis probatis? alter se occidit, alter tyrannum⌝. Nemo ius habet in istas manus; meae sunt. istae, etiam cum tyranno servirent, mihi paruerunt. Ita mihi superstite filio mori liceat, ut ego illum, qui mori maluit, parricidam vocavi. E

ARELLI FVSCI patris. Rogo vos per securitatem publicam, per modo restitutae libertatis laetitiam, per coniuges liberosque vestros. nemo tam suppliciter audit me rogantem, cum vapularem. Quam languidae caedentis manus erant! non putares illum posse tyrannicidium facere. istae mihi salutares porrexerunt cibos, istae potiones; numquam tamen indulgentiores sensi manus, quam cum me caederent.

VOTIENI MONTANI. 'Pereat' inquit 'potius'; cum sint, qui tam fortiter loquantur, vix inventus est, qui tyrannum occideret. 'Fili, fortius' inquam 'feri, ne nos colludere tyrannus intellegat'; ⌜suspensas leviter admovebat manus; filius simulabat ictus, pater gemitus.⌝ Si qua est fides, iratus filium extuli, quod me non ceciderat. ⌜Necessitas magnum humanae imbecillitatis patrocinium est: haec excusat Saguntinos, quamvis non ceciderint patres sed occiderint;⌝ haec excusat Romanos, quos ad servilem dilectum Cannensis ruina compulit; quae quidquid coegit defendit. Ille quoque mihi ⟨non⟩ pepercisset, ⌜si unicus fuisset. ille me fratri relinquebat, hic tyranno.⌝ 'Etiamnunc' inquit 'in facie tua vulnera apparent'; fili, nocet tibi, quod tam cito occidisti tyrannum. 5 E E

MENTONIS. Quaeritis, quis haec fecerit vulnera? ille, cuius in funere me cecidi. Ita mihi libero et vivere contingat et mori, ita oculos meos fili manus operiant, ut ego inter liberos meos fortior steti.

Ex altera parte. ARELLI FVSCI patris. ⌜Tamdiu cecidit patrem, donec placeret tyranno satelles.⌝ Quid? tu tyrannicidium facere non potes, nisi in parricidio exercueris manus? 'Pater' inquit 'adest': malo; non enim tantum patrem, etiam patronum cecidisti. 6 E

1 vidit **AB** | descendentem *dett.* descendum **A** -scendendum **BV** || 2 *vide adnot. ad p. 256, 29* | tenent — caput *patri tyrannicidam videnti tribui; aliter edd.* | nunc] nupc *ut vid.* **V** || 3 precipite **B** || 5 mae **A** maee **V** || 6 tyrannum **V** || 7 vocavit *α corr.* **V** || 8 per[1] *om.* **AB** || 9 restituet **AB** | laetitia **V** | coniuies **A** || 10 audite **AB** | languido **A** || 11 putarent **AB** | illam **B** -las **V** | posset **V** || 14 voti enim n̄ tā (= non tam) **A** | cum] qui **V** | sit **AB** || 17 genitus **A** || 19 infelicitatis **E** || 20 occiderint **E** -derunt *α* | Romanos quos] romanusque **A** -nus quae **B** *fort.* Romanos, quod (*cf. e. g. Liv. XLII 6, 6*) || 21 canensis *α* | quae] quie **V** || 22 non *suppl. Faber* | pepercisset *ed. Herv.* perpercit (pep- **V**) sed *α* | fuisset *dett.* -sses *α* || 23 relinquebant **AB** -liquerat **E** relinquebat: ⟨relinqueret⟩ *Wachsmuth* | faci **AB** || 24 apparerent **AB** || 25 ille *dett.* illa *α* || 26 cecidit *a. c.* **V** || 28 arellius **A** | donec *bis* **B** || 29 setelles **AB** | quit **B** | tu *bis α* | fecere **A** || 30 patricidio **V** || 31 patre **A** | cedisti **AB**

IVLI BASSI. Quoniam usque eo saeculum mutatum est, ⟨ut⟩ parricidae pater adsit, nos istius advocationi adsumus. Defendit quamvis nocentem. ecquid agnoscitis indulgentiam? illius est pater, qui maluit perire quam patrem caedere; infelix causam suam cum patre iungebat. Exclamat iste: 'nihil illi mandabis! ego tibi et pro illo satis faciam.' 'Vt validius caede- 5
E rem, ⌜pro re publica' inquit 'feci'⌝; vis tu pudorem habere nec ⌜imputare idem et rei publicae et tyranno⌝? 'Pater' inquit 'mihi adest'; at mehercules
E frater non adesset. ⌜habuisti quod tyranno iactares: frater maluit mori.⌝ Quisquis caedendus erat civis, [quisquis] isti tradebatur. 'Tyrannum' inquit 'occidi'; at patrem quantulo minus quam occidisti! 10

7 POMPEI SILONIS. Gaudeo in subselliis istius esse patrem; quomodo enim aliter efficere potuissem, ut vulnera eius videretis? Non multum refert mea, ubi sit: ab hac parte crimen obicitur, ab illa ostenditur. gravior esse testis solet, qui a reo surgit. Talis prorsus pater, quem nemo alius
E posset caedere, nisi ⟨qui⟩ amicus esse posset tyranni. ⌜Perit, ne parrici- 15 dium aut faceret aut videret.⌝ in illo praecipitio non minus, inquam, fratrem fugit quam tyrannum.

8 CORNELI HISPANI. Descendebat cruentus pater, vexato laceratoque ore vix agnoscendus. putares duos fuisse, qui cecidissent. Fecit quod debebat qui patrem ceciderat: amicum occidit. 20

E CESTI PII. 'Ego' ⌜inquit 'caesus sum: poenam remitto.' mirarer, nisi pro tam bono patre fuisset qui mori vellet.⌝ dignus est, quem invitum vindicetis; quid apud nos tantum crud⟨el⟩es patres vindicantur? 'Pater' inquit 'iussit'; ergo frater tuus impius fuit, qui patri non paruit? Si quando lente parebant satellites, aiebat tyrannus: 'non spectatis, quemadmo- 25 dum patrem ceciderit?' QVI PATREM CECIDERIT, MANVS EIVS PRAECI-

1 usque *om.* **V** | mutatum *Burs.* putatum α | ut *suppl. dett.* || 2 nos *Burs.* non α | istius = *patris* | advocatione *a. c.* **A** | adsum **AV** || 3 ecquid] haec quid **B** et quid **V** | adnoscitis **AB** | est pater] frater **V** || 4 *fort.* ⟨qui⟩ infelix | patre *Gertz* fratre α || 5 mandabis (*sc. tyranne*) *scripsi* -avi α | illos **AB** | caederem *Schult.* -eret α *quo recepto lac. ind. Burs.* || 6 re publica **E**τ rem p̄ r̄ α | habere est nec **AB** || 7 et[1] **E** *om.* α, *sed fort. illud* est (*post* habere) *in* **AB** *re vera* et *suprascriptum et male collocatum est* | reip' **AV** reipus **B** | et[2] **E** *om.* α | at] ad **AB** || 8 tyranno *dett.* -nos **AB** -nus **V** | iactaret **V** || 9 civis [quisquis] *scripsi* que (quae) vis quisquis α *del. ed. Rom.* saevius [quisquis] *Gertz* | isti *ed. Rom.* iste α || 10 ad **AB** || 12 videritis **A** || 13 hac] ac **BV** || 13–14 gravior esse testis] -iore (-iores **B**) secestis **AB** || 15 qui *suppl. Wachsmuth* | pesse *a. c.* **V** || 16 illo praecipitio *Madv.* illa -tia α | non minus] nomin **A** nominus **B** || 18. 19 laceratoque ore *Burs.* lacerato querae (*ex* quarae) **A** lacerato quaere **B** laceratoque corpore **V** || 19 *cf. p. 261, 3* || 21 poena **B** || 22 dignum **V** | quem *ex* quod **V** || 23 quid? *Otto* (*et fort. signum interrog. retinendum*) qui α ⟨ec⟩quid *Müll.* | haput **B** | crudeles *dett.* crudes α | *fort.* vindicentur || 24 iussit *dett.* -ssi α || 25 parebunt *a. c.* **V** | spectastis *Jahn* || 26 ceciderat[1] *a. c.* **V** | ceciderit[2] **D** occ- α | eius] ei *dubit. Müll. coll. p. 255, 24*

DANTVR; hanc legem moriens laudavit tyrannus. Novissime inter filium
et patrem tyrannus intercessit.
⟨Divisio. LATRO sic divisit:⟩ an non quisquis patrem ceciderit punia- 9
tur: ⌜in lege, inquit, nihil excipitur, sed multa, quamvis non excipiantur, E
5 intelleguntur, et scriptum legis angustum, interpretatio diffusa est.⌝
quaedam vero tam manifesta sunt, ut nullam cautionem desiderent:
[quam] ⌜quid interest lege excipere, ne fraudi sit ei, qui per insaniam
patrem pulsavit, cum illi non supplicio sed remedio opus sit?⌝ quid
opus est caveri lege, ⌜ne puniatur infans, si pulsaverit patrem?⌝ quid opus
10 est lege caveri, ne puniatur, si quis vi patrem sopitum et subita corporis
gravitate conlapsum excitavit, cum illa non iniuria sed medicina fuerit?
nondum de propria sed de communi causa loquor. si efficio [si], ⟨ut⟩
[quis] qui cecidit patrem possit absolvi, pro hoc animosius agam, ut
dignus sit supplicio, nisi praemio fuerit.
15 Si ⟨non⟩, quisquis patrem [non] pulsavit, puniri debet, ⟨an hic de- 10
beat⟩. hanc quaestionem in partes plures divisit: an tutus sit qui tyranno
iubente fecit: cogitate, ⟨quam⟩ multa [quam] tyrannus exegerit. pro
publica innocentia est non licere hoc quoque tyrannis, ut nos faciant
nocentes. ⌜hoc qui cogente tyranno fecit miserior fuit ipso vapulante. E
20 illa non dicitur ⟨impudica, quae arcessita est a tyranno; ille non dicitur⟩
sacrilegus, qui deorum immortalium dona manibus suis tulit ad tyran-
num⌝ aut qui funestas tyranni imagines inter effigies deorum immor-
talium consecravit. an tutus sit qui ⌜patre iubente fecit: non cecidit sed 11 E
paruit.⌝ et illud dixit in narratione: obstabat contumaci frater[no]
25 vultu; intellexi non posse cogi ⟨a⟩ tyranno. an tutus sit qui pro patria
fecit; an hic pro patria fecerit, id est, an illo iam tempore cogitationem
tyrannicidi habuerit et hoc animo ceciderit, ut aditum sibi faceret [sibi]
ad amicitiam tyranni.

2 intercessit] *sc. ne amplius caederet filius* || 3 Divisio – divisit *suppl. Müll. praeeunte Schult.* (Divisio. Latro in has quaestiones divisit) | occiderit **A** || 5 intellegantur *a. c.* **A** | et scriptum – interpretatio **E** *om.* α || 6 manifesta sunt] -festas **V** || 7 quam *delevi nec hab.* **E** nam *Burs.* ⟨tam⟩quam *Novák* | quid **E** quis **AB** vis **V** | interest] in te in **V** | lege **E** -gem α | ei *om.* **B** || 10 legem **AB** | caveri *ed. Ven.* -ere α | ne] non **B** | vi *Kiessl.* ut **AB** aut **V** | sopiti **A** | et] aut **V** || 11 gravitatem **AB** || 12 si *del. et* ut *add. Burs. et Madv.* (ut quis⟨quam⟩ qui) || 12–13 *fort.* si efficio ut, si quis [qui] || 13 quis *del. Wb.* | caeciderit **A** | absolvit **A** || 13–15 possit – patrem *om.* **V** || 15 non *transp. Burs.* | quisquis] quis A^2 | an hic debeat *suppl. Konitzer* || 17 iubente *dett.* lib- α | quam *transp. ed. Herv.* || 18 tyrannus **V** | nos *ed. Frob.* non α || 19 hoc qui cogente **E** *om.* α | misereor **B** || 20 ille **V** | impudica – dicitur *coll.* **E** *suppl. Burs., Opitz, Wb.* || 21 mortalium **AB** | ad] at **AB** || 22 effugies **A** || 23 iubenter fuit **AB** || 24 illu **B** | narratione: obstabat *scripsi* -ionibus stabat α -ione: stabat *Kiessl.* | contumax *Gron.* | frater *ed. Herv.* -rno α || 25 a *suppl.* τ || 26 fecit *Burs.* fit **AB** facit **V** || 27 sibi[1] *om.* **V** sic *Gertz* | faceret *dett.* -ere α | sibi[2] *del.* A^2

MONTANVS et illam quaestionem ultimam fecit: an, etiamsi quid peccatum est, tanto merito redemptum sit.

12 E GALLIO illam quaestionem primam fecit: an ⌜ultio caesi patris nullius sit nisi patris⌝: invitum, inquit, me ⟨ne⟩mo vindicabit. ⌜si a quolibet alieno caesus essem et nollem agere iniuriarum, nemo nomine meo ageret. 5 atqui nihil interest: poena maior est eius, qui cecidit, ius idem eius, qui caesus est.⌝ contra ait omnibus actionem dari; non enim privatam iniuriam esse sed publicam; itaque nec taxatione defungi damnatum aut iniuriarum poena sed manus perdere. ad omnes patres pertinere hoc exemplum, ad omnes filios, ad ipsam rem publicam. tales esse qui fiant 10 13 tyranni, certe qui tyrannorum amici. et ultimas fecit has quaestiones: an, si pio animo fecit, non teneatur; an pio animo fecerit. et illi quaestioni Latronis, an tutus sit qui patre volente fecit, ***: nunc, inquit, fingis in fili patrocinium sed tunc noluisti. et adiecit: ne dixerit idem voluisse patrem quod tyrannum. quaeritis, utri paruerit? tyrannus illum amavit, 15 E tamquam sibi paruisset. ⌜'pater' inquit 'voluit': sed frater noluit. 'pater' inquit 'voluit': ita tu non tyranno tantum sed etiam patri dignus parricidio visus es?⌝ ⟨et⟩ cum descripsisset impium in fratrem, impium in patrem, adiecit: tyrannum quoque tunc, cum amare deberes, occidisti.

14 MONTANVS partem accusatoris declamavit et hoc colore usus est: 20 indulgentissimum fuisse in liberos patrem; nimiam eius pietatem tyranno notam fuisse; itaque illum, qui quaereret pudicis dolorem ex impudicitia, contumacibus ex servitute, piissimo patri tormentum quaesisse ex filiorum impietate. et dixit illum animose loquentem, qui iussus est prior patrem caedere: 'quid, si non cecidero' inquit 'quid factu- 25 rus es? torquebis? occides? peius est quod imperas quam quod minaris.' certamen erat in uno homine, utrum plus posset natura an tyrannus. 'caede' inquit: 'non caedo'. 'verbera': 'non ferio'. haec fratre audiente.

3 nullus **AB** || 4 inviti **V** | nemo (*ed. Herv.*) vindicabit (*τ*) *Schott* (*cf. l. 5*) non vindicavit *α* non vindicabis *Burs.* non vindicabitis *Kiessl.* | a **E** *τ* *om. α* || 5 caesus sum essem **A** | nullem **V** | iniuriarum nemo] iniuriamēmo **A** || 6 eius[1] *ex* eum **B** | cecidit – qui[2] **E** *om. α* || 8 ne **B** | taxationem **A** || 9 perdere *τ*, *Gron.* pedere **AB** pend- **V** || 10 esset **AB** || 12 pio][1] bono *Wachsmuth* | pio[2] *Schult.* bono *α* || 13 sit *Kiessl.* *om.* **A** est **BV** | patrem **V** | fecit *Müll.* (*cf. p. 259, 23*) -erit (*ex l. 12*) *α* | *lac. ind. Madv. et* occurrit *suppl.; fort.* ⟨obiecit⟩ | fingis *ed. Herv.* -git *α* || 14 pacinium **B** | noluisti **D** vol- *α* *post hoc verbum repetit* sed tunc voluisti **B** | dixeris *ed. Herv.* || 15 paruerit **D** -uerat (*ex* -uerunt **V**) **AV** paverat **B** || 16 sili **A** || 16–17 sed frater – voluit **E** *om. α* || 17–18 [dignus] parricidio dignus es (*cf. adnot. ad l. 18*) *dubit. Kiessl., et idem Schult. voluit, ut vid.* || 18 visus es **E** *τ* dignus est *α* | et *supplevi, cf. e. g. p. 261, 2 et saepe alibi* | in[2] *om.* **AB** || 19 patre **V** | quaque **AB** || 21 partrem *a. c.* **V** || 22 natam **A** | dolorem *τ* col- *α* || 24 dixit] ⟨in⟩duxit *vulg.* | animus eloquentem **A** || 25 iussus] ius **V** | priori **AB** | quid[1] *om.* **A** || 26 es] ex- **AB** | peius *Watt* plus *α* || 27 tyrannis **AB** *an recte?* || 28 caede *dett.* crede *α*

et illud dixit: cum promitteret amicitiam tyrannus, magis praemium extimuit tyrannici imperi quam imperium. et cum descripsisset cicatrices pulsati patris et deformem adhuc faciem, dixit: ab utroque caesum putes.
Montanus tamen aiebat nihil posse melius dici ⟨quam quod Marcellus 15
5 Marcius dixit:⟩ ex hac parte tyrannus iubet, ex altera lex vetat. 'morieris, ⟨ni⟩si cecideris'; morere, ne caedas.
CESTIVS dixit: tyrannus imperat, ut patrem caedas: non est novum. noluisti facere: laudaturum me putas? ego vero non laudo; alterius ista gloria est. tu fratrem ⟨saltem⟩ imitatus es?
10 ARGENTARIVS dixit: tu ⌜patrem cecidisti, cum et legem nosses et E fratrem⌝.
MONTANVS dixit: parricida, [voluisti] violasti patris corpus, fratris beneficium.
Ab altera parte hoc colore omnes declamaverunt, tamquam patre 16
15 iubente fecisset. TRIARIVS dixit: in fili mei manus incucurri.
BASSVS IVLIVS dixit: ego me fili mei manibus cecidi.
HATERIVS dixit: ago gratias tyranno, quod alterum filium meum custodiri iussit, ne mori posset.
CESTIVS ait in narratione: tyrannus iubet caedere, exposita tormenta
20 sunt; quid faciet? moriatur, inquis; hoc dicis: ne caedat patrem, occidat.
FVSCVS ARELLIVS dixit: complecti volo istas manus optume de me etiam ante tyrannicidium meritas.
GALLIO dixit: viderit, quantum tibi se putet debere, res publica; ego plus me quam illam debere tibi iudico: diffic⟨il⟩ius est quod me iubente
25 fecisti.
MONTANVS VOTIENVS dixit in narratione: si perseveras, fili, fratrem sequar. videris, utrum caedere patrem malis an occidere.
Hanc controversiam et ab ASILIO [et a] SABINO bene declamari me- 17 mini: describe, inquit, describe tyrannum occisum et te cum ingenti
30 gloria ex arce deductum. o te parricidam, nisi post tyrannicidium quoque intellegis, quanto frater tuus honestius perierit quam tu occideris. illud non probavi, quod multa in re severa temptavit salse dicere. erat autem

2 extinuit A || 3 deformem] forma est V | *cf. p. 258, 19* || 4 tamen *om.* B || 4–5 quam – dixit *suppl. Gertz coll. p. 268, 5* || 6 nisi *Schenkl* si α ni *Faber* | ne] non A || 8 noluistis A | laudo] -da AB || 9 saltem *supplevi* | esses *Madv.* || 10 nosse sed B || 12 voluisti *del. Burs.* volens *dubit. Watt* || 14 ab] *an* ex, *sicut totiens legimus?* || 15 incurri V || 17 haterrius B || 18 custori AB || 19 narrationis *a. c.* V || 20 faciat V | caedat *dett.* -das α || 23 tibi τ sibi α || 24 tibi τ sibi α | difficilius *dett.* difficius α | iubente *dett.* -ntem α || 28 Asilio *Kiessl.* (*cf. Suas. 2, 12*) tullio AB tullic V iulio D | et a *del. edd. vett.* | dedamari (*ex* -are A) AB || 29 describere *utroque l.* V | occisus *a. c.* V || 30 ex] et V || 31 honestius] benefitius V | quantu occiderit AB

urbanissimus homo, ut vobis saepe narravi, ut quidquid in eloquentia
18 illi deerat urbanitate pensaret. memini illum, cum Syriacus Vallius, homo disertus, accusaret et videretur laturus calumniam, tristem circa coronam iudici obversari et totiens occurrere eunti Syriaco et quaerere, quid haberet spei; deinde post iudicium, cum Syriacus gratias illi ageret, quod 5 tantam curam sui egisset, 'at mehercules' inquit 'timebam, ne uno rhetore plus haberemus'. et testis productus cum interrogatus esset, an accepisset a parte ⟨adversa ***⟩ sestertia, dixit accepisse; an haberet: ⟨scire se⟩ negavit. deinde interrogatus, an calumniam haberet, 'ipse' inquit 'neglegentiam meam nosti; an habeam, nescio, accepisse me scio.' et in 10 Domitium, nobilissimum virum, in consulatu cum thermas prospicientis viam Sacram aedificasset, coepisset deinde rhetores circumire et declamare, 'ego' inquit 'sciebam hoc te facturum et matri tuae querenti de tua desidia dixeram: *πρῶτον κολυμβᾶν, δεύτερον δὲ γράμματα*'.

19 E Duas eius urbanas res praeterire non possum. ⌈secutus erat in provin- 15 ciam Cretam Occium Flammam proconsulem. Graeci coeperunt in theatro postulare, ut Sabinus maximum magistratum gereret. mos autem est barbam et capillum magistratui Cretensium summitte⟨re⟩. surrexit Sabinus et silentium manu fecit, deinde ait: hunc magistratum ego Romae bis gessi. bis enim reus causam dixerat. Graeci non intellexerunt sed 20 bene precati Caesari petebant, ut illum honorem Sabinus et tertio ge-
20 reret.⌉ postea deinde offendit illos tota comitum cohors; oppressi sunt in templo ab omni multitudine, quae postulabat, ut Romam Sabinus cum Turdo proficisceretur (erat inter infames maxime et invisos homines Turdus). cum Turdus promitteret iturum se, ut inde posset exire, Sabi- 25 nus silentio facto ait: ego ad Caesarem non sum iturus cum mattea. postea hoc Sabino, cum causam diceret, obiectum est.

Multa illum diserte dixisse memini, cum introductus es⟨se⟩t ex carcere in senatum postulaturus, ut diaria acciperet. tunc dixit de fame questus:

1 urbanissimum **AB** | ut[2] **D** et α || 2 meminus **V** | illum cum *Wachsmuth* illum **AB** cum illum **V** cum *Madv.* | syricus **B** | valius α || 3 videret **AV** | laturus *C. F. W. Müll., Madv.* latinus α | calumnia testem **V** || 4 observari **A** || 5 gratias *bis* **V** || 6 tantum **AB** | sui *ex* sub **V** suo **AB** | ad **AB** || 7 cum] et cum **AB** || 8 parte *scripsi et* adversa *supplevi* patre α | *lac. ind. Madv.* | sestertia *bis* **AB** | dixit] dixit quod **V** | accepisset α *corr.* **V** || 8, 9 scire se *suppl. Sh. Bailey, cf. l. 10* an habeam, nescio || 10 nescio] nescio an *a. c.* **B** | sci **A** || 14 tu **B** | ΚΟΛΥΜΒΑΝ **B** | ΛΕΥΤΕΡΟΝ ΛΕ ΤΡΑΜΜΑΤΑ (ΤΡΑΜΜΑ **B**) α || 15 provintia **B** || 16 Oppium *videtur legisse excerptor, cf.* **E** | thatro **A** || 18 est *om.* **A** | et **E** *om.* α | capillumque **D** *quod praetulit Novák coll. p. 11, 5; 15, 15 sq., fort. recte* | summittere *dett.* -mitte α, *sed post* resurrexit **V** || 19 et] ut *a. c.* **V** || 19–20 roma eius gessi **AB** || 20 enim **E** *om.* α | reus **E** *om.* α || 21 praedicati **B** | petebant **E** *dett.* pebant α | illum **E** *om.* α || 23 ut Romam] utrumā **A** utrumam **B** || 25 iterum *a. c.* **V** || 28 esset *ed. Ven.* est α || 29 diariam **V**

nihil onerosum a vobis peto, sed ut me aut mori velitis aut vivere. et illud dixit: nolite, inquam, superbe audire hominem calamitosum:

saepe qui misereri potuit misericordiam rogat.

et cum dixisset Seianianos locupletes in carcere esse, 'homo' inquit 21
5 'adhuc indemnatus, ut possim vivere, parricidas panem rogo.' cum movisset homines et flebili oratione et diserta, redit tamen ad sales: ⌜rogavit, ut in lautumias transferretur; non est, inquit, quod quemquam vestrum decipiat nomen ipsum lautumiae; illa ⟨enim⟩ minime lauta res est.⌝ E

10 Hoc rettuli, ut et ipsum hominem ex aliqua parte nossetis et illud sciretis, quam difficile es⟨se⟩t naturam suam effugere. quomodo posset ab illo obtineri, ne in declamationibus iocaretur, qui ⌜iocabatur in miseriis ac periculis suis, in quibus iocari eum non debuisse quis nescit, potuisse quis credit?⌝ E

15 MVRREDIVS non degeneravit in hac controversia, nam colorem stultissimum induxit: voluit, inquit, et hic sequi fratris exemplum; dum retineo, dum luctor, visus est patrem cecidisse. 22

Vnum ex his, quos audivi declamantis, scio MENTONEM usum non patrono patre sed advocato. ipsum tyrannicidam induxit dicentem et 20 ⟨hoc⟩ colore usus est: non iussum se a patre (quia aiebat incredibile omnibus videri patrem coram tyranno caedi se iussisse) sed inisse se tyrannicidi consilium, ut per hoc ad amicitiam perveniret, per amicitiam ad tyrannicidium. haec eius sententia laudata est, cum describeret se patri manus adferentem: nihil in toto tyrannicidio difficilius feci. et 25 illud dixit: iam tum factum esset tyrannicidium, si me frater non dereliquisset. et illud dixit: vos ego tunc respexi, templa, leges, rem publicam;

3 *Fragm. com. inc. 76* (*Ribbeck*[2])

1 uuere **B** | et *Burs.* aut *α* || 2 calimitosum **B** || 3 miseri **B** || 4 Seianianos *Lipsius* sean- *α* || 5 inde natus **AB** | movisset *dett.* venisset *α* || 6 orationes *α* *corr.* **V** | redi **A** | sale **AB** || 7 in **E** *om.* *α* | transferretur **D** -feretur *α* | non est] ne **V** || 8 lautumiae **E** *τ* laudatumiae *α* | illa (*sic* **E**) ⟨enim⟩ *Burs.* ille (-lae **B**) *α* || 9 est *om.* **B** || 10 homine **AB** || 11 esset *Burs.* est *α* | quomo **V** || 12 iocabatur **E** vocatur **A** iocatur **BV** | miserit **A** -seris **B** || 16 voluit *dett.* noluit *α* | fatris **A** || 17 lucto risus **AB** || 18 unum *om.* **B** | dedammantis **A** declamantes **V** || 20 hoc *suppl. Thomas* | colorem **B** || 21 credi se **A** credisse **B** | sed *bis* **B** | inisse se *Faber* in his sese (esse **V**) *α* || 22 tyrannicidae **V** parricidi *Thomas. si quid mutandum, fort.* sed ⟨id⟩ inisse se, *ut illud* ut *habeat quo referatur* (*sed cf. e. g. p. 58, 10*) | perveniret **D** -rent *α* || 23 sententiam **A** || 24 adferentem *dett.* -nte *α* | feci. et *Gron.* faciet **AB** fecit **V** || 25 iam tum *ed. Herv.* quantum *α* *fort.* quin tum *vel* quid? tum | reliquisset **AV**, *def. Novák* || 26 respexi *dett.* -it **AB** resurrexi **V** | vos ego tunc respexit *bis* **B**

nam si me tantum spectassem, facile tyrannidem effugissem illa, qua frater effugerat.

5 E ⌜De vi sit actio. Quidam duos filios sub noverca amisit; dubia cruditatis et veneni signa insecuta sunt. tertium filium eius maternus avus rapuit, qui ad visendos aegros non fuerat admissus. quaerenti per praeconem dixit apud se esse. accusatur de vi.⌝

1 Ivni Gallionis. Violentus et impotens senex hominem liberum sinu meo rapui. Quod servare tibi difficile est avo dona. Quotiens, miserrume E puer, audies ⟨a⟩ noverca: 'quid est, fugitive, reductus es'? ⌜Habui filiam, quamvis iste unum filium habeat, fecundam.⌝ quam indulgenter puerperia divisit! natus est filius; [tertius] dixit: 'filius hic meus est'. natus est alter; dixit: 'hic patris est'. natus est tertius; dixit: 'hic avi est'. Cum quaereret iste filium, erant qui suaderent et dicerent: 'tace, meruit excludi'.

Cesti Pii. Quam causam rapiendi habui impotens senex? numquid fratres eius occideram? Ignoscite mihi, si tantum filiae meae mandata narro: hanc solam ex meis morientem vidi. Habui filiam; de omnibus meis habeo dicendum 'habui'. Vagabatur lugubri sordidaque praetexta: omnes illi⟨us⟩ miserebantur; quosdam etiam dicentis audivi: 'quid? iste puer matrem non habet? patrem non habet? avum non habet?'

2 E Arelli Fvsci patris. Tres filios filiae meae debes, unum mihi. ⌜Sine apud me nutriatur. quid times? ne non admittare, cum veneris?⌝ Exposuisse hactenus iuvat; iam nunc fortuna aut noverca narranda est. Vt vidit me, haesit complexibus meis puer. osculabar miser, interrogabam de fratribus. dum interrogo, dum fleo, perveneram domum. Rogo, ne hoc causam meam peiorem fecerit, quod ille, quem rapui, unicus erat.

3 Votie⟨ni⟩ Montani. ⟨Si⟩ mittis praeconem, adice illi omnia insignia: 'hic puer matrem perdidit, fratres amisit, novercam habet'; adfirmo tibi:

1 spectassem *ed. Frob.* exp- α | facile] faci *ex* faciem **A** facilem **B** | tyrannidem *Burs.* tyrannicidem (-dam **V**) α | illam **BV** | quam **V** || 3 Devisitacio *corr. in* Divisio **V** | crudelitatis **E** || 4 venena **B** || 5 rapuit *om.* **B** | quaerenti patri **E** *fort. recte* || 6 accusatus **B** || 8 miserrume *Burs.* miser vim me **A** mirer vim me **B** miserum me **V** || 9 a *suppl. ed. Schott.* | quid *scripsi* quis α quis es *Burs.* quis es ⟨tu⟩ *Gertz* quis⟨quis⟩ es *edd. vett.* | habui **E** -uit α || 10 habeam **A** | fecundam **E** -ndum **AB** secundum **V** | indulcenter **AB** || 11 est filius est **AB** | tertius *del.* **D**, *ut vid.* || 12 patris *Burs.* matris α || 13 iste *om.* **V** | suaderent *sc. mihi* || 15 habui *Kiessl.* -beo ut α | inpotest **AB** || 17 merientem **B** || 18 habeo] -bui *a. c.* **A** | dicendam *a. c.* **B** | habitu **V** | lucubri α || 19 illi⟨us⟩ *ed. Herv.* illi α | dicentes **V** | quod **V** || 20 avun **V** || 22 ne non **E** non α ne *dett.* || 24 puerum **V** | osculabor **B** || 25 dum[1] *om.* **B** || 27 Votieni V^2 votie α | si *supplevi* | mitte *Faber* mitte sis *Gertz* | illi⟨us⟩ *Wachsmuth*

non indicabit quisquis faverit. Erras et vehementer erras: ⌜filios quos E
perdidisti non quaeris, quem quaeris non perdidisti.⌝ Vtra tandem iustior
querela est? ⌜pater ab avo unum repetit, avus duos a patre.⌝

VIBI RVFI. Raptor ille [et] impotens, dum moriuntur nepotes mei,
5 ad ianuam steti. ⌜Plus habeo quod avo quam quod reo timendum sit.⌝ E

FVLVI SPARSI. Vnus perit, alter perit: totiens fortunam accusas, 4
numquam novercam. Facinus indignum! puer ad supplicium indiciva
patris quaeritur. ⌜Ad aegrotantem nepotem veni, non sum admissus: E
haec vera vis fuit.⌝

10 ARGENTARI. Per quos' ⟨venenum paravit, quos⟩ conscios habuit?'
nescio; domi non fui. Amissa filia volui aliquem adoptare ex nepotibus,
sed aiebam: 'quid necesse est? quotiens videre volam, in domum veniam;
quotiens volam, domum abducam'. Agamus tamquam adfines: tres
habes filios, dividamus; et vide, quam non improbam divisionem desi-
15 derem: [et] ex tribus unum posco. Vtinam omnis, quos perdidit, quae-
reret!

BLANDI. Cum tradere vellem puerum, nescioquis exclamavit: 'puer, 5
nunc peristi!' Nihil vobis subtraham; quidni? praeconi quoque omnia
indicavi.

20 MENTONIS. Rapui nepotem, habeo. redderem, si pater quaereret.

Divisio. MONTANVS VOTIENVS in has quaestiones divisit: an in re vis 6
sit. ⌜nulla, inquit, vis est: quae arma, quam pugnam, quae vulnera ha- E
bet? volo mihi describi comitatum istius tumultus:⌝ quae turba ⌜est
unus puer et unus senex? 'rapuisti' inquit 'filium meum'; immo nepotem
25 suum sustulit, immo venientem non potuit excludere.⌝ an, si pro illo
fuit fieri vim, quoi facta dicitur, non teneatur qui fecit: vis iniuriosa
damnatur; solet enim esse et salutaris. ⌜cum latrones aliquem obside- E
rent⌝, si perfodissem villam ⌜armata manu, coniugem, liberos eius ra-
puissem, accusari posset beneficium meum? et medici alligant et corpori-

1 indicabit *dett.* -avit **AB** iudicabit *ex* -avit **V** | faverit *Faber coll. p. 269, 3* fuerit *α* | et] sed **AB** || 2 quem quaeris *ex p. 269, 2 vulg.* (*ubi tamen haec verba corrupta sunt*) *om.* **AB** quaeris quem **V** || 4 ubi **B** | et *delevi* (*non om.* **D**, *ut autumat Müll.*) | inpotest **AB** || 5 *post* quod² *repetit* avo quam quod **B** || 6 accusans **AB** || 7 facimus **A** | indiciva *Hertz, Linde, cf. p. 251, 19* indicava *α* || 8 nopotem **B** | aegrotantes nepotes **E** | sum **E** *dett.* solum *α* | admis **A** || 9 vis **E** *τ* *om. α* || 10 venenum paravit, quos *supplevi praeeunte Watt* (per ⟨quos egit noverca?⟩ quos) || 11 aliquem] quem **AB** || 12 domum] -mo *a. c.* **A** || 13 quoties **AB** | domum] in d. **V** | adducam **A** || 14 non *om.* **B** || 15 et *del. ed. Frob.* | tribus unum] tribunum **AB** | credquereret **A** || 21 in hin has **A** | vis *dett.* visus **A** usus **B** visu **V** || 23 ipsius **A** | tumulus **AB** || 27 latronem **A** -one **B** | aliquid **V** || 28 armatam **B** | *post* manu *commate distinxi;* **E** *et edd. haec verba cum* rapuissem *iungunt, sed* armata manu *post* obsiderent *colloc. Schott, fort. recte* | liberosque **E** | rapuissem *dett.* -sset *α*

bus nostris, ut medeantur⌝, vim adferunt. an pro illo fuerit rapi: hoc loco accusatio novercae et insectatio patris tam patienter suos perdentis.

7 GALLIO et illam quaestionem fecit et prius sumendam quaestionem putavit ex persona quam ex re: an cum avo nepotis nomine agi possit: non magis, inquit, quam cum patre fili nomine, non magis quam cum 5 E matre. ⌜habet sua iura natura, et hoc inter avum patremque interest, quod avo suos servare licet, patri et occidere. non potes, inquit, sic mecum agere tamquam cum alieno⌝, ut dicas: 'quid tibi ⟨cum⟩ illo? quis es tu?' cuius intestati filius tuus heres futurus est, quem dementem alligaturus est. quaedam iura non lege sed natura nobis attributa. ne- 10 potem suum avus peccantem aliquid et inter pueriles iocos petulantius 8 lascivientem feriet, nec iniuriarum quisquam cum illo aget. et ultimam illam Gallio fecit, cum tractasset illa: licet mihi, ut prosim, vim facere; deinde, huic profuit: an avo ignoscendum sit, cum pro nepote adfectu ⟨ab⟩latus fecerit. hoc loco tractavit, quam indignum esset damnari 15 illum ob hoc.

LATRO duas ultumas quaestiones aliter posuit et plus complexus est: etiamsi vim fecit, an tamen damnari non possit, si bono animo fecerit; ⟨deinde, an bono animo fecerit.⟩ ait enim et de animo fieri controversiam E avo et dicere patrem: ⌜'non ut nepotem servaret, fecit, sed ut infamaret 20 uxorem meam tamquam veneficam, me tamquam veneficae emancipatum⌝, quoi male liberi sui committerentur.'

9 E Colore ergo LATRO hoc eodem usus est pro patre, ut diceret ⌜ne viva quidem uxore bene sibi cum socero convenisse, mortua vero professas inimicitias⌝ illum gessisse secum. ⌜languente puero venisse illum cum 25 convicio, cum vociferatione⌝, nefaria et dicentem et ⌜auspicantem⌝: auctores amicos ⟨fuis⟩se, ne admitteret hominem non ad officium nepo- E tum sed ad invidiam et contumeliam ge⟨ne⟩ri ⌜venientem, qui ad sanos nepotes numquam dignatus esset accedere⌝. medicos vero suasisse, ne veniret et puerum confunderet et impleret suspicionibus. 30

10 SILONIS POMPEI color fuit, ut Latroni videbatur, qui controversiae

1 rapi *dett.* rapui α || 2 suos *dett.* vos α || 4 agi non possit **A** || 7 quod avo suos] quod avos vosque interest (*del.* **A**) quod avos vos **AB** (vos *etiam* **V**) | sit **V** || 8 cum *suppl. dett.* | quis *C. F. W. Müll.* qui α || 9 cuius *om.* **V** | est *Schult.* sit α || 10 lege *dett.* -ges **AB** -gem **V** || 12 fieret **B** || 13 illa galldio **V** | prosim, vim *Schult.* proximum α || 14 avo *dett.* alio α | nepotem **A** || 15 ablatus *Gron.* (*cf. p. 267, 25*) latus α || 16 ob *dett.* ab α || 17 ultimas **V** || 18 etiamsi vim] etiam suum **A** | bona **B** || 19 deinde – fecerit *suppl. Schult., Müll.* || 20 et *om.* **B** || 21 tamquam¹] taquam **A** | beneficam *et* benefice **AB** || 22 quoi *Schott* (*cf. e. g. p. 265, 26*) quo α | commuterentur **A** -miterentur **B** || 24 mortua **E**τ tua **AB** tuas **V** | professas **D** -ssa sim α || 25 inimititiam **A** | languente *dett.* -ntem α || 26 nefaria *dett.* -iam α || 27 fuisse *Burs.* se α || 28 viduam **A** vidiam **B** | generi *ed. Herv.* geri α || 31 latro invidebatur **V**

repugnaret; dixit enim venisse avum ad imbecillum puerum. ad aegros
non semper admitti, utique ad eos, qui graviter aegrotant; saepe et pa-
trem non admissum. sic avo quoque intempestive venienti dictum:
'nunc non potes'. statim cum convicio abisse. in altero idem fecisse.
5 Latro aiebat hunc colorem optumum esse, si res ita esset, sed recipi non
posse, quia ponatur: 'non est admissus'; sub hoc themate intellegere nos
non hoc illi dictum: 'nunc non potes', sed 'ex toto non potes'.

GALLIO utrumque miscuit et hoc colore, qui videri potest alioqui thema 11
evertere, parcius usus est: dictum est, inquit, illi: 'quiescit puer, paulum
10 commorare; medici vetuerunt quemquam admitti'. scitis solere illos
dicere: 'nec si pater venerit'. protinus iste clamare coepit: 'testor me non
admitti' et tantum non tabellis signatis denuntiare. avum distuleram;
accusatorem exclusi. iterum, inquit, venit cum convicio: 'iam unum
occidistis, alterum occiditis!' nihil est miserius quam ubi aliquoi ex
15 miseria sua invidia quaeritur. non est admissus, cum diceret se nepotem
suum non videre velle sed inspicere.

*** sic egit: veni, non ut istum accusarem sed ut me defenderem.

†GALLIO† hoc colore usus est: ⌜non admisi⌝ avum, quia dictum erat E
mihi hoc illum animo ⌜venire, ut raperet⌝.

20 Ex altera parte colorem hunc CESTIVS induxit: timuisse se de puero; 12
⟨nec⟩ frustra, inquit: duos occiderat noverca. et ait: vellem ad vos
nocentior venirem reus, vellem tres raperem.

ARGENTARIVS hoc colore usus est: rogatum a puero avum. negabat,
inquit, posse se vivere, si in illa relinqueretur domo.

25 HISPANVS hoc colore usus est: affectu se ablatum. sustuli, inquit, ne-
potem meum; non potui satiari osculis, non potui ab illo tam cito dis-
trahi. nolite mirari: post longum tempus illum videram.

ALBVCIVS hoc colore usus est, ut diceret noluisse illum in tam infausta 13
domo educari, ex qua duo iam fratres eius elati essent; qui postea de-
30 cessit, inter causas moriendi casum fratris fuisse. et servavit hunc co-
lorem, ne quid in novercam, ne quid in patrem diceret; aiebat iustissi-

2 aegrotent *Müll.* || 4 convivio **AB** | abissis **A** || 5 obtumum **AB** | res ita esset *Burs.* recitasset α | sed] se **V** || 7 non[2] *om.* **B** || 8 miscui **AB** | videri *ed. Frob.* -ere α | non potest **V** || 8.9 themeae (thae- **A**) vertere α || 9 partius α apertius *Kiessl.* peritius *Gertz* || 13 convivio **V** || 14 alterum occiditis *om.* **A** | aliquoi *Burs.* -quo α || 17 *lac. ind. Petreius* | sic *dett.* se α | sed] et **AB** || 18 Gallio *propter l. 8sqq. damn. Wachsmuth* | admissi **A** || 18–19 quia – animo *om.* **A** || 20 certius **A** || 21 nec *suppl. Faber* || 22 rapuissem *Schult.* haberem *Kuhn, Gertz* raptos haberem *C. F. W. Müll., Heinrich* || 23–25 rogatum – usus est *om.* **A** || 25 affectu se *Burs.* -tus ex α -tu se esse *Otto* || 26 potui[1]] potui inquit **V** | illo] illo inquit *a. c.* **V** || 28 noluisse *dett.* vol- α || 29 ⟨ei⟩ qui *edd. fort. recte, sed cf. H.-Sz. 555sq.* || 30 casum] cum **A** casu **V** | fratres **A** | hoc **AV** *corr.* **V** || 31 ne quid[1]] nequit **A** | ne quid[2]] nequit α

mum futurum avum, si tantum defendere se voluisset. 'quid ergo? quare rapuisti?' amabam. huic maxime ab initio animum meum addix⟨er⟩am. in domo vestra ⟨nihil⟩ praeter ipsam domum timui. si apud me duo decessissent, ex domo illum mea transtulissem.

14 ⟨Montanvs Votienvs⟩ Marcellvm Marcivm aiebat sic narrasse: 5 puer me secutus est. non criminor vobis illum: quidquid est, ⟨meo⟩ potius quam illius periculo fiat: ego rapui. 'ubi est?' inquit; vivit, salvus est. veni et cum voles aspice. 'redde' inquit; solus ego abs⟨tuli⟩? age, monstrabo, si vis, quis ante me tibi filios abstulerit.

E Varivs Geminvs eundem sensum dixit: ⌜quae est ista aut tam sera 10 pietas ⟨aut⟩ tam praepostera? quaerere tuos a tertio incipis.⌝

15 Montanvs Votienvs, homo rarissumi etiamsi non emendatissimi ingeni, vitium suum, quod in orationibus non evitat, in scholasticis quoque evitare non potuit; sed in orationibus, quia laxatior est materia, minus [ex] earundem rerum adnotatur iteratio. in scholasticis si eadem sunt 15 quae dicuntur, quia pauca sunt, notantur. memini illum pro Galla Numisia apud centumviros tirocinium ponere. ex uncia heres erat patris sui Galla; obiciebatur illi veneficium. dixit rem disertissumam et omnibus saeculis duraturam, qua nescio an quicquam melius in eiusmodi genere causarum dictum sit: uncia nec filiae debetur nec veneficae. non fuit 20 contentus; adiecit: in paternis tabulis filiae locus aut suus debetur aut nullus. et⟨iam⟩nunc adiecit: relinquis nocenti nimium, innocenti parum.

16 ne sic quidem satiare se potuit; adiecit: non potest filia tam anguste paternis tabulis adhaerere, quas aut totas possidere debet aut totas perdere. et plura multo, quae memoria non repeto. ex eis quaedam in 25 orationem contulit et alia plura quam dixerat adiecit. nihil non ex eis bellum est, si solum sit; nihil non rursus ex eis alteri obstat. idem in hac

1 voluisse **A** || **2** addixeram *dett.* -xam *α* | **3** nihil *suppl. dett.; fort.* ⟨nihil⟩ in domo vestra || **4** mea **D** meam *α* || **5** Montanus Votienus *suppl. Burs., Kiessl.* (*cf. p. 261, 4; 275, 9*) || **6** meo *suppl. Nicot* || **8** veni et] venit **AB** | aspicere **V** | reddere *a. c.* **V** | solus ego abstuli *dubit. scripsi praeeunte Novák, qui* solus ego? [asper] *prop.* suo ego asper *α* | aie **B** || **10** aut tam] aucta **V** || **10–11** sera pietas tam **E** (aut *suppl. Burs.*) *om. α* | *utroque loco* aut *om.* **E** *et del. ed. Rom.* || **11** ad **B** || **14** laxatior est materia *τ* -tiorem materiam *α* || **15** ex *om.* **D** | adnotatus **B** || **16** Numisia *ed. Rom.* num misi *α* || **17** unctia **V** | patri **B** || **18** Galla *dett.* gallo *α* | veneficium *τ* ben- *α* | disertutumam **A** diservitutumam **B** dissertissimam **V** || **19** qua *dett.* que **A** quae **BV** || **20** unctio **B** unctia **V** | beneficae (-ce **B**) **AB** || **21** contemptus adgecit **B** | filiae *ed. Herv.* fili **A** -lio **BV** | aut suus *dett.* ausus *α* || **22** etiamnunc *ed. Rom.* (-num) et nunc *α* *fort.* et huc | adiecit] *post hanc v. repetit* **B** in paternis – adiecit *omnibus prioribus erroribus repetitis* || **23** sic] sit **AB** | quid est **B** | potui **AB** || **24** totas[1] *dett.* -ta *α* || **26** orationem (*sc. editam*) *ed. Frob.* -ione *α* | pura **AB** || **27** altera *a. c.* **A** | idē (*ut saepe, quod vel* id est *vel* idem *significat*) **AV** id est **B** (*cf. adnot. ad l. 23*)

declamatione fecisse eum memini: erras, inquit, pater, et vehementer erras: quos perdidisti non quaeris, quem quaeris non perdidisti. deinde: puer iste, ⟨si⟩ invenitur, perit. deinde: ⌜quisquis puero favet, ne inveniatur, optet.⌝ deinde: puer, nisi avum sequitur, fratres secuturus est; desine quaerere quem, si inveneris, sic perdes, ut invenire non possis. et deinde: rapuit istum avos, ne raperet noverca. et deinde: unum tantum pater ex liberis suis quaerit, qui salvus est. E

GLYCON hunc sensum semel dixit sed genere corrupto: *τοῦτο τὸ παιδίον, ὅταν εὑρεθῇ, τότε ἀπολεῖται.* ⌜habet hoc Montanus vitium: sententias suas repetendo corrumpit. dum non est contentus unam rem semel bene dicere, efficit, ne bene dixerit. et propter hoc⌝ et propter alia, quibus orator potest poetae similis videri, ⌜solebat Scaurus Montanum 'inter oratores Ovidium' vocare; nam et Ovidius nescit quod bene cessit relinquere.⌝ ne multa referam, quae 'Montaniana' Scaurus vocabat, uno hoc contentus ero: ⌜cum Polyxene esset abducta, ut ad tumulum Achillis immolaretur, Hecuba dicit: 17 E

cinis ipse sepulti
in genus hoc pugnat.

poterat hoc contentus esse; adiecit:

tumulo quoque sensimus hostem.

nec hoc contentus est; adiecit:

Aeacidae fecunda fui.

aiebat autem Scaurus rem veram: non minus magnam virtutem esse scire dicere quam scire desinere.⌝

⌜VENEFICA TORQVEATVR, DONEC CONSCIOS INDICET. Quidam mortua uxore, ex qua filium habebat, duxit alteram et ex ea filiam sustulit. 6 E

17 *sqq. Ov. met. XIII 503 sq.*

2 non quaeris – perdidisti *om.* **A** | quem quaeris *vulg. coll. p. 265, 2* quemque iurum **B** quemque iris **V** || 3 si *suppl. Burs.* | invenitur] inventus **V**, *an recte?* || 4 optat *Schult.* | securus **AB** || 5 non *et* et *om.* **B** || 6 rapuisti **A** | avus **V** || 8 clicon **AB** clycon **V** | sed] nec *Gertz* | ⟨non⟩ corrupto *Schult.* | τὸ] Τ α | ΠΛΙΔΟΝ α || 9 eTPeOH α | aπOΛeTAI α || 10 unum **AB** || 11 quib **AB** || 12 potes potae **AB** || 13 nescit **E** necscit α || 14 ne *C. F. W. Müll., Madv.* *om.* **AB** non **V** || 15 achilis **BV** || 16 simularetur (-mol- **B**) **AB** | hecubat (haec- **B**) **AB** haecuba **V** || 18 pugnat (pungnat **B**)] saevit *Ov. met. XIII 504* || 21 hoc **E** τ hic α his *Burs.* || 22 aeaccidae (-ide) **AB** eacidae **V** || 23 re **A** | magnam V^2 -num **AB** -na **V** || 24 desinire *a. c.* **A** || 25 beneficator quaeratur (que- **A**) **AB**, *et per totam controversiam* benefica, beneficium *et sim.* **AB** *et interdum* **V** *praebent, quod non adnotabo* | conscios indicet] consundicet **A** conscindicet **B** conscios diceret (dicat V^2) **V** || 26 alteram **E** uxorem α alteram uxorem *edd.*

decessit adulescens. accusavit maritus novercam venefici. damnata, cum
torqueretur, dixit consciam sibi filiam esse. petitur puella ad supplicium.
pater defendit.⌝

1 Cesti Pii. Non est, quod putetis has lacrimas aut filiae esse aut re⟨ae⟩:
E fratrem ⟨desiderat⟩. ⌜Non prodesset tibi, puella,⌝ ne hoc quidem, ⌜quod 5
te frater amavit, nisi mater odisset.⌝ Hoc me occidisti, noverca, quod
scisti consciam eligere. Paene dixi: 'ante actam eius vitam excutiamus'!
E Fvlvi Sparsi. ⌜Nefaria mulier, filiae quoque noverca, ne mori quidem
potuit, nisi ut occideret. inter gladiatores quoque victoris condicio pes-
suma est cum moriente pugnantis. nullum magis adversarium timeas 10
quam qui vivere non potest, occidere potest.⌝

2 Vibi Galli. ⌜Concitatissuma est in morte rabies, et desperatione ultima
in furorem animus impellitur. quaedam ferae tela ipsa commordent et ad
mortis auctorem per vulnera sua ruunt.⌝ abscisa missione ⌜gladiator
quem armatus fugerat nudus insequitur. praecipitati non quod impulit 15
tantum trahunt sed quod occurrit, et naturali quodam deploratae mentis
adfectu morientibus gratissimum est commori.⌝

3 Votieni Montani. Dum filium vindico, ubi gravissime mihi noceri
E posset, ostendi. ⌜Veneficio simile mendacium!⌝ Si incredibile est parri-
cidium in ⟨noverca, in⟩ sorore creditis? non timeo, ne quis hoc in sorore 20
credat, quod ego vix probavi in noverca. Natam mihi filiam quasi fu-
turae pacis obsidem sustuli; aiebam: 'dum matris meminit, obliviscetur
E novercae'. at illa, ⌜dum novercae meminit, matris oblita est.⌝ 'Filia'
inquit 'mihi conscia est': post hanc vocem remissa putares tormenta;
similis facta torquenti est. Soror fratri venenum dedit? quamdiu luctati 25
sumus, ut crederetur noverca privigno dedisse! Noverca, quod volueras
consecuta es: damnasse iam paenitet.

1 accusabit **AB** | damnata *dett.* -ati *α* || **2** torquiretur **B** | sibi consciam sibi (sibi^2 *del.* **V**^{2}) **V** | puella ad supplicium] suppliciam (*sed corr.*) puella **V** ad *suppl. et verborum ordinem restituit* **V**^{2} || **3** pater defendit *suppl.* **V**^{2}, *ut vid.* || **4** reae *Burs.* re **AB** me **V** || **5** desiderat *suppl. Madv.* (*cf. e. g. p. 50, 22*) ⟨flet⟩ *Burs., edd., quod peius ad rhythmum* | prodesse *a. c.* **V** || **6** me *om.* **B** | odisti **V** || **7** conscia **V** | meligerem **AB** me eligere **V** | dixi *Kiessl.* -xit *α* | actum *a. c.* **V** || **9** ut] et **E** | pessima **V** || **10** moriante **B** | pugnatis **V** || **11** qui] quam *scribere coepit sed corr.* **A** | potest^1] potes **A** | potest^2] non potest *a. c.* **A** || **12** vivi *α* | est *om.* **V** | morte **E**, *Schult.* -tem *α* | rabies et *Burs. ex* **E** rabie (-ies **V**) est *α* || **13** ad] in **E** || **14** runt **AB** | abscissa **V** || **15** fugerat *dett.* fueram **AB** fugeram **V** || **18** vindico filium **V** *corr.* **V**^{2} | noceri *Gertz* -ere *α* || **19** possit *a. c.* **V** | ostendi *τ* -dit (*ex* -det **V**) *α* | veneficio **E** -ium *α* ⟨o⟩ veneficio *Müll. coll.* **E** *et p. 174, 12* (*cf. etiam Decl. mai. 13, 3* o animal simile pauperibus), *fort. recte* | simile est **V** | mendacio **BV** || **20** noverca in *suppl. Opitz* || **21** futura **AB** -ram *Burs.* || **22** meminit *dett.* -mini *α* || **23** ad **AB** || **23.24** filiam quid **A** || **24** vocem *dett.* voce *α* || **25** torquenti] tormenta (*del.* **A**^{2}) torquenti **AB** || **26** ut] et **AB** | prigno **A**

ARGENTARI. Facio rem, iudices, non novam: liberos meos a noverca vindico. [ne] ⌜peto, ne, quia filium vindicavi, filiam perdam. Nisi succurritis, noverca vicit, ego victus sum.⌝ Duxi nescio peiorem uxorem an novercam. Hoc mihi carior est, quod tam invisa matri fuit. 4 E

5 CORNELI HISPANI. Si conscia esset, neminem expectarem; scitis, quemadmodum veneficam oderim. Instabam tormentis, aiebam: 'morere peius quam o⟨cci⟩disti'. non satis mihi ardere ignes videbantur, non satis insidere verbera; dixi: '[si] quid adicere tormentis tuis possum? puto, iubebo filiam adferri; vocet hoc aliquis!' [matrem] quid expavisti, puella? 10 quid ad sinus meos refugisti? quid extimuisti ⟨matrem⟩ tamquam novercam?

MARVLLI. ⌜Ne inter supplicia quidem desit occidere⌝, et hanc quisquam putet non potuisse venenum sine conscia dare? Puella, quae occidisse fratrem dicitur, quid ante peccavit? noverca quoque ante privignum 15 occidit quam filiam. Haec bonae spei est; quaeritis argumentum? matri suae non placet. 5 E

ARELLI FVSCI. Etiam cineribus tuis infesta est noverca: quod unum potest, persequitur sororem tuam. Quid potest adhuc nosse nisi fratrem? ⌜Prosit illi apud vos, quod illam pater laudat, et prosit, quod talis mater 20 accusat.⌝ E

MENTONIS. Non misereris huius? miserior est quam frater: ille habuit sine dubio novercam. ⌜'Conscia' inquit 'est filia'; ego torqueri coepi, noverca torquere.⌝ Consecuta es, mulier, quod voluisti: solus omnium magis sensi novercam, cum perdidi. 6 E

25 PORCI LATRONIS. ⌜Habui filium tam bonum, ut illum amare posset etiam noverca, nisi in eam incidisset, quae posset etiam filiam odisse.⌝ Hucine scelera recciderunt, ut parricidium puellare sit? Illa si magnitudinem rei non intellegit, non est idonea parricidio. 'sed veneficae' inquit 'filia est': si parentes inspiciuntur, cur non potius patri videatur similis, 30 cui placet, quam matri, cui displicet? denique non recuso, quominus in illa vel matris exigatur imitatio: illa, cum huius aetatis esset, nec noverca erat nec venefica. E

2 peto **E** nepote *α* pote **A**[2] || 4 invisam **AB** || 6 benefica **AB** || 7 occidisti *Gron.* odisti *α* (*cf. adnot. ad p. 270, 6*) || 8 nisidere **A** | verba **AB** | si *delevi* | adiece **A** -iecere **B** || 9 videbo **A** | hoc (= *huc, cf. e. g. p. 273, 11*)] hanc *Faber* | matrem *h. l. del. et l. 10 inseruit Gron.* | quid] quis **V** | expavisti **D** -pavisci **AB** -paviscis **V** || 10 sinos **V** | novercam **A**[2] -ca *α* || 12 marilli *α* || 13 dere **A** || 14 peccavi **A** || 15 haec *Schult.* et *α* || 17 tuis *ed. Herv.* suis *α* | inferta **B** || 22 novercam, ⟨haec matrem noverca peiorem⟩ *Spengel; locus obscurus* || 22–23 conscia – noverca **E** *om. α* || 23 es *dett.* est *α* || 25 latroneis **A** -nes **B** | ut illum *bis* **A** *corr.* **A**[2] || 27 saecula *Madv.* | recciderunt **D** (*sed* reci- *scr.*) -ciderent *α* | puellare **T** puellae re **AV** puellere **B** | illa *Burs.* ita *α* *del. Madv.* || 29 est si *τ* isti *α* | pati **AB** | similes **B** || 31 exigat imatatio **B** | illa *om.* **B**

7 ALBVCI SILI. Duxi uxorem nullis adhuc inquinatam fabulis. nec miror innocentem tunc fuisse: adhuc puella erat.

BLANDI. Vt scelerata sit, nempe matri suae similis est; ante veneficium oportet faciat quam parricidium. 'Filia' inquit 'conscia est': di te per- E dant! etiam dum torqueris, occidis. ⌜servus tortus Catonem conscium 5 furti dixit⌝; quid agitis? ⌜utrum plus creditis tormentis an Catoni?⌝

BVTEONIS. Si conscius a te, puella, quaeretur, nominato patrem. E ⌜Quod noverca tam sero, puella tam cito?⌝ 'Filia' inquit 'conscia est': male pereas! at ego te putabam unius novercam.

8 TRIARI. 'Filia' inquit 'tua conscia est'; videbatur sibi post hanc vocem 10 vicisse. Amissum fratrem flevit in funere, totius populi lacrimas suis expressit; itaque illam noverca peius perire voluit quam privignum. 'Filia' inquit 'conscia est': hoc ultumum fuit novercae veneficium.

Q. HATERI. Succurrite, quaeso, ne, cum torta sit, quia filium meum occiderat, filiam etiam, dum torquetur, occiderit. Liberos effero semper 15 unius mulieris aut mendacio aut veneno. Non flet quantum reae satis est: quemadmodum illi extorquebo lacrimas? adferte mihi imaginem fratris. videte subito desiderio fletus concitatos. numquid talem vultum, cum mater torqueretur, habuit?

9 Pars altera. TRIARI. Si odissemus te, pateremur cum eiusmodi filia 20 E vivere. ⌜Quarundam ferarum catuli cum rabie nascuntur. venena statim ⟨a⟩ radicibus pestifera sunt.⌝ quantum illi ad scelera aetatis adiecit, quod illam noverca peperit! ⌜Quid illa, quae fratrem in moram sequentis patris sparsit? habes exemplum, quod et sorori conveniat et virgini.⌝ 25

10 Divisio. CESTIVS in duas partes coniecturam divisit et primum quaesiit, an illi conscia opus fuerit. deinde, si opus [est aut] fuit, an hanc habuerit. non servavit autem modum, nam et illum locum diu tractavit: non posse sororem in mortem fratris impelli; et interim tam puellam voluit videri, ut nulli esset idonea ministerio. itaque elegantissime deri- 30 debat MONTANVS VOTIENVS in hac controversia ineptias rhetorum, quod sic declamarent, tamquam haec, quae nominata est, infans esset, nec intellegerent, si talis esset, ne futuram quidem ream. itaque hoc de⟨be⟩-

1 nullus **AV** | inquinatum **AB** || 3 inempe **A** mempe **B** | matris **AV** *corr.* **V** || 5 occidis *Gron.* -isti *α* || 6 catone *a. c.* **A** || 9 ad **AB** || 11 lacrimis **V** || 12 noverca *dett.* -cam *α* || 13 ultimum **A** || 14 Q.] quae **B** | quia *Kiessl.* qui *α* quae *dett.* || 15 cum **A** || 16 rae **A** || 18 tale **V** || 20 Triarii **D** -ria *α* || 21 venena **E** *dett.* -nas *α* || 22 a *suppl. edd. vett.* | pestifera sunt] -feras **V** || 23 noverca *dett.* -cam *α* | peterit **B** || 24 sequenti **V** | patris **E** -tri *α* || 26 certius **B** || 26–27 quaesiit an illi] quaesiita nulli (nili **B**) **AB** || 27 si deinde si **AB** | est aut *delevi et om.* **D** || 29 interim *Jahn* iterum *α* || 32 dedamarent **A** || 33 tales essent (-sset V^2) **V** | futura **AB** | hoc] *an* hanc*?* | debemus *dett.* demus *α*

mus, inquit, nobis proponere: puellam eius aetatis, in qua est certe credibile scelus. illud quidem intolerabile esse aiebat: induxerat CESTIVS matrem dicentem filiae: 'da fratri venenum', ⟨filiam respondentem: 'mater, quid est venenum?'⟩

5 TRIARIVS multo rem magis ineptam, quia non invenit illam sed corrupit (nam ex Cesti sententia traxit). induxerat novercam dicentem: 'do fratri venenum', fecit illam respondentem: 'mater, et mihi da'. quid enim est tam absurdum quam matrem sic locutam cum puella: 'do fratri venenum'? non ferebat nec illam Triari sententiam, qua aliter Haterius 10 usus ⟨est⟩, cum ad epilogum pervenisset: hoc loco debebat reus flere. num flet puella? inveniam, quemadmodum fleat: aliquis hoc imaginem fratris! illa enim, si tam puella est, ut dicat: 'mater, quid est venenum?' non potest tantae pietatis esse, ut eam imago fratris in lacrimas concitet. 11

Tantus autem error est in omnibus quidem studiis, maxime in elo- 15 quentia, cuius regula incerta est, ut vitia quidam sua et intellegant et ament. CESTIVS pueriliter se dixisse intellegebat 'mater, quid est venenum?'; deridebat enim MVRREDIVM, qui hanc sententiam imitatus in epilogo, cum adloqui coepisset puellam et diceret: 'compone te in periclitantium habitum, profunde lacrimas, manus ad genua dimitte; rea 20 es', fecerat respondentem puellam: 'pater, quid est rea?' et aiebat Cestius: quod si ad deridendum me dixit, homo venustus fuit; et ego ⟨non⟩numq⟨uam⟩ scio me ineptam sententiam dicere. multa autem dico non quia mihi placent sed quia audientibus placitura sunt. 12

Et illud RVFI VIBI tolerabilius aiebat esse sed et ipsum aliqua obiurga- 25 tione dignum: dixerat in epilogo: nutrix, ream tolle. 13

Illud in HATERIO, qui et promisit oratorem et praestitit, negabat se perferre, quod dixerat: haec rea non mittenda in exilium sed ferenda est; cum sciret, inquit, in exilium deportandos locari solere. quid enim intellegi vult hac sententia? ex toto puellam ambulare non posse, ⟨an non 30 posse⟩ usque in exilium? verum est, sed nec mater eius potuisset.

1 est certe (= *saltem*) *C. F. W. Müll.* et torta α est tortae *Burs.* fortasse *Kiessl.*, *Madv.* || **2** scelus – intolerabile *om.* **A** | aiebat *a. c.* **V**, *dett.* -bas **AB** *et p. c.* **V** | certius **B** cestips *a. c.* **V** || **3–4** filiam – venenum *suppl. Schult.*, *Burs.* (*cf. l. 12 et l. 16*) || **5** rem multo *Otto* | conrupit *Kiessl.* -cupit (-iit **V**) α || **6** ex Cesti *Haase*, *Burs. praeeunte Gron.* (Cestio) excessis **AB** excessus **V** | sententiam A^2**V** | do *Wb.* da α da⟨bo⟩ *Schult.* || **7** mi **AB** || **8** abfurdum **A** | do *Wb.* da α da⟨bo⟩ *Schult.* || **9** qua aliter *dett.* qualiter α | atherius α | *cf. p. 272, 16 sq.* || **10** est *suppl.* τ || **11** inveniam *Schult.* -iat α | hoc] hoc est **V** || **12** illam **V** | venerum **AB** || **13** tanta **A** | in *om.* **AB** || **15** quidem **V** || **16** certius **AB** | intellegabat *a. c.* **V** || **17** han **A** || **18** cumpone **V** | pereclitantium **V** || **19** re **AB** || **20** es *dett.* est α | re **AB** | certius **B** || **21** quod] quid **AB** | nonnumquam *scripsi* nunc α || **24** Vibi **D** bivi α | ipse *a. c.* **B** || **26** atherio α | se] sa **A** || **28** deportandos *Burs.* deexp- **AB** exp- **V** || **29** hac **D** haec α | sententiam **V** || **29–30** an non posse *suppl. Madv.*

14 SILO ⟨a⟩ parte patris comparationem fecit inter se matris et filiae ⟨et⟩ totam hac figura declamavit: non sum, inquit, vobis dicturus, qualis debeat esse venefica. operam perdam, si coepero describere debere ⟨esse⟩ aetate provectam, usu exercitatam, invisam viro, quae possit etiam filiam occidere. supervacuum est uti pluribus verbis: in hac ipsa causa habemus 5 veneficae exemplar. comparemus inter se duas reas, nec est, quod quaeratis aliquem, qui cognitionem vestram per omnis comparationis partis ducat; ego vobis dicam, quomodo illam accusaverim. ego illi obieci ante actam vitam; vos huic potestis obicere? et sic omnia circumit 15 et comparando defendit. illam quaestiunculam, quae in prima parte 10 tractata erat a quibusdam, an illi utique opus fuisset conscia, sic transcucurrit: aiebat, inquit, tota actione rea: 'dic, quam consciam habuerim'. ego negabam opus illi fuisse, aiebam: in eadem domo eras, venenum notum erat, novercae occasio facilis conviventi, non eras suspecta, nemo te timebat propter sororem. 15

E Ex altera parte hoc usus est colore: ⌜novercam ideo privigno venenum dedisse, ut filia sua sola heres esset. eandem illi et consciam fuisse venefici⌝ et causam.

16 Omnes declamatores aiebat voluisse aliquid novi dicere illo loco, quo nominabat noverca filiam consciam. dixit, inquit, HYBREAS: τί οὖν; 20 ἐψεύσατο κατὰ τῆς ἰδίας θυγατρός; οὔκ· ἀλλὰ κατὰ τῆς ἐμῆς.

Hanc sententiam FUSCUS ARELLIVS, cum esset ex Asia⟨nis⟩, non casu dixit sed transtulit, ad verbum quidem: quid ergo? inquit, mentita est de filia sua? immo de mea.

Modestius hanc sententiam vertit HATERIVS: quid ergo? mentita est? 25 quidni illa mentiretur de accusatoris sui filia?

17 CESTIVS dixit: nominavit privigni sui sororem.

1 sylo **B** | a *suppl.* **D** | et² *suppl. Schult.* || 2 haec **V** | totam hac figura ⟨controversiam⟩ *Born. fort. recte* | dedamavit **A** || 3 operam **D** -era *α* | discribere **A** | esse *suppl. dett.* || 4 provecta **BV** || 5 sipervacuum **A** | ut **AB** || 6 exempla **A** | comparemur **AB** || 6.7 quod quaeratis **D** quoque ratis **AB** quo quia ẹratis **V** || 8 ducat *ed. Herv.* dicat *α* || 10 quaestuculam (que- **A**) **AB** || 11 tractanda **V** | an *Burs.* in **AB** non **V** | trancucurrit **A** || 12 re **AB** | dic *Burs.* adhic **AB** hic **V** | conscia **V** || 13 negabat *a. c.* **V** | ille **B** || 13.14 notum erat] non tumerat **AB** *quod in* non tumuerat *corr.* **A** || 15 propter sororem *damn. Wb.; interpretor: quia non tantum noverca sed etiam mater eras, cf. p. 270, 22 sq.* || 16 ideo *Müll.* (*cf.* in hoc **E**) video *α* | privigno **E** *om. α, sed dat. desideratur* || 18 et et **AB** *corr.* **A**² || 19 dedamatores **A** | voluisset **AB** || 20 noverca **D** -cae *α* || 21 ΨeYCaTO **V** | KaTaTa *α* | ΙΛΙΛC ΘYTaTPOC (OY- **A** eY- **B**) *α* | aMa *α* | MHC *α* || 22 Asianis *Schult.* asia *α*, *quod def. Hoffa docens Hybrean totam vitam suam in Asia egisse* (*Strab. XIV 2, 24*) *ibique eum Arellium audisse; sed nescimus, utrum Arellius ex Asia fuerit necne. cf. e. g. IX 1, 12* rhetor ex Asianis || 26 quidni illa mentiretur *Faber* qui nihil lamentiretur (-aretur **V**) *α* || 27 certius **B**

ALBVCIVS dixit: quid habuit, quod dubitaret, an parceret filiae eius, a quo occidebatur, sorori eius, quem occiderat?

TRIARIVS dixit: 'quid ergo? mater mentita est?' tolle matris nomen; post damnationem noverca est.

5 BLANDVS dixit: 'nominabo istam, quae patri adfuit, istam, quae mortuo fratre ⟨flevit, tort⟩a matre non flevit.'

SILO POMPEIVS dixit: 'filia' inquit 'mihi conscia est.' post hoc eundem vultum eius notavi, quem videram moriente privigno.

MONTANVS VOTIENVS MARCELLVM MARCIVM, amicum suum, cuius 18
10 frequenter mentionem in scriptis suis facit tamquam hominis diserti, aiebat hanc dixisse sententiam: invenit, quomodo damnata accusaret, moriens occideret, torta torqueret. non est hoc indicium sed alterum novercae veneficium.

LATRO dixerat, cum descripsisset tormenta: instabam super caput non 15 accusator sed tortor; ipse ignes subiciebam, ipse ad intendendum eculeum manus admovebam: 'ego non bibam sanguinem istius, non eruam oculos? filium mihi eripuit. nisi citius illam oppressissem, et filiam abstulisset.'

TRIARIVS dixit: cum accusarem, obieci veneficium. in ultima parte 20 inter preces meas excitavi puellam ad ultionem fratris sui. haec res maxime iudices movit, haec maxime novercam offendit.

ALBVCIVS dixit: postquam nominavit filiam, ad me respexit, videlicet ut sciret, an satis torsisset.

NICETES egregie dixit in hoc eodem loco: *συνοῖδέ μοί, φησιν, ἡ θυ-* 25 *γάτηρ· καὶ προσέθηκεν· ἡ τούτου.*

MONTANVS, cum diceret illum locum: quamvis sceleratos parentes 19 velle tamen innocentes liberos suos esse, dixit: potest ista filiam veneficam fingere, si potest facere. difficilius est liberos inquinare quam perdere. et illud: favete saeculo, iudices, cum ingentia scelera ferat, ne etiam 30 immatura tulerit; favete, ut nullum scelus commissum sit, nisi quod solet; favete, ut potius noverca non desierit parricidium facere quam soror coeperit. damnare illam potui, effugere non potui. sero fecisti, noverca: si hoc ante dixisses, potuisti praevaricationem pacisci. recte,

1 hab **A** || 6 flevit *suppl. Faber*, tort- *Gron.* | a **AB** ac **V** || 9 Marcium] maucium **AB** || 10 sus **A** | clisserti **A** diss- (*ut saepe*) **BV** || 11 han **A** hano **V** | damnatam **AB** || 15 ignis **V** | intendum **A** || 16 bibam **D** vivam **AB** bivam **V** | erua **A** || 17 oppressissem *eras.* **A** | filia abstulisse **AB** || 19 ultim **AB** || 20 tui **AB** || 21 maxume **B** || 22 nominabit **AB** || 24–25 CYNOIΛe (OYN- **A**) MOI ΦINCIN N OYTaTHP Ral ΠPOCΘΘHeeN *vel sim.* α || 25 ἡ *Thomas, Madv.* K **AV** Ka (*sed* a *del.*) **B** | TOTYTOI α || 26 sceleratis *a. c.* **A** || 27 beneficiam **AB** || 28 inquinare = *ad scelera adigere* || 29 scelere **V** | feret **B** || 30 favete ut *Burs.* (*cf. l. 31*) favet et **AB** favete **V** || 32 illam τ illum α | fero **AB**

cum damnareris, animosa eras, recte ⟨aiebas: 'filiam habes; impune nihil⟩ mihi potes facere'. si qua est fides, accusator insidias reae timui: nusquam a sinu meo dimisi puellam, ipse omnes praegustavi cibos. incauta futuri mortalitas! postquam ad tortorem perduxi novercam, timere de filia desii. 5

20 Omnes illo colore usi sunt: a noverca nomi⟨na⟩tam filiam in dolorem patris. GALLIO plura dixit: fortasse, inquit, hanc nominavit, ut veros conscios celaret, fortasse ut, quia acerrume instabat accusator, hoc metu territus finem tormentis imponeret. fortasse nimio dolore tormentorum E stupefacta nescit, quid loqueretur. novissume dixit: fortasse ⌜in hoc, ut, 10 quae poenas venefici dabat, accusationis exigeret.⌝ illum sensum adiecit: ex meis hoc adfectibus aestumo: tunc, cum ira, cum odio furerem, circumspiciebam omnis ultionis vias oblitus innocentiae. si proprios habuisset filios noverca, occidissem. in hanc ipsam quotiens impetum facere volui! sed propter hoc a me tuta erat, quod a matre non erat. 15

⟨EXCERPTA CONTROVERSIARVM LIBRI NONI⟩

Cimon ingratus Calliae

1 ADVLTERVM CVM ADVLTERA QVI DEPREHENDERIT, DVM VTRVMQVE INTERFICIAT, SINE FRAVDE SIT. Ingrati sit actio. Miltiades peculatus damnatus in carcere alligatus decessit. Cimon, filius eius, ut eum sepeliret, vicarium se pro patris corpore dedit. Callias dives sordide natus redemit eum a re publica et pecuniam solvit eique filiam 20 collocavit. ille deprehensam in adulterio deprecante patre occidit uxorem. ingrati reus est.

Adulterium mihi carcer est. Ferrum mihi a lege traditum ad vindictam pudicitiae proiciam? perdidisti pecuniam, Callia, si solvisti tales manus. Non potest generosus animus contumeliam pati. Hoc interest inter fortunam parentis et fili, quod 25 illius calamitatum exitus fuit carcer, mearum initium. Vnus Miltiadis census inventus est Cimon filius. Redemptus Cimon redemptoris felicitas est. Reddam benefi-

1 animo seras **AB** || 1–2 aiebas – nihil *supplevi praeeunte Burs.*, *qui* ⟨aiebas: nihil⟩ *suppl.* || 2 qua est] quae **V** | accusatoris **V** | insidiis *a. c.* **V** || 3 numquam **A** | a sinu meo] asianum eo **A** asinuaneo **V** | puella **AB** | civos **AB** || 4 mortalistas **AB** || 6 nominatam **D** nomitam *α* | dolore **V** || 7 glaio *a. c.* **B** || 8 istavat **AB** istabat **V** | metum **A** || 9 nimio *Müll. praeeunte Burs.* (et nimio) enim in (iu **B**) *α* etiam *Otto* || 10 loqueret **A** | non iu sume **A** non visu me **B** novisume **V** || 11 quae] *fort.* quia, *cf. e. g. p. 271, 2* | exigeret *dett.* -igerat *α* || 12 estimo **B** | furerem *τ* -ere **AV** furore **B** || 13 proprior **AB** || 14 occisissem **AB** || 15 volui sed *ed. Rom.* -uisset *α* | a metu ita **AB** | L Annei Senecae Sententiarum Colores Rethorum (Retho ex **A** Rehtorum **V**) liber .V. explicit incipit liber sextus (.VI. **B**) feliciter *α* || 16 cymon **M** | galliae (*et sic semper*) **M** || 18 ingratis **M** *corr.* **M**[3] | militiades (*et sic semper*) **M** | dampnans **M** *corr.* **M**[2] || 20 dives sordide *Pincianus* sordide dives **M** || 21 uoxorem *a. c.* **M** || 24 solvistis **M** *corr.* **M**[3] || 26 Miltiadis census *recc.* militia discensus **M** || 27 redemptus *recc.* -tor **M**

cium, cum tam honestum desideraveris quam dedisti. ego adulteros dimittam? quid aliud facerem, si adhuc alligatas haberem manus? Quid? tu poenam putas pro Miltiade alligari? Magnum uterque beneficium, dum damus, recepimus: ego quod Miltiadem redemi, tu quod Cimonem. Turpissimum duxi ab eodem dimitti et adulteros
5 et Cimonem. ego sum, qui referre gratiam ne mortuis quidem desino: ita mihi veros habere liberos contingat, quod quantum sit, Miltiades expertus est. Dignus erat Callias talem genuisse, qualem redemit. Dic nunc: 'ego te carceri exemi', cum respondeam: ego me carceri tradidi. numquam fiet, ut melius actum putem, quod a Callia redemptus sum quam quod pro Miltiade alligatus. Ego me a te redemptum
10 putabam; emisti me filiae tuae. Calliae filiam duxi: hanc tibi, pater, dum ingratus esse nolo, iniuriam feci. Non possum ob id damnari, quod lege feci. Beneficium est quod totum eius causa praestatur, in quem confertur. ubi aliquis ex eo quid sperat aut praeparat, non beneficium sed consilium est. Summo te dedecore liberavi; invitus beneficium ⟨accepisti⟩. redemisti me et tu non rogantem. hic Virginios et qui-
15 cumque vitiatas filias vel clauserunt vel occiderunt.

⟨Pars altera.⟩ Duo beneficia dedi: et redemi et egenti filiam collocavi. Obicio tibi, quod uxorem passus es adulteram fieri, quod non custodisti, quod moratus es, dum superveniret pater spectator suae calamitatis. Ego non expectaveram, dum rogarer. Moleste ferebas socerum tuum dici Calliam. Mores puellae
20 non tantum passus ⟨es⟩ in vitia labi sed ipse impulisti; nactus occasionem non omisisti.

Extra. Color et Gallioni et Latroni et Montano placuit, ut nihil in Calliam diceretur contumeliose, in redemptorem, in socerum, ⟨in⟩ infelicem. Multa oratores, historici, poetae Romani a Graecis dicta non subripuerunt sed provocaverunt.
25 Thucydidis sententia est: *δειναὶ γὰρ αἱ εὐπραξίαι συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰ ἑκάστων ἁμαρτήματα.* Sallusti: res secundae mire sunt vitiis obtentui. cum sit praecipua in Thucydide virtus brevitas, hac eum Sallusti⟨us⟩ vicit et suis illum castris cecidit; nam in sententia Graeca tam brevi ⟨habes⟩, quae salvo sensu detrahas: deme vel *συγκρύψαι* vel *συσκιάσαι* vel *ἑκάστων*; constabit sensus, etiamsi non aeque comptus,
30 aeque tamen integer. at ex Sallustii sententia nihil demi sine detrimento sensus potest. Titus autem Livius tam iniquus Sallustio fuit, ut hanc ipsam sententiam et tamquam translatam et tamquam corruptam dum transfertur obiceret Sallustio. nec amore Thucydidis facit, ut illum praeferat, sed laudat quem non timet et facilius putat posse a se Sallustium vinci, si ante a Thucydide vincatur.

2 aliagatas **M** *corr.* **M**² | quid *recc.* quod **M** || **3** damus] -u- *ras.* **M**³ || **5** ne] nec **M**³ || **6** dignus *edd. vett.* -num **M** || **9** quod *om.* **M** *suppl.* **M**² || **10** emisisti **M** *corr.* **M**³ || **13** decore **M** *corr. cod. Admuntanus* || **14** accepisti *e textu integro suppl. Burs.* | roguntem **M** *corr.* **M**³ | huc virginihos **M** *corr. recc.* | et²] te *a. c.* **M** || **16** Pars altera *h. l. om. et l. 18 post* calamitatis *hab.* **M**, *corr. recc.* || **18** spectaveram **M** *corr.* **M**² || **19** rogaret **M** *corr.* **M**² || **20** es *suppl. recc.* || **23** in³ *suppl. Burs., cf. p. 240, 15* | oratio res **M** *corr.* **M**³ || **24** storici **M** ist- **M**² | subripierunt **M**² || **25** thucididus (*et* thucid- *semper*) **M** -didis **M**³ || **25–26** aeNaI TaP aI eYTIPaξIaI KaI CINCKICaI T eKaTON aωaPTHωaTa **M** || **27** hac eum *recc.* haec cum **M** | Sallustius *recc.* salusti **M** sallustri (*et sic* -tri, -trius **M**³ *semper*) **M**³ | ⟨in⟩ suis *e textu integro edd., fort. recte* || **28** habes *e textu integro suppl. ed. Schott.* | detraham **M** *corr.* **M**² || **29** CYMKPYIae **M** | CYMKIaCaI **M** | CKaCTωN **M** || **30** at] erat **M**³ | deme *a. c.* **M** || **31** libius **M** | inquus **M** *corr. recc.* || **32** translatum *et* corruptum **M** *corr. recc.* | tranfertur **M** || **33** Thucydidis] -is *ras.* **M**³ || **34** putat *bis* **M** | salustium **M** sallustrium **M**³

L. ANNAEVS SENECA

Flaminius in cena reum puniens

2 MAIESTATIS LAESAE SIT ACTIO. Flaminius praetor inter cenam a meretrice rogatus, quae aiebat numquam se vidisse hominem decollari, unum ex damnatis occidit. accusatur laesae maiestatis.

Obicio luxuriam, histrioniam, iocos; an in convivio nihil aliud nisi occiditis? Vni 5 fortasse osculo donavit homicidium. cenaturi carnifices manus abluunt. Non inquiro in totum annum; una nocte contentus sum. Facilius est, ut, qui multa meretrici dederit, homicidium neget, quam ut, qui homicidium dederit, quicquam negarit. Servum si verberari voluisses, extra convivium abduxisses. Contactam sanguine humano mensam, strictas in triclinio secures; quis credit ista concupisse mere- 10 tricem vel fecisse praetorem? Virgae promuntur, et ante mensam deosque crudelitatis victima trucidatur. me miserum! imperii Romani terrore lusisti. Legi potius quam scorto cadat. Exsurgite, Bruti, Horatii, Decii et cetera imperii decora: vestris fascibus, securibus vestris iam puellae iocantur obscenae. In eo, quod sub praetexto publicae maiestatis agitur, quidquid peccatur maiestatis actione vindicandum est. 15 Percussurus lictor ad praetorem respicit, praetor ad meretricem.

Pars altera. Si legatus falsa mandata affert, sic audiuntur, tamquam illa populus Romanus dederit. imperator foedus percussit: videtur populus percussisse Romanus et foedere continetur. nunc nec viribus quicquam populi detractum est nec opinioni. 'at ex te ceteros [ex] aestimant.' et ante hunc alii fuerunt, pro quibus 20 aestimari possent. nemo adscribit urbibus vitia singulorum. Obiciunt, quod damnatus perierit meretrici et postulant praetorem perire damnato. Libido omnis intra meretricem est, crudelitas intra carcerem. Multa populus Romanus in suis imperatoribus tulit: in Manlio impotentiam, a quo et filius et victor occisus est, in Sylla crudelitatem, in Lucullo luxuriam, in multis avaritiam. Non putavi ad rem pertinere, 25 ubi aut quando ⟨periret⟩, qui perire deberet. Occisus est; quis? damnatus. ubi? in praetorio. quo tempore? est enim tempus, quo noxius perire non debeat?

Extra. Quaedam controversiae sunt, in quibus factum defendi potest, excusari non potest. non speramus, ut Flaminium iudex probet, sed ut dimittat; itaque sic agere debemus tamquam pro facto non emendato sed non scelerato. Titus Livius 30 de oratoribus, qui verba antiqua ⟨et⟩ sordida consectantur et oratoris obscuritatem severitatem putant: *** tamen in his, etiamsi minus est insaniae, minus spei est. illi qui tument, qui abundantia laborant, plus habent furoris sed plus et corporis.

1 Flaminius] -mininus *in textu integro legendum, sed cum ibi quoque* flaminius (*vel* flamm-) *semper traditum sit, in* **E** *forma nominis corrigenda non est* || **2** sic **M** *corr.* **M**[2] | praetor] proconsul *textus integer* | cenam *recc.* -na **M** || **4** accusatur *recc.* -ator **M**, *et cum α quoque sic habeat, re vera recipiendum erat, nam sic legit excerptor* | laesae *deest in textu integro* || **5** occidistis **M** *corr.* **M**[2] | uno **M**[3] || **7** ut] -t *scr.* **M**[3] || **8** *post* homicidium[1] *repetiit* (*ex l. 6*) caenaturi carnifices manus (*sed del.*) **M** | quisquam **M**[2] || **9** voluisset **M** *corr.* **M**[3] | contantu **M** *corr.* **M**[3] | sansanguine *a. c.* **M** || **12** terrorem **M**[3] || **13** horati **M** | deci **M** | faecibus **M** *corr.* **M**[2] || **14** obcenat **M** *corr.* **M**[2] | sub *recc.* su **M** || **15** peccator **M** *corr.* **M**[3] || **17** ille **M** *corr.* **M**[3] || **18** romanos[2] **M** *corr.* **M**[3] || **20** ex *del.* *ν* existimant **M**[3] || **23** populus Romanus *recc.* populorum **M** || **24** Manlio *cod. Admuntanus* mallio **M** || **25** luculo **M** *corr.* **M**[2] | luxoriam **M** *corr.* **M**[3] || **25.26** pertinere ubi **M**[3] pere ub **M** || **26** periret *suppl. recc.* | qui *recc.* quid **M** quis **M**[3] || **27** preterio **M** | noxias **M** *corr.* **M**[3] || **30** facto non *recc.* faeto nen **M** | libius **M** || **31** et[1] *suppl. β* | tonsectantur **M** *corr.* **M**[3] || **32** *lac. indicavi, nam verba Livii excerptorem omisisse haud veri simile est* | etiamsi *recc.* equam si **M** || **33** tumen **M** *corr.* **M**[3] | labonant **M** *corr.* **M**[3]

semper ad sanitatem proclivius est quod potest detractione curari; illi succurri non potest, qui simul et insanit et deficit. MVRREDIVS dixit tetracolon: serviebat forum cubiculo, praetor meretrici, carcer convivio, dies nocti. novissima pars sine sensu dicta est, ut expleretur [sensus] ⟨numerus⟩; quem enim sensum habet 'serviebat 5 dies nocti'? hanc ideo sententiam rettuli, quia et in tricolis et in omnibus huius generis sententiis curamus, ut numerus constet, non curamus, ut sensus, omnia autem ⟨genera⟩ corruptarum sententiarum de industria pono, quia facilius et quid imitandum et quid vitandum sit docemur exemplo.

Expositum repetens ex duobus

10 PER VIM METVMQVE GESTA NON SINT RATA. PACTA CONVENTA LEGIBVS FACTA RATA SINT. EXPOSITVM QVI COGNOVERIT, SOLVTIS ALIMENTIS RECIPIAT. Quidam duos expositos sustulit, educavit. quaerenti patri naturali pollicitus est se indicaturum, ubi essent, si sibi alterum ex illis dedisset. pactum interpositum est. reddit illi duos, repetit unum. 3

15 Cum alienis dividemus liberos, quos non dividimus cum matribus? Vtrumque genui, utrumque desideravi, pro utroque pactus sum. Vna nati sunt, una expositi, una educati; redditi distrahuntur? distraxit illos fortuna aliquando a parentibus, numquam ab ipsis. Duos exposui, quia alterum eligere non poteram. In auctione fratres quamvis hostilis hasta non dividit. plus quiddam est geminos esse quam 20 fratres: perdit uterque gratiam suam, nisi cum altero est. Ignoscat retinenti meos, cum ipse concupiscat alienos. Agnitio dividet quos iunxit etiam expositio? Omnia pro filio paciscor praeter filium. Pactus sum flens, tremens, tamquam exponerem. Mihi tunc vis et necessitas erat; non enim poteram invenire filios, nisi alterum promisissem.

25 Pars altera. Vtrumque potestis ex hoc iudicio patrem dimittere. Liberis hic carere consuevit; ego et cum unum accepero necesse est torquear: duobus adsuevi. Vim vocas quae te patrem fecit? Ego sustuli, ego educavi, ego reddidi; iste electurus est. In ista vi duos filios perdidi. Lex arma et vincula et ultimum periculum complectitur.

30 Extra. In Sabinum Clodium uno die et Graece et Latine declamantem multa urbane dicta sunt. dixit HATERIVS quibusdam querentibus, quod pusillas mercedes acciperet, cum duas res doceret: numquam magnas mercedes accipere eos, qui hermeneumata docent. MAECENAS dixit: *Τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης, ποτέροισι μετείη*. CASSIVS SEVERVS ab auditione eius rediens interrogatus, quomodo dixisset, 35 respondit: male *καὶ κακῶς*.

A filio in arce pulsatus

QVI PATREM PVLSAVERIT, MANVS EI PRAECIDANTVR. Tyrannus patrem in arcem cum duobus filiis accersiit; imperavit adulescentibus, ut patrem caederent. alter ex 4

1–2 detractione – potest *om.* M, *suppl. mg.* M² (*sed* detractatione *et* succuri *scr.*) || 2 insanit] -t *scr.* M³ | murridius M || 4 sensus *del. et* numerus *scr. Burs.*, *cf. adnot. ad p. 250, 12* || 5 retuli M || 6 curamus¹] -amus *ras.* M² || 7 genera *e textu integro suppl. Burs.* || 8 docemur *recc.* -emus M || 9 repetis M *corr.* M³ || 10 -que *om.* M *suppl.* M² | non] ne *e textu integro Müll.* || 13 si *om.* M *suppl.* M³ | reddit *recc.* -didit M || 18 auctione *in* altione *corr.* M³ || 19 *ante* quamvis *suppl.* perdito M² || 20 utrumque M *corr.* M³ || 22 tamquam ⟨cum⟩ exponerem *e textu integro cod. Admuntanus, edd., fort. recte* || 25 care M *corr.* M³ || 30 Latine c. declamantem M || 31 hatherius *a. c.* M || 33 hermineumata M || 33–34 TYΔeIΔeIHN N OIK aN TNOHC ITOTePOYCY MHeIN M

his praecipitavit se, alter cecidit. post in amicitiam tyranni receptus est. occiso tyranno praemium accepit. petuntur eius manus; pater defendit.

Felicior essem, si plures reos defenderem. Praecidetis tyrannicidae manus? quid hoc est? integer tyrannus iacet. Tam necesse fuit patrem caedere quam spoliare templa, virgines rapere. O quantum istis debemus manibus, per quas iam nihil necesse est! Tales fuerunt, ut ex his posset tyrannum alter contemnere, alter occidere. Praecipitasti te, fili. hoc non est patri parcere sed tibi. dura, fili; in tyrannum tibi per patrem eundum est. Vtrum ex filiis meis probatis? alter se occidit, alter tyrannum. Suspensas leviter admovebat manus; filius simulabat ictus, pater gemitus. Necessitas magnum humanae infelicitatis patrocinium: haec excusat Saguntinos, quamvis non ceciderint patres sed occiderint. Si ⟨unicus fuisset,⟩ nec iste cecidisset. ille me fratri reliquerat, hic tyranno. In lege, inquit, nihil excipitur, sed multa, licet non excipiantur, intelleguntur, et scriptum legis angustum, interpretatio diffusa est. Quid interest lege excipere, ne fraudi sit ei, qui per insaniam patrem pulsavit, cum illi non supplicio sed remedio opus sit? Ne puniatur infans, si pulsaverit patrem? Hoc qui cogente tyranno fecit, ipso fuit miserior vapulante. non est impudica, quae accersita est a tyranno; non est sacrilegus sacerdos, qui deorum immortalium dona suis manibus pertulit ad tyrannum. Patre iubente fecit, nec cecidit iste sed paruit. Vltio caesi patris nullius est nisi patris. Si a quolibet alieno caesus essem et iniuriarum agere nollem, nemo nomine meo ageret. nunc nihil interest: poena maior est eius, qui cecidit, ius idem eius, qui caesus est.

Pars altera. Tamdiu cecidit patrem, donec placeret tyranno satelles. 'Pro re publica feci'; idem et rei publicae imputas et tyranno? Habuisti, quod iactares tyranno: frater maluit mori. Perit, ne parricidium faceret aut videret. 'Caesus' inquit 'poenam dimitto'. mirarer, nisi pro tam bono patre fuisset qui mori vellet. 'Pater' inquit 'voluit'; sed frater noluit. 'pater' inquit 'voluit': ita tu non tyranno tantum sed etiam patri dignus visus es parricidio? Cecidisti patrem, cum et legem nosses et fratrem.

Extra. Ab Oppio proconsule, cum quo in Cretam Sabinus ierat, in theatro Graeci postulare coeperant, ut Sabinus maximum magistratum gereret. mos autem est barbam et capillos magistratui Cretensium summittere. surrexit Sabinus et silentio manu facto 'hunc magistratum' inquit 'ego Romae bis gessi'. bis enim reus causam dixerat. Graeci non intellexerunt sed bene precati Caesari petebant, ut illum honorem Sabinus et tertio gereret. Idem, cum reus rogaret, ut in lautumias transferretur, 'non est' inquit '⟨quod⟩ quemquam vestrum decipiat nomen ipsum lautumiae; illa enim minime lauta res est.' Iocabatur in miseriis ac periculis suis, in quibus iocari eum non debuisse quis nescit, potuisse quis credit?

Privignus ab avo raptus novercae

5 De vi sit actio. Quidam duos filios sub noverca amisit dubiis signis cruditatis et veneni. tertium filium avus maternus rapuit, qui ad visendos aegros non fuerat admissus. quaerenti patri per praeconem dixit apud se esse. accusatur de vi.

1 tyrannus *a. c.* **M** || 6 posse **M** *corr.* **M**[3] || 7 fili[1]] -i *scr.* **M**[3] || 9 manus] -us *add.* **M**[3] || 10 Saguntinos] nos *et mg.* sacunti **M** (*corr.* **M**[3]) || 11 unicus fuisset *e textu integro suppl. Burs.* || 12 lege *recc.* -gem **M** || 13 est *ras.* **M**[2] || 16 misereor **M** *corr.* **M**[3] | impudica] in- *ras.* **M**[3] || 17 arcersita **M** || 19 esse **M** *corr.* **M**[2] || 21 eius[2] *om.* **M** *suppl.* **M**[2] || 25 dimitto] remitto *textus integer, sed etiam* dimitto *probum, cf. Calp. Fl. p. 24, 11* || 27 est **M** *corr.* **M**[3] || 28 Oppio] Occio *textus integer* | procunsule **M** || 33 transferetur **M** *corr. recc.* || 34 inquit *recc.* -quam **M** | quod *e textu integro suppl. Kiessl.* || 35 enim minime *Burs., cf. adnot. ad p. 263, 8* animo meo **M** || 38 Divisit **M** *corr.* **M**[2] | crudelitatis **M** *corr. cod. Mutinensis* || 39 aegros *recc.* agros **M** || 40 pati **M** *corr.* **M**[3] | accusator **M** *corr.* **M**[3]

Habui filiam, quamvis unus filius supersit, fecundam. Apud me nutriatur sine.
quid times? ne non admittare, cum veneris? Non quaeris filios, quos perdidisti; quem
non perdidisti quaeris. Pater a me unum repetit, ego duos a patre. Plus habeo quod
avo quam quod reo timendum sit. Veni ad aegrotantes nepotes, admissus non sum.
5 haec vera vis fuit. Nulla vis est, quae arma, pugnam, vulnera non habet. describe
istius comitatum tumultus: unus ⟨puer⟩ est et unus senex. 'rapuisti' inquit 'filium
meum'; immo nepotem meum sustuli, immo venientem non potui excludere. Si
cuius obsessi a latronibus armata manu coniugem liberosque rapuissem, ⟨accusari
posset⟩ beneficium meum? et medici alligant et corporibus nostris vi medentur.
10 Non potest mecum agere tamquam cum alieno. habet sua iura natura, et hoc inter
avum et patrem interest, quod avo servare licet suos, patri et occidere. Quae ista
est tam sera pietas, tam praepostera? quaerere tuos a tertio incipis. Quisquis puero
favit, ne inveniretur, optavit.

Pars altera. Non ut nepotem servaret, fecit, sed ut infamaret uxorem veneficii,
15 me veneficae ⟨e⟩mancipatum. Mihi cum socero, iudices, ne viva quidem priore uxore
convenit; mortua vero inimicum professus languente puero cum vociferatione atque
convicio auspicans, quidquid accidit. Venit qui ad sanos nepotes numquam ante
venisset. Non admisi; et tunc enim vidi venire rapturum.

Extra. Habet hoc Montanus vitium: sententias suas repetendo corrumpit, dum
20 non contentus unam rem semel bene dicere efficit, ne bene dixerit. propter hoc
solebat Scaurus Montanum 'inter oratores Ovidium' vocare; nam et Ovidius nescit
quod bene cessit relinquere. cum Polyxene esset adducta tumulo Achillis immolanda,
Hecuba dixit:

cinis ipse sepulti
25 in genus hoc pugnat.

poterat esse contentus; adiecit:

tumulo quoque sensimus hostem.

neque hoc contentus adiecit:

Aeacidae fecunda fui.

30 aiebat Scaurus non minus magnam virtutem esse scire dicere quam scire desinere.

Filia conscia in veneno privigni

6 VENEFICA TORQVEATVR, DONEC CONSCIOS INDICET. Quidam mortua uxore, ex
qua filium habebat, duxit alteram et ex ea sustulit filiam. ⟨decessit adulescens.

2 utneris M *corr.* M^2 | perdedisti M *corr.* M^2 || 3 perdedisti M *corr.* M^2 || 6 puer *suppl. ed. Herv.* | inquit *recc.* inquiqui M inquis M^3 || 7 meum^2 *ex* meam M^3 | veniente M *corr.* M^2 || 8 obsessi a *e textu integro Burs.* -ssa M | rapuissem *Pincianus* -sset M || 8. 9 accusari posset *e textu integro suppl. Burs.* || 10 potes *e textu integro Burs., fort. recte* | meum M *corr.* M^3 || 14 servarem M *corr.* M^3 | infamaret *recc.* -flammaret M || 15 emancipatum *e textu integro Kiessl.* manc- M | viva *recc.* -vam M | priore uxore *β* -em uxorem M || 16 languetu (*ut vid.*) M *corr.* M^3 || 18 enim vidi *recc.* erim vide M || 19 monenus M *corr.* M^3 || 21 Scaurus *recc.* -um M | et nam et *a. c.* M || 22 cessit *β* gessit M | polysene M -ss- M^3 | cesset M *corr.* M^3 | achilly simmolanda M s- *del.* M^3 || 26 esse *om.* M *suppl.* M^2 || 29 eacide fecunde fuit M *corr. recc.* || 30 aiebat *recc.* age- M | non niminus M *corr.* M^2, M^3 || 31 Fia M l *suppl.* M^2 || 32 uxorem *a. c.* M || 33 filiam *om.* M *suppl.* M^2 *vel* M^3 || 33 – *p. 282,* 1 decessit – novercam *e textu integro suppl. Burs.*

accusavit maritus novercam⟩ veneficii. damnata, dum torqueretur, dixit consciam filiam. petitur ad supplicium puella. pater defendit.

Non prodesset tibi, puella, quod te amavit frater, nisi mater odisset. Nefanda mulier, etiam filiae noverca, ne mori quidem potuit, nisi et occideret. in gladiatoribus quoque condicio dura victoris est cum moriente pugnantis. nullum magis adversarium timeas quam qui vivere non potest, occidere potest. Concitatissima est rabies in morte et desperatione ultima in furorem animus impellitur. quaedam ferae tela ipsa commordent et in mortis auctorem per vulnera ruunt. gladiator quem armatus fugerat, nudus insequitur, et praecipitati non quod impulit tantum trahunt sed quod occurrit. naturali quodam deploratae mentis affectu morientibus gratissimum est commori. O mendacium simile veneficio! Dum novercae meminit, matris oblita est. Peto, ne, quia filium vindicavi, filiam perdam. nisi succurritis, noverca vicit, ego victus sum. Ne inter supplicia quidem desivit occidere. Prosit apud vos puellae, quod eam pater laudat, prosit, quod mater accusat. 'Conscia' inquit 'est filia'; ego torqueri coepi, noverca torquere. Habui filium talem, ut illum amare posset noverca, nisi in eam incidisset, quae odisse etiam filiam posset. Servus tortus furti Catonem conscium dixit; utrum plus tormentis creditis aut Catoni? Quod noverca tam sero, puella tam cito? In hoc poenas veneficii dabat, ut accusationis exigeret.

Pars altera. Quarundam ferarum catuli cum rabie nascuntur; venena radicibus statim pestifera sunt. Quid illa, quae fratrem in moram sequentis patris sparsit? habes exemplum quod et sorori conveniat et virgini. Noverca in hoc privigno dedit venenum, ut filia sola heres esset; idcirco adhibuit et consciam.

1 venefici **M** *corr.* **M**^{3} | dum] cum *textus integer* || 2 petitur dixit ad **M** *corr.* **M**^{3} | pater **M**^{2}, **M**^{3} patitur **M** || 4 ne] nec **M**^{3} | et] ut *textus integer* || 7 in disperatione (de- **M**^{2}) et morte ultima **M**, *corr. Müll.* (*cf. p. 270, 12*) | furorem *recc.* -ore **M** | ferae *recc.* -ra et **M** || 8 telae *a. c.* **M** | ruun **M** *corr.* **M**^{2} || 13 nec **M**^{3} || 16. 17 tortus furti *β* furti tortus **M** || 17 catone **M** *corr.* **M**^{3} | scium **M** *corr.* **M**^{2} | aut] an *textus integer* || 21 moram] ora **M**^{3} || 22 in *om.* **M** *suppl.* **M**^{3} || 23 explicit liber VIIII. incipit liber X **M**

⟨CONTROVERSIARVM LIBER DECIMVS⟩

⌜Seneca Novato, Senecae, Melae filiis salutem E

Quod ultra mihi molesti sitis, non est: interrogate, si qua vultis, et 1 sinite me ab istis iuvenilibus studiis ad senectutem meam reverti. fatebor vobis, iam res taedio est. primo libenter adsilui velut optimam vitae meae 5 partem mihi reducturus, deinde me iam pudet, tamquam diu non seriam rem agam. hoc habent scholasticorum studia: leviter tacta delectant, contrectata et propius admota fastidio sunt. sinite ergo me semel exhaurire memoriam meam et dimittite vel adactum iure iurando, quo adfirmem dixisse me quae scivi quaeque audivi quaeque ad hanc rem perti- 10 nere iudicavi.

Pertinere autem ad rem non puto, quomodo L. Magius, gener T. Livi, 2 declamaverit (quamvis aliquo tempore suum populum habuerit, cum illum homines non in ipsius honorem laudarent sed in soceri ferrent), quomodo L. Asprenas aut Quintilianus senex declamaverit. transeo istos, 15 quorum fama cum ipsis extincta est.

De SCAVRO si me interrogatis, cum illum mecum audieritis, iniqui estis. non novi quemquam, cuius ingenio populus Romanus pertinacius ignoverit. dicebat neglegenter: saepe causam in ipsis subselliis, saepe, dum amicitur, discebat. deinde litiganti similior quam agenti cupiebat evo- 20 care aliquam vocem adversariorum et in altercationem pervenire; vires

Praefatio libri decimi etiam in **E** *tradita est* || **1** maelae **M** || **2** moles **M** *corr.* **M**² || **3** iuvenilibus **VM**³ iuvenibus **AB** -nalibus **M** | fateor **V** || **4** taedo **V** || **5** mihi *om.* **M** | me iam] iam me **M** | iamquam **M** || **6** hoc habent *om.* **M** | scholasticorum] schola **M** *del.* **M**³ || **7** contrectatam **A** | proprius **AB** | admota **M** -modum **α** | ergo **M**³ ego **αM** | me *om.* **M** || **8** amittite **M** | adactam **M** | iure **M** ius **α** | iurandu **V** -ndum **V**² | quo adfirmem *cod. Palatinus Gruteri* quod firmem **α** quod adf- **M** || **9** dixissem eque **α** | scivi *ex* sivi **M**³ scii **AB** sciva **V** | audivi quaeque *om.* **B** || **10** iudicavi **M** *om.* **AB** credidi **V** || **11** pertinere *recc.* *om.* **AB** -tine **V** -tinenere **M** | ad rem non **M** non ad rem **α** | magus **B** | titi **M** || **12** alio quo **AB** | habuit **M** || **14** ⟨nec⟩ quomodo *Usener* | L. *om.* **V** ł (= *vel*) **M** | Asprenas *ed. Ven.* -nates **α** -na **M** | senex *om.* **M**, '*fort. recte*', *Müll.* | senes declamaverint *Schult.* | declaverit **M** *corr.* **M**³ | traseo **A** || **17** quequam **A** quamquam **M** || **18** neglegenter *om.* **M** || **19** amicitur *om.* **M** | dicebat **VM** || **19–20** evocare aliquam vocem] aliquam evocare **V** || **20** adversiorum **B** | set *ex* et **M**³ | altercatione **M** | pervenire] vervenire **AB** *om.* **M** *fort.* venire

suas noverat: nihil erat illo venustius, nihil paratius. genus dicendi antiquum, verborum quoque non vulgarium gravitas, ipse voltus habitusque
3 corporis mire ad auctoritatem oratoriam aptatus. sed ex his omnibus sciri potest, non quantum oratorem praestaret ignavia Scaurus sed quantum desereret. pleraeque actiones malae, in omnibus tamen aliquod magni 5
neglectique ingeni vestigium extabat. raro aliqua actio bona, sed quam fortunae imputares. eo illum longa, immo perpetua desidia perduxerat, ut nihil curare vellet, nihil posset. orationes septem edidit, quae deinde ⟨ex⟩ senatus consulto combustae sunt. bene cum illo ignis egerat, sed extant libelli, qui cum fama eius pugnant, multo quidem solutiores 10
ipsis actionibus; illas enim, cum destitueret cura, calor adiuvabat; hi caloris minus habent, neglegentiae non minus. declamantem audivimus et novissume quidem M. Lepido, ita ut, quod difficillimum erat, sibi displiceret.

4 De T. Labieno interrogatis. declamavit non quidem populo sed egregie. 15
non admittebat populum et quia nondum haec consuetudo erat inducta et quia putabat turpe ac frivolae iactationis. adfectabat enim censorium supercilium, cum alius animo esset: magnus orator, qui multa impedimenta eluctatus ad famam ingeni confitentibus magis hominibus pervenerat quam volentibus. summa egestas erat, summa infamia, summum 20
odium. magna autem debet esse eloquentia, quae invitis placeat, et cum ingenia favor hominum ostendat, favor alat, quantam vim esse oporteet, quae inter obstantia erumpat! nemo erat, qui non, cum homini omnia

1 non erant **M** noverant **M**^{3} | nihil paratius *om.* **M** || **2** non – habitusque *om.* **α** | vultus **M**^{3} || **3** corporisque **V** | iis **α** *fort. recte* || **4** scire posset **M** | praestares **M** *corr.* **M**^{3} | ignavia Scaurus *Schult.* (*cf. l. 7*) ignarus carus **AB** ignariscarus **V** caurus **M** scaurus **M**^{3} ignavus Scaurus *Burs.* || **5** dissereret **V** | actionis *a. c.* **A** | aliquot **A** || **6** electique **M**^{3} | ingeni *om.* **M** *suppl.* **M**^{2} | rora **A** | quam] quantum *a. c.* **V** || **7** imputare **AB** -arem **M** | eo *Kiessl.* sed **ABM** sec **V** | longa immo **M** longammo **AB** longam immo **V** | perpetuam **AB** | disidia **M** *corr.* **M**^{3} || **8** vellent **M** *corr.* **M**^{2} | possit **B** | semptem **A** | quae deinde] deinde quae **M** || **9** ex *suppl. C. F. W. Müll* (*cf. p. 286, 11*) | senatus consulto *om.* **M** | senatu **V** || **10** extant **M** ex his **α** | libelli **M** -llis **α** ⟨hi⟩ libelli *Gertz* | pugnant] lugent **M** || **11** distitueret **M** *corr.* **M**^{3} | cura] cum **M** | calor **M** labor **α** | adiuvat **M** | hi **D** haec **αM** || **12** caloris **M** coloris sui **α** | neglentiae **M** | dedamantem **M** || **13** et *om.* **M** | novissume quidem] nobis sum aequidem **AB** | M.] M.' *Kiessl.* *om.* **AV** | difficimum **M** *corr.* **M**^{2} | ibi **M** || **15** de T. *Haase* det **αM**^{1} de **M**^{2} | labieno **M** (*sed in* labeone *corr.* **M**^{2}) labie non **α** | interrogatus **V** -ti- *ras.* **M**^{3} *post* interrogatis *signum interrog. ponunt edd.* || **16** populo *a. c.* **V** | qui **M** *corr.* **M**^{2} | **17** et *om.* **M** *suppl.* **M**^{2} | frivorae *a. c.* **V** -la et **M** | accionis **M** | adfectabat enim *Hadrianus Iunius* adfectant enim **AB** adfectantem immo **V** faciebat enim **M** adfectavit enim *Burs.* | censoruum **M** *corr.* **M**^{3} || **18** alias *ex* -ius **M** *vel* **M**^{2} | oratore **M** | qui multa impedimenta *om.* **M** || **19** magis *om.* **M** magnis *mg.* **M**^{2} || **20** avolentibus **AV** || **21** magnam **AB** | et *om.* **M** || **22** quantum **AM** *corr.* **M**^{3} | oporteat *ex* -tet **M** || **23** inte **B** ante **V** | obstantiae rumpat (rumperat **A**) **α** | nemo erat *om.* **α** | quae **V**

obiceret, ingenio multum tribueret. color orationis antiquae, vigor novae; 5
cultus inter nostrum ac prius saeculum medius, ut illum posset utraque
pars sibi vindicare. libertas tanta, ut libertatis nomen excederet, et, quia
passim ordines hominesque laniabat, Rabie⟨nu⟩s vocaretur. animus inter
5 vitia ingens et ad similitudinem ingeni sui violentus et qui Pompeianos
spiritus nondum in tanta pace posuisset.

In hoc primum excogitata est nova poena: effectum est enim per inimicos, ut omnes eius libri comburerentur. res nova et inusitata, supplicium de studiis sumi. bono hercules publico ista in poenas ingeni versa 6
10 crudelitas post Ciceronem inventa est. quid enim futurum fuit, si triumviris libuisset et ingenium Ciceronis proscribere? sunt di immortales
lenti quidem sed certi vindices generis humani et mala exempla in caput
invenientium regerunt, ac iustissima patiendi vice quod quisque alieno
excogitavit supplicio saepe imitat⟨ur⟩ suo. quae vos, dementissimi ho-
15 mines, tanta vecordia agitat? parum videlicet in poenas notae crudelitatis est: conquirite in vosmet ipsos nova, quibus pereatis, et si quid ab
omni patientia rerum natura subduxit, sicut ingenium memoriamque
nominis, invenite, quemadmodum reducatis ad [eadem rem] corporis
mala. facem studiis subdere et in monumenta disciplinarum animadver- 7
20 tere quanta et quam non contenta cetera materia saevitia est! di melius,
quod eo saeculo ista ingeniorum supplicia coeperunt, quo ingenia de-

1 tribueret *ex* -uerit **M**² | antque **AB** || 2 primus **AB** | possit **B** || 3 tibi **AB** || 4 possim **B** | laniabat *ex* -bant **M**² labiabant **α** | Rabienus *ed. Herv.* rabies **α** *om.* **M** | vocaret **A** vagaretur **M** | inter] per **M** || 5 violentes *a. c.* **B** | et *om.* **α** ut *dubit. Müll.* || 6 spiritos *a. c.* **M** || 7 in hunc **V**, *et acc. expectaveris, cf. Rhet. Her. IV 8, 12 init.; Cic. Rosc. 70; pro Rab. perduell. 28* | per inimicos *om.* **M** || 8 eius ut omnes libri **α** | comburerentur] incenderentur **M** | invisitata **AB**, *edd. plerique* instituta **M** || 9 simi **M** *corr.* **M**³ | hercule supplicio **M** | ingeni versa (*sed* vorsa *scr.*) *Birt, Das antike Buchw. 374* (*cf. l. 11* ingenium ... proscribere) ingeniosa **αM** ingeniorum versa *Wachsmuth, edd.* ⟨ingeni⟩ ingeniosa *Castiglioni* ⟨ingeniorum⟩ ingeniosa *Walter coll. i. a. Ov. Trist. II 342* || 10 cyceronem **B** | futura **A** futurum *bis a. c.* **M** | triumviri *ex* -ris **M**² || 11 libuisset] libros et (-ros *ras.* **M**², *ut vid.*) **M** | cyceronis **B** | proscriberent *ex* -ere **M**² | sunt di] fundi **α** || 12 mala *Axelson, Neue Sen.-Stud. 218* (*cf. p. 286, 2*) magna **αM** || 13 invenientium] -ni- *et* -um *ras.* **M**³ | regerent **V** regesserunt **M** *corr.* **M**³ | iustissimam pacienti **A** | quo **M** || 14 imitatur *scripsi* emittat **α** excipiat **M** expiat **M**³, *edd.* | quae] de **B** | dementissimi **VM**² -imi d **AB** -ime **M** || 15 vecerdia **M** *corr.* **M**³ | crudelitates **M** *corr.* **M**² || 16 conquirite – pereatis *om.* **α** | vosmet *recc.* vosne **M** | pereatis *recc.* perennis **M** | et] est **M** | ab] ad **M** || 17 sicut **M** si quid **α** || 18 invenit equeadmodum **V** | perducatis **M** | eadem (ean- **VM**) rem (*om.* **M** *suppl.* **M**²) *ut dittographiam vocum* -modum re- *delevi* || 19 mala *om.* **M** *suppl.* **M**² | subderet **M** | displicinarum **BM** | animadvertere **τ** namadv- **AB** adv- **V** animadverteret **M** || 20 saevitiae materia **M** || 21 quo] quod **AB** | desierunt **M**

sierant! eius, qui hanc in scripta Labieni sententiam dixerat, postea viventis adhuc scripta combusta sunt, iam non malo exemplo, quia suo.

Non tulit hanc Labienus contumeliam nec superstes esse ingenio suo voluit sed in monumenta se maiorum suorum ferri iussit atque ita includi, veritus scilicet, ne ignis, qui nomini suo subiectus erat, corpori (5) negaretur. non finivit tantum se ipse sed etiam sepelivit.

8 Memini aliquando, cum recitaret historiam, magnam partem illum libri convolvisse et dixisse: haec, quae transeo, post mortem meam legentur. quanta in illis libertas fuit, quam etiam Labienus extimuit! Cassi Severi, hominis Labieno invisissimi, belle dicta res ferebatur illo (10) tempore, quo libri Labieni ex senatus consulto urebantur: nunc me, inquit, vivum uri oportet, qui illos edidici. monstrabo bellum vobis libellum, quem a Gallione vestro petatis: recitavit rescriptum Labieno pro Bathyllo Maecenatis, in quo suspicietis adulescentis animum illos dentes ad mordendum provocantis. (15)

9 Puto, iam nihil, quod interrogetis, restat. Mvsa rhetor, quem interdum solebatis audire, licet Mela meus contrahat frontem, multum habuit ingeni, nihil cordis. omnia usque ad ultimum tumorem perducta, ut non extra sanitatem sed extra naturam essent. quis enim ferat hominem de siphonibus dicentem 'caelo repluunt' et de sparsionibus 'odoratos imbres' (20) et in cultum virid⟨ar⟩ium 'caelatas silvas' et 'in picturam nemora surgentia'? aut illud, quod de subitis mortibus memini eum dicentem, cum vos me illo perduxissetis: quidquid avium volitat, quidquid piscium natat, quidquid ferarum discurrit, nostris sepelitur ventribus. quaere nunc,

1 hunc **A** | sentiam **M** *corr.* **M**^{3} || 1–2 Labieni – scripta *om.* α || 2 adhunc **M** | exempla **A** | suo **M** sunt α || 4 monimenta **AB** | indudi **AB** || 5 nomini *dett., recc.* -ine α**M** || 6 negit **A** | finibit sanctum **B** | sepelivit] se flevit **M** || 6–7 non finivit – recitaret *om.* **A** || 7 patrem **AB** || 8 convolvisse (*omisso* et) α cum volvisset **M** comvolvisse et **M**^{3} || 10 labieni α | amicissimi **V** | velle **AB** | res ferebatur **M** rebantur **AB** recitabantur **V** || 11 tempore] in t. **M**^{3} | quod **M** *corr.* **M**^{2} | senatus consulto] s̄ c̄ **B** sunt con **A** s̄ con **V** *del.* **M** || 12 illo se (sed **B**) didici **AB** | edici *a. c.* **M** | bellum *post* vobis *hab.* **M** *del. Kiessl., fort. recte* || 13 que **B** | gallieno **M** | pietatis **A** || 14 babat hillo **B** batillo **M** | Maecenatis *Lipsius* -natae α -nate **M** | quos **M** *corr.* **M**^{2} | supicietis **B** suppletis **M** | animam **M** || 15 provocatis *a. c.* **M** || 16 *ante* puto *notam* K *hab.* α | *illud* autem, *quod ante* puto *hab. edd. plerique et cuius causa* nunc *supplent, in libris non extat* | nihil] mihi **M** || 17 soletis **M** | meus] melius α | contrabat **V** || 18 nihil] minus **M** | visque **A** | ultimam **M** *corr.* **M**^{3} | tumurem **A** || 19 extra^1 *ex* ultra **V** | esset **M** || 20 simponibus **A** sip- **M** *fort. recte* | replunt **AB** -pleunt **M** *corr.* **M**^{2}, **M**^{3} | et *om.* **M** | odorator (-ori **V**) simbres α || 21 viridarium *Kiessl.* viridium α virilium **M** | caelata **AB** calatas **M** | pictura **V** || 22 subitiis **M** *corr.* **M**^{2} | mortibus *ed. Frob.* montibus α molibus **M** | memini] nemin **V** *om.* **M** || 23 avium – quidquid^2 *om.* α || 24 quidquid ferarum *om.* **M** *suppl.* **M**^{2} | tepellitur **AB** deponitur **V** | quaere] que **AB** qui **V**

cur subito moriamur: mortibus vivimus. non ergo, etiamsi iam manu 10
missus erat, debuit de corio eius nobis satis fieri? nec sum ex iudicibus
severissimis, qui omnia ad exactam regulam redigam. multa donanda
ingenis puto, sed donanda vitia, non portenta sunt. si qua tamen tole-
5 rabiliter dicta sunt, non subtraham, licet non [plura] ⟨multa⟩ videantur;
⟨plura⟩ vos subiciatis.

MOSCHVS non incommode dixit sed ipse sibi nocuit, nam dum nihil
non schemate dicere cupit, oratio eius non figurata erat sed prava.
itaque non inurbane PACATVS rhetor, cum illi Massiliae mane occurrisset,
10 schemate illum salutavit: poteram, inquit, dicere: ave, Mosche. ipse ab
eloquentia multum aberat; natus ad contumelias omnium ingeniis
inurendas nulli non impressit aliquid, quod effugere non posset. ille 11
Passieno prima eius syllaba in Graecum mutata obscenum nomen im-
posuit; ille Sparso dixit scholam communem cum rhetore quodam,
15 ⟨declamatore subtili sed arido,⟩ habenti: tu potes controversiam in-
tellegere, qui non intellegis te laterem lavare?

SPARSVS autem dicebat valenter sed dure. ad imitationem se Latronis
derexerat nec tamen umquam similis illi erat, nisi cum eadem diceret.
utebatur suis verbis, Latronis sententiis. cum BASSO certamen illi fuit, 12
20 quem vos quoque audistis, homine diserto, cui demptam velles quam
consectabatur amaritudinem et simulationem actionis oratoriae. nihil
est indecentius, quam ubi scholasticus forum, quod non novit, imitatur.
amabam itaque CAPITONEM, cuius declamatio est de Popillio, quae

1 cur] cum **V** | etiamsi] ec si **M** || 2 satis *ex* salutis **V** | nec sum] nunc sunt **M** || 3 qui omnia ad *om.* **M** | extam **A** | redigam **V** -dicam **AB** -dicant *ex* -ducant **M** reidicant **M**[3] derigam *Kiessl., C. F. W. Müll.* dirigant *Born., et fort. plur.* redigant *legendum* || 4 ingenuis **V** ingenus **M** | portanta **A** || 5 sum **AB** | subtrahant **M** | licet *om.* **M** | multa *supplevi et* plura *transposui* || 7 Moschus *Burs.* oscus **αM** | commadae **M** *corr.* **M**[2], **M**[3] || 9 masilia **M** -liae **M**[3] || 9–11 mane – contumelias *om.* **M** *suppl.* **M**[2] || 10 schematem **M**[2] | inquit] quidem **M**[2] | ave **M**[2] habe **α** | Mosche *Burs.* osce **α** osci **M**[2] || 11 eloquentiam **A** | haberat **B** | contumelia **M**[2] *corr.* **M**[3] | somnium **M** || 12 inurgendas (-guen- **V**) **α** | pressit **B** | effugire **M** *corr.* **M**[2] | possit **B** || 13 Passieno *dett.* Passennae (-nne **M**) **αM** | primam **V** | sillav **A** syllav **B** syllabam (in *omisso*) **V** | multutam **AB** mutuatam **V** | *post* imposuit *hab. codd.* declamatori subtili (subti **A**) sed arido, *quae post* quodam *l. 14 posuit et* declamatore *scr. Gertz* || 14 sparsam **V** sparto *ex* -so **M**[3] | cholam **α** | quedam **A** || 15 *cf. adnot. ad l. 13* | habent **M** || 16 intelligis *ex* -git **A** -leges **M** | laterem **M**[3] **D** *recc.* -ere **αM** | lavare **D** *recc.* adevare **A** aclevare **BV** levare **M** || 17 Sparsus *recc.* -sis **α** -rtus **M** | valenter **M**, '*fort. recte' Müll. et praetulit Fairweather 372 coll. p. 213, 30* violenter **α** || 18 direxerat **V** dixerat **M** duxerat **M**[3] | ne **M** *corr.* **M**[3] | tam **V** | eadem] ad eandem **M** | dicerem **AV** -eremus **B** || 19 utedabatur **AB** ditabatur **V** | illo *a. c.* **V** || 20 hominem **αM**[3] | dissertum *ex* -rto **M**[3] | vellis **M** || 22 forum *om.* **M** || 23 declamatio est] -ionem **A** | pupillio **V** popilio **M** | haec quae **M**

†misero† Latroni subicitur: bona fide scholasticus erat, in his declamationibus, quae bene illi cesserunt, nulli non post primum tetradeum praeferendus.

13 Primum tetradeum quod faciam, quaeritis? Latronis, Fusci [cesti], Albuci, Gallionis. hi quotiens conflixissent, penes Latronem gloria fu- 5 isset, penes Gallionem palma. reliquos ut vobis videbitur componite; ego vobis omnium feci potestatem. hos minus nobiles sinite in partem abire, PATERNVM et MODERATVM, FABIVM et si quis est nec clari nominis nec ignoti.

Cum vobis ad satietatem vestram me praestiterim, permittite [me] 10 mihi et aliquos, quos non nostis, ex sinu proferre; quibus, quominus ad 14 famam pervenirent, non ingenium defuit sed locus. bene declamavit GAVIVS SILO, cui Caesar Augustus, cum frequenter causas agentem in Tarraconensi colonia audisset, plenum testimonium reddidit; dixit enim: numquam audivi patrem familiae disertiorem. erat, qui patrem 15 familiae praeferret, oratorem subduceret: partem esse eloquentiae putabat eloquentiam abscondere.

Solebat declamare studiose et TVRRINVS CLODIVS, cuius filius fraterno vobis amore coniunctus est, adulescens summae eloquentiae futurus, 15 nisi mallet exercere quantum habet quam consequi quantum potest. sed 20 Turrinus pater [et clodius] multum viribus dempserat, dum Apollodorum sequitur ac summam legem dicendi sectam putat. tantum tamen superfuit illi virium, quantum valeret, etiam cum aberrasset: sententias di-

1 misero] magistro *nescioquis* (*non* **D**², *ut autumat Müll.*), *Hoffa, discipulum Latronis Capitonem fuisse suspicatus* mire nostro *Gertz* sine ratione *dubit. Müll.* immerito *Born.* | subidcitur **AB** -iciuntur **M** || 2 quae] ubique **M** | cesserant **M** || 2–3 primum – referendus *bis scr.* **A** *corr.* **A**² || 3 referendus *α* || 4 tetradacum quo **M** | faciam *in* facuam *corr.* **M**², *in* fauam **M**³ | latrones **M** *corr.* **M**³ | cesti *del. Pincianus* cessi **A** certi **B** caesti **M** || 5 hi *in* hyi *corr.* **M** | cotiens **B** | confluxissent **M** | pene **A** || 5–6 Latronem – penes *om. α* || 6 galionem **BV** | nobis **M** | videbatur *a. c.* **V** videtur **M** | componite *om. α* || 7 hos] ho **A** hoc **BV** | noviles **AB** | inite **M** *corr.* **M**³ || 8 dari *α* || 10 vobis *τ* bovis **A** bonis **BV** vis **M** vix **M**³ | me¹] ne **M** nec **M**³ | me² *del. Madv.* || 11 aliquos quos] quos *om. α* alios quos *dett.* | exinu **A** ex sino **M** *corr.* **M**³ | cominus **M** || 12 famem pervenerint **M** || 13 gravius **BM**² gabius **V** | cui silo (sy- **B**) cui *α* || 14 terracinansi **M** -nensi **M**³ | vidisset **M** || 15 non numquam **V** | disertiorum **M** *corr.* **M**², **M**³ || 15–16 disertiorem – familiae *om. α* || 16 praefereet **M** *corr.* **M**² | oratori **M** | subducebat **AB** -ducabat **V** | patrem **AM** || 18 et *om.* **M** | tyrrinus **M** | fraterno] frater non **AB** pater non **V** || 19 amare *α* | suma **M** sumae **M**³ || 21 pater et *om.* **M** | et (e **AB**) clodius *del. Burs.* | demserat **A** deserat **B** *et* (*ex* -erant) **V**² demiserat **M** | apollodorus **AB** appollodorum **V** || 22 sequiar **M** *corr.* **M**² | ac *Kiessl.* ad **AB** a **V** et ad **M** et **D** | summa **A** | dicendi sectam putat **M** *teste Müll., et coni. Madv.* dicendis eam putat *α* dicendi se (*ras. 4 litt.*) imputat **M**³ | tamen *om.* **A** || 22.23 illi superfuit **M** || 23 etiam cum aberrasset *scripsi partim praeeunte Madv., qui* ⟨ut,⟩ qu. v., etiamsi aberrasset, ⟨sentires⟩ *prop.* etiam narrabesset *α* etiamsi ars abesset **M**, *edd.*

cebat excitatas, insidiosas, aliquid petentis. numquam non de colore
Latroni controversiam fecit. Latro numquam solebat disputare in con-
vivio aut alio quam quo declamare poterat tempore. dicebat quosdam
esse colores prima facie duros et asperos; eos non posse nisi actione ad-
5 probari. negabat itaque ulli se placere posse nisi totum; nosse enim se et
suas vires et illarum fiducia aliis metuenda et praerupta audere. multa
se non persuadere iudici sed auferre. Turrinus contra nihil probare nisi 16
tutum, non quia imbecillus erat sed quia circumspectus. causas nemo
diligentius proposuit, nemo respondit paratius. et pecuniam itaque et
10 dignitatem, quam primam in provincia Hispania habuit, eloquentiae
debuit. natus quidem erat patre splendidissimo, avo divi Iuli hospite,
sed civili bello attenuatas domus nobilis vires excitavit et ita ad summam
perduxit dignitatem, ut, si quid illi defuerit, scias loco defuisse.

Inde filius quoque eius, id est meus – numquam enim illum a vobis
15 distinxi – habet in dicendo conservatam paternam diligentiam, qua vi-
res ingenii sui ex industria retundit. hoc et in ipso genere vitae sequitur
ad summa evasurus iuvenis, nisi modicis contentus esset; et ideo dignus
est, cuius tam modestis cupiditatibus Fortuna praestet fidem.

Horum nomina non me a nimio favore sed a certo posuisse iudicio
20 scietis, cum sententias eorum rettulero aut pares notissimorum auctorum
sententiis aut praeferendas.⌉

⌈INIVRIARVM SIT ACTIO. Quidam, cum haberet filium et divitem inimi- 1 E
cum, occisus ⟨in⟩spoliatus inventus est. adulescens sordidatus divitem
sequebatur. dives eduxit in ius eum et postulavit, ut, si quid suspicare-

1 indisidsosas **V** insidias **M** | potentes **M** | numquam non] nonnumquam *Madv., fort. recte* non *om.* **BM** || 2 fecit] ret **M** feciret **M**^{2} *corr.* **M**^{3} | latronum (*del.* **M**^{3}) quam **M** | convio **A** || 3 alio quam *Pincianus* aliquam α**M** | quo] quod α || 4 facies **AB** | duros et asperos *recc.* duros peros α duro sed asperos **M** -ros sed a. **M**^{3} | nisi *om.* **M** | adprobari **M** probari α || 5 negabat] negaba nisi ac α | illi α | se^1 *om.* **M** | ni **B** | nosse enim *Müll.* nossent α**M** | et (eis **M**) *del. Kiessl., Madv.* semet *Müll., sed* -met *apud Sen. sic non ponitur, cf. Novák 1895, 306* || 6 tuus **A** utas **B** | fudutia **A** | aliis] abs **A** | metuanda *a. c.* **A** || 7 cotra **A** || 8 totum **V** | tutum non] tutuno **M** *corr.* **M**^{3} | erat] seras **M** *corr.* **M**^{3} | causae **M** || 9 diligentius – nemo *om.* α | posuit *a. c.* **M** | paratus **AB** || 10–13 quam primam – dignitatem *om.* α || 10 primam *Gron.* -mum **M** || 12 domus nobilis *recc.* -mos nobiles **M** | exicitavit **M** *corr.* **M**^{3} | summum *ras.* **M**^{3} || 13 quis α | ille **M** *corr.* **M**^{3} | defuerit *Gertz* deberet α defuit **M** | locum *edd. plerique* | defuisse] fuisse α || 14 quoque *om.* α | id *ex* sid **M** | a *om.* α || 15 conservatam *scripsi* controversiam α *om.* **M** | paternam *om.* α || 16 ingenii sui *om.* α | ex *ras.* **M**^{3} | et *del.* **V**^{2} | vitae genere **M** | sequentur **AB** || 17 summam **M** | summae vasurus **AB** | et *om.* α || 18 modestius α | fortunae **V** || 19 nomina] omnia **M** | a nimio favore] animo maiore **M** | potuisse **M** || 20 retūlero **A** retulero **BV** | auctorem α || 23 inspoliatus τ spol- α exspol- **E** (*sed* ex- *add.* **M**^{3}) || 24 postolavit **A**

tur, accusaret se. pauper ait: 'accusabo, cum potero'⌝ et nihilominus sordidatus divitem sequebatur. ⌜cum peteret honores dives, repulsus accusat iniuriarum pauperem.⌝

1 E VIBI GALLI. ⌜Gratias ago diviti, quod quos odit iam reos facere contentus est.⌝ Interdiu nobis publico interdicitur; quaerite, quid nocte fiat. ⌜'Non ambulabis', inquit, 'eadem via qua ego, non calcabis vestigia mea, non offeres delicatis oculis sordidam vestem, non flebis invito me, non tacebis'; perieramus, si magistratus esset.⌝ 5

ALBUCI SILI. ⌜Quod sordidatus fui, luctus est; quod flevi, pietatis est; quod non accusavi, timoris est; quod repulsus est, vestrum est.⌝ Non taceam, qui adhuc vivo quod tacui? Nostis populi loquacis suspiciones: 'quare iste ⌜honores illo vivo numquam petit?⌝' Ego vero omnes [quero omnes] ⟨precor,⟩ ut me in inquisitionem paternae mortis adiuvent. et ad tua genua, dives, venissem, nisi timerem, ne invidiam tibi fieri diceres. et iam pridem hoc animo sequor: occasionem loquendo capto, nec mehercules possum dicere inhumanitate tua fieri, quod non audeo, E sed ⌜vitium me meum sequitur: taceo. utinam hoc vitium habuisset et pater!⌝ dum libere loquitur, multos offendit; neque enim, puto, te solum in civitate habuit inimicum. Vt iste ait, 'causam meam populo probavi'. 10 15 20

2 E IVLI BASSI. ⌜Quando⌝ autem istis divitibus ⌜non sordidati sumus? 'Accusa' inquit: pauper divitem⌝, lugens candidatum ego accusem? ⌜ambulare mihi meo arbitrio non licet.⌝ In ius vocavit: ⌜'reum' inquit 'me perage, perora'. quis haec loquentem auderet accusare? 'Cur me' inquit 'sequeris?' quasi aliud iter pauperes, aliud divites habeant.⌝ 25

CESTI PII. Non essem reus, si accusare possem. barba demissa, sordidatus cum criminibus meis ad vos veni. Omnia licet fiant, non desinam inquirere percussorem; et fortasse iam inveni. Cum subito pater meus in

2 sordidus *a. c.* **V** || 4 vivi *α* || 6 non[1]] nam **V** || 7 offeret **AB** | dilicatis **B** | osculis **A** || 8 si hic magistratus **E** (*et sic edd. recc.*) si magis iratus *α* || 9 fui] sic fui **A** sit fui **B** | est[1] *ex* erat **A** | quod[2]] quo **B** | pietas **V** || 11 suspicionis **A** || 12. 13 quero omnes *ut dittographiam del. Novák* quaeso, omnes (homines *Kiessl.*) *edd., sed illud* quaeso *recte damnavit Novák* || 13 precor *supplevi* ⟨rogo⟩ *Novák* | inquisitione *Burs.* || 15 loquendi *Ahlheim, Müll., sed cf. ThLL 9, 334, 24sqq.* || 17 utinam *dett.* unam **AB** *in* **V** *post* taceo *legitur* hoc vitium hoc unum habuisset *etc., sed* hoc[2] *del.* || 18 eloquitur **A** leloquitur **B** | enim *om.* **V** || 19 istis *τ* scis *α* || 22 lugens *Kiessl.* egens *α* || 24 perege **B** | accusaret **A** aecusare **V** || 25 habent **AB** (*et* **E**, *ubi tamen praecedens* quasi *deest*) || 27 certi **B** | accusare *Burs.* -sassem *α* | possem *del.* **A**[2] *om.* **V** | barra **A** || 28 cum *om.* **B** | cum criminibus] *i. cum barba demissa et veste sordida* | licet **D** -cent *α* | desinant *a. c.* **B** || 29 inquirequere **AB**

media civitate – quid me intueris? quid observas, quid dicam? – subductus est.

ARELLI FVSCI. Incedere magno comitatu, splendido cultu non est for- 3 tunae meae; ista divites possunt. satis est, si vivimus. Cum ⟨in⟩spoliatum 5 cadaver [meum] inventum sit, quis fuerit percussor, nescio; ⌜quisquis E fuit, quasi dives spolia contempsit.⌝ 'Quare' inquit 'me sequeris per publicum?' facinus indignum commissum est: dives et pauper eadem via incessimus.

MOSCHI. 'Accusa' inquit; ubi est, qui primo coeperat [acceperat]? 10 Vellem pater meus quoque a te non discessisset: viveret. 'Quare' inquit 'me reum non facis?' qui⟨a⟩ accusatorem me non times. ⌜Mortuo patre – E timeo [mi] enim, ne quis sibi iniuriam fieri putet [et], si dixero 'occiso'.⌝ Occisus est pater meus; a quo, si permittitis, nescio.

IVNI GALLIONIS. ⌜'Sordidatus es', inquit 'fles'; quid aliud facere pos- 4 E 15 sum filius occisi pauperis?⌝ pater meus in media civitate salvis legibus occisus est: quis hoc sine lacrimis narrare possit? non deponam has sordes, nisi invenero, cui induam. Quis occidit patrem meum? nescio. nihil amplius testari potes quam hanc vocem meam. adhuc nescio; delibero interim et illam induo vestem, quam patri meo reliquit percussor. 'Cur 20 me sequeris?' magistratus post terga sua non summovent.

FVLVI SPARSI. ⌜Quid iste accusanti fecisset, qui persequitur tacentem?⌝ 5 E ⌜'Cur non agis?'⌝ quia vis tecum agi. Numquid nunc tibi iniuriam facio ⌜sordidatus? quod reo licet, lugenti non licet?⌝ Quid potui patri meo minus praestare? in honorem eius vestem mutavi.

25 ARGENTARI. Non vis patrem meum fleam? lacessere nos ultro non solebas.

CLODI TVRRINI patris. 'Quare' inquit 'sordes sumpsisti?' quid ergo? [non] ⌜ne lugebo quidem quem vindicare non possum?⌝ nulli iniuriam E facio nisi patri, quem adhuc tacitus fleo.

1 medias civitates **AB** || 3 comitatus **AB** | speldido **B** || 4 inspoliatum *τ* spol- *α* || 5 meum *del. Wb., def. Gron.* (*'affectus ergo'*) | quis] quid **AB** || 6 dive **V** || 7 facinus **D** fusc- **AB** fasc- **V** | via] vestigia **BV** || 9 Moschi *Baumm* osci **AV** oscia **B** | acceperat *del.* **A**² || 10 Vellem *e. q. s.*] *cf. p. 294, 20 sqq.* || 11 non¹ *om.* **V** | quia *τ* qui *α* | patre meo **E** || 12 mi (mihi **V**) *del. τ nec hab.* **E** (metuo enim, ne) | mi enim *del.* **A**² | et *deest in* **E** | occiso *del.* **A**² -cisi **B** -cisum **E** || 14–15 quid – filius **E** *om. α* || 15 occisi pauperis **E** hoc (ho **B**) dicis pauperis occisi pauperis (pauper **V**) es *α* || 18 testari *ed. Frob.* stari **AB** testare **V** | possum **V** | adhuc *ed. Herv.* adhunc **AB** at hunc **V** || 19 interim *ex* inquit **V** | induo *scripsi* -duam *α*, *quo servato* cui *pro* et *Müll.* || 20 posterga *α* || 21 quid] quod **AB** | quis **AB** || 22 cor **AB** | quia vis tecum agi] quia adeo non metuis, ut cogas **E**, *et fort. haec verba post* agi *addenda sunt* || 23 lugenti *τ* luc- *α* | patre **B** || 25 solebas *Burs.* -ebat *α* || 27 dodi **A** | patris] p; **A** p. **BV** | quere **A** quaere **B** || 28 non *del. τ* | undidicare **V**

6 Porci Latronis. Cuius inter necessarium ita crudeliter interempti
patris dolorem nihil fortius est quam quod gemit. 'Accusa' inquit 'me';
E unde tam securus es? invenisse videris, quis alius occiderit. ⌜Non erat
praeda, quam grassator sequeretur, sed erat summa virtus⌝, sed erat
firmissimum inopiae munimentum, ⌜contumax adversus fastidium divi- 5
tiarum innocentia. haec ab inimico spolia petita sunt.⌝ Nescio quomodo
miserum esse inter miserias iuvat, et plerum⟨que⟩ omnis dolor per lacri-
mas effluit. Nimium funere nostro exultat: non solebat vivo illo provo-
care nos, ut reus fieret. Si quis omnium mortalium miserrimi inter
necessarias super occisum patrem lacrimas ita creditam adhuc inertiam 10
miratus est, in hac indignitate praesentis periculi omnem suam ponat
admirationem: si pauper accusandi divitis animos non sumpsit, mira-
7 mini? quia tacet, reus est! Per has lacrimas, per hunc squalorem, per
haec necessaria omnibus periclitantibus instrumenta non invidiosum
vestrae misericordiae praemium petimus, ut absoluto sic esse tamquam 15
reo liceat. Potens iste et gratiosus, ut ne ipse quidem negat, dives fuit,
et qui nihil umquam putaret sibi timendum, etiam [a] reo. crescere deinde
in dies odium alterius impotentia, alterius libertate. dives nihil aliud
quam nos pauperes aestimare, nos nihil aliud quam innocentes, inter
E cotidianas acies semper invicti. ⌜quis de nostra interim morte cogitaverit, 20
nescio; quod dissimulari non potest, scio, quis optaverit.⌝ Venit iste cum
turba clientium ac parasitorum et adversus paupertatem totam regiam
suam effundit: 'cur me non accusas, non postulas?' vix temperabat, quin
diceret: 'quid ego in te accusatorem non audeam, qui occidendum curavi
eum, qui tantum mecum litigaverat?' 25

8 Civitates plerumque finitimae inter repentinam discordiam bello tu-
ment. inter civilia certamina tantum in ultionem satis est, quantum quis-
que ad male dicendum occupavit. Macerio qua violentia in absentiam

1 inter *om.* **V** | empti **AB** || 2 fortus *vel* -tiis **A** -tiis **B** || 4 praeda] in illo praeda **E**, *edd. plerique* | summa virtus sed erat *om.* **V** | summa **E** unima **A** um ma **B** | virtus **E** vp̄rtus **A** v p̄ r̄ tus **B** | sed erat unima vp̄rtus *del.* **A**^{2} || 5 firmissimum *ex* finitissimus **V** | inopiae *Kiessl.* inoti **AB** ignoti **V**, *quod ut = 'ignobilis' retinere voluer. Schult., Watt per litteras* | monimentum **α** || 6 inimico spolia petita **E** -cos spoliaret ita **α** || 7 interdum **V** | miserias *Burs.* -ia **α** | -que *suppl. dett.* || 8 effuit **AB** || 9 miserrimi *Burs.* misereamini **α** || 10 inherciam **A** || 12 si] suam si **B** || 14 invidiosus *a. c.* **V** || 16 potens **D** potest **α** | ut *Gertz* et **α** et ⟨quod⟩ *dett.* [et] quod *vel* id quod *Müll.* | dive **V** || 17 a *del.* **τ** | orescere **A** || 18 impotentia alterius *om.* **A** | aliud] ut **AB** || 19 aestimare **D** -aret **α** exist- *edd. sine causa* || 20 quis **E** qui **α** quid *Burs.* | interim **D** im **A** in **B** inter in **V** | morte *dett.* -em **α** || 21 nescio *coll.* **E** (scire non possum) *vulg.* -scite **α** | quis **E** quid **α** || 22 ream **A** || 23 cur *dett.* cum **α** | postolas **A** | via temperabas **AB** || 24 non *om.* **AB** || 26 tumen **A** || 28 Macerio *Ruhnken* m. cicero (cy- **B**) **α** | qua violentia *ed. Herv.* quia violentiam **α**

Metelli strepit! M. Cato Pulchro obiciente furtorum crimina audivit. quae maior indignitas illius saeculi esse potuit quam aut Pulcher accusator aut reus Cato! in Cn. Pompeium terra marique victorem fuit qui carmen componeret, uno, ut ait, digito caput scalpentem; fuit aliquis, qui
5 licentia carminis tres auratos currus contemneret! M. Brutus atrocissima eum eloquentia lacerat, cum quidem eius civili sanguine non inquinatas solum manus sed infectas ait. atque ille tamen, cum tres consulatus ac tres triumphos scinderet, adeo non timuit, ne esset reus, ut etiam disertus esse curaverit. solus hic est in nostra civitate innocentior Catone, no-
10 bilior Metello, Pompeio fortior.

LATRO sic divisit: an in re iniuria sit. nulla, inquit, iniuria est. sordi- 9 datus sum; ⟨nonne omnes lugentes? te secutus sum;⟩ quam multi faciunt! omnia iniuriae genera comprehensa sic: pulsare non licet, convicium facere contra bonos mores non licet. (Hoc loco SCAVRVS dixit: nova for-
15 mula iniuriarum componitur: 'quod ille contra bonos mores ⟨tac⟩uit'.) etiamsi in re iniuria est, an, si non malo animo facit, tutus sit; an malo animo faciat. hoc Latro in duas quaestiones divisit: an, si credidit ab hoc patrem suum occisum et propter hoc secutus est, ignoscendum illi sit. deinde, an crediderit.

20 GALLIO illam fecit primam quaestionem, an, quod licet cuique facere si facit, iniuria⟨ru⟩m non teneatur. licet, inquit, flere, licet ambulare qua velis, licet vestem quam velis sumere. nihil, inquit, licet in alienam invidiam facere. sordidatus es: non queror, sed si sordes tuae invidiam mihi concitant, queror.

25 De colore quaesitum est: quidam aperte invecti sunt in divitem, qui- 10 dam ex toto nihil dixerunt, quidam secuti sunt mediam viam. cum praeter haec nihil sit, LATRO volebat videri invenisse quartum genus,

1 Metelli **D** eteli *α* | strepuit *dub. Müll., sed cf. l. 6* lacerat (*ubi idem dubit.* laceravit) | M.] m̃ **A** | puchro **B** || 2 esse *om.* **A** | aut] ut **A** || 3 aut] a **A** an **B** | *cf. p. 196, 10sq.* | in Cn.] IN͡C n̄ (= non) **AB** INC̄ N̄ **V** | poinpeium **B** | camen **B** || 4 scalpantem **B** || 5 auctores **B** aurotos **V** | currus **D** curr **AB** curr̄ (= currunt, *ut vid.*) **V** | Brutus atrocissima *Gertz* (atrocissime *Schult.*) bruti (-tis **B**) sacratissimi (acr- **B**) *α* Bruti sacratissima *Madv.* || 6 eum eloquentia *Gertz* neloquentia (-iam **V**) *α* ⟨va⟩niloquentia *Jahn* | licerat **B** | quidam **V** || 7 manuis **AB** || 8 esset] esse **V** || 9–11 -verit solus – sic *om.* **A** || 11 ⟨si⟩ sordidatus *Gertz* || 12 nonne – secutus sum *supplevi* || 13 sic *scripsi* sit *α* sunt *τ* | ⟨lege⟩ comprehensa sunt *Burs.* | convivium **A** || 14 dixi **B** || 15 ille illi **AB** illi **V** iste **D** ille nihil (*et post* fecit) *Burs.* | bonus **V** | moros **B** | tacuit *Madv.* uit **AB** fuit **V** flevit *Morgenstern* || 19 credidit **V** || 20 prima **V** || 21 iniuriarum *τ* -iam *α* -iae *Burs.* || 22 licet vestem quam velis *om.* **A** | ⟨sed⟩ nihil *Faber* | licet² *Faber* ut et *α* | alienam *Faber* -num *α* || 23 invidiam¹ *Gron.* -iuriam **AB** -iuriarum **V** || 25 quidam¹] quid tam **AB** || 26 quidam] quam **AB** || 27 propter **AB** | volebat *ed. Rom.* sol- *α*

ut hoc modo in divitem diceret: tu quidem non fecisti, sed tamen ego habui causas, propter quas possem decipi et de te aliquid frustra suspicari: quia inimicus eras, quia inspoliatus pater inventus est, et cetera. hoc est autem medium illud genus nec dimittendi divitem nec accusandi; nam et dimittere non debet quem distulit et accusare propter hoc ipsum 5 non debet, quia distulit.

11 ALBVCIVS nihil dixit in divitem; hoc colore declamavit: committit, in-
E quit, iniuriam, si quem non postulavit accusat. ⌜'quare' inquit 'sequeris me?' ut aliquando mei miserearis, ut desinas afflictam domum persequi⌝, ut scias me in ⟨hoc⟩ habitu accusare non posse, ut concupiscas gloriam 10 vindicatae mortis: tu solus potes, si voles, invenire, quis occiderit, tu accusare. 'at me quidam propter hoc suspectum habent'. potes discutere
E istam suspicionem: quaere, quis fecerit. ⌜'ut scias' inquit 'te invidiam mihi facere, cum dixissem: 'accusa me', non negasti⌝ te accusaturum ⌜sed respondisti: 'accusabo, cum potero.'⌝ ignosce mihi; non magis 15 quemquam adhuc accusare possum quam absolvere. quaero, quis fecerit.
E 'haec levia argumenta sunt.' vana sunt quae alios tangunt, quod ⌜inimicus es, quod ille inspoliatus inventus est? non est, quare accusem; est, quare suspicer.⌝

12 RVFVS VIBIVS hoc pro colore posuit: sordidatus sum; lugeo. sequor te; 20 ut tutior sim. timeo nescioquem illum, qui patrem meum occidit. scio me, quamdiu tecum fuero, perire non posse.

Dum hunc colorem sequitur MVRREDIVS, ineptissime dixit: quare te sequor? pater meus, quia solus inambulabat, occisus est.

MOSCHI color non placebat Gallioni: sequor, inquit, ut inveniam, quis 25 fecerit. hoc mecum cogito: quisquis est ille qui fecit, volet hoc inimico imputare; ad divitem veniet. multo, inquit, hoc iniuriosius est, si inquirendi causa facit, si non tantum in convicium sed periculum divitis sequitur.

GALLIO subtiliter agendum putavit et ad positionem controversiae 30 colorem actionis derigendum, ut diceret: suspicor a te patrem meum occisum. quis enim illum alius magis oderat, quis tam potens alius est?

3 pater *Kiessl.*, *Madv.* pauper **α** || 5 dimitteret **AB** || 7 arbucius **V** || 8 iniuriam **τ** -iarum **α** | quem *ex* quidem **V** || 9 me *om.* **A** | aliquado **A** || 10 hoc *suppl. dett.* | posset **AB** || 11 petes **AB** || 12 ad **AB** | quidem *a. c.* **V** || 13 quaerere **B** | in invidiam **AB** || 16 qua **AB** | absolvere **D** obs- **α** || 17 haec — sunt *diviti tribui et l. 18 signum interrog. posui* || 19 supplicer **V** || 20 vivius **α** | pro *om.* **V** || 23 colore **AB** || 24 inambulabat] non a. **V** || 25 Moschi *Baumm* rosci **α** | Gallioni *dett.* -nis **α** | aequor **AB** || 26 meum **A** || 28 sed **τ** et **α** || 30 positionem] = *thema* || 31 dirigendum **AV** || 32 quis tam potens *Burs.* qui inpotens **α** | est **D** es **α**

vestem sine dubio ille nescioquis percussor concupierat. dicet aliquis: 'quid ergo? si inimicus est, protinus interfector est?' non; ideo non accuso.

HISPO ROMANIVS palam accusavit et dixit non causam sibi desse sed vires, et hanc sententiam in prooemio magno cum adsensu hominum dixit: ⌜eum accusatorem habeo, qui se reum non esse miratur.⌝ 13 E

BASSVS IVLIVS in hac controversia dixit: 'quare me sequeris per publicum?' facinus indignum, iudices, factum est: pauper et dives [ex] eandem terram calcavimus! consectari autem solebat res sordidas et inveniebat, qui illas unice suspicerent. memini illum declamantem [declarasse] controversiam de lenone, qui decem iuvenibus denuntiavit, ne in lupanar accederent, et foveam igne repletam terra superiecta obruit, in quam adulescentibus lapsis et consumptis accusatur rei publicae laesae. audit illum declamantem ALBVCIVS, fastidiosus auditor eorum, quibus invidere poterat; admirabatur hanc Bassi sententiam: non mehercules te ferrem, si canem ad ostium alligasses. (Idem LATRONIS illas sententias aiebat tumidas magis esse quam fortes, ⟨quae⟩ summa hominum admiratione circumferebantur: legunt argumenta patres et ossa liberorum coniectura dividunt. et illam: produc iam sacerdotes tuas. et illam: supra cineres liberorum nostrorum lupanar de⟨di⟩catum est.) ipse autem laudabat haec utique ⟨quae⟩ adaequaret, nam in hac ipsa controversia, ne Bassus videretur aliquid dixisse sordidius, dixit ipse: itane sic peribunt decem iuvenes propter dipondios tuos? 14

EVCTEMON ⟨a⟩ fili parte, cum patrem suum narrasset solum sine co- 15

1 ille *scripsi* (*cf. p. 294, 21* nescioquem illum) illius α alius *Jahn* | concupierat *Kiessl.* -iebat **AB** -iscebat **V** || 2 interfector est] -orē (= -orem *vel* -or est) **AV** || 3 desse *Müll.* (deesse τ, *ed. Rom.*) esse α || 4 vires et *Burs.* vir esset α | haec **A** | proboemio **B** proemio **V** | magno cum adsensu *dett.* -num cum absenso (ads- **B** adsensum **V**) α || 6 hoc controversiai **A** || 7 facimus **B** | ex *del. ed. Herv.* ecce *Otto* | andem **A** eadem **V** || 8 terra calcamus **V** || 9 suspicerent *Schult.* -ciperet α | declarasse (*ex* -clamasse **A**) *del. C. F. W. Müll.* || 10 lelone **AB** | ne *ed. Rom.* de α ut **D** *del. Kiessl.* | accederet **V** || 11 ignem **V** | terra *dett.* -am α | siperiecta **B** || 12 lapsis et **L** lesisset α | cumsumptis **V** | laetae **AB** | audit (*sed* -ivit *scr.*) *Madv.* aut α || 13 albutius **AV** | additor **AB** | eorum (*neutr.*) *Gron.* eum α || 14 admirabantur *a. c.* **A** | bassis **B** | inherculos **A** m hercules **B** || 15 hostium **V** | alligasse **A** -ssēs (= -sses *ex* -ssem, *ut vid.*) **V** | tumidas *dett.* tumsas α || 16 quae *suppl.* τ, *Haase* | admiratione **D** -nem α || 17 circumferebantur τ -batur α | legunt *Lindner, Kiessl.* lugent α | coniecturam **V** || 18 produc iam *Burs.* productam (-ta **V**) α | sacerdotes] *i. meretrices* | tuas *Gertz* tuam α | super **V** || 19 lupunar **V** | dedicatum (*sc. pro ara vel sacello, ironice*) *scripsi* dequantum α adaequandum *Gron. et, puto, vol.* τ, *qui in* adequantum *corr.* ⟨solo⟩ adaequandum *Burs.* ⟨solo⟩ aequandum *Müll.* || 20 utique ⟨quae⟩ *Burs.* uti qua α | adaequaret *dubit. scripsi* docueram α docuerat τ, *edd.* || 21 videretur *Madv.* videbat **A** -batur **BV** | sordidus **AB** | itane sic *Burs.* ita nisi α || 22 dipundios **BV** | dipondiarias tuas *dubit. Burs.* || 23 eucte euctemon **B** | a *suppl. dett.*

mite oppressum et occisum, dixit: *διὰ τοῦτο ἀσφαλέστατόν ἐστιν μετὰ πλουσίων περιπατεῖν.* et idem: *διὰ τί σιγῶ; ὁ πατήρ μου λέγων ἀπέθανεν.*

HERMAGORAS dixit: *κτίσωμεν ἰδίᾳ, ὦ πένητες, πόλιν· οἱ γὰρ πλούσιοι τὴν αὐτ⟨ῶν ***⟩.* illud in narratione: *ὑπὸ τίνος ἀνῃρέθη, οὐκ οἶδα. εἶχεν* 5 *ἐχθροὺς φύσει παρρησιαστὴς κακηγορεῖν δυνάμενος.*

ARTEMON dixit: *ὅταν εὕρω τὸν φονέα, τότ' αὖ γράψομαι· καὶ τότε δή, ἂν εὕρω πένητα.*

2 E ⌜VIR FORTIS QVOD VOLET PRAEMIVM OPTET. SI PLVRES ERVNT, IVDICIO CONTENDANT. Pater et filius fortiter fecerunt. petit pater a filio, sibi 10 cederet; ille non vult. iudicio contendit, vicit patrem. praemio statuas patri petivit. abdicatur.⌝

1 IVNI GALLIONIS. ⌜Dubito, quid de eventu huiusce iudici optem, cum crimen meum sit vicisse.⌝ Videtis, quemadmodum in hoc quoque iudicio opera sua iactet; et miratur quisquam, si hoc patre natus gloriae cupidior 15 est? Faciles habetis partes: viros fortes iungite. Dissidemus, quia nimium similes sumus. Cum exiremus in aciem, aiebat: si adulescens essem, nemo pugnaret fortius. maiorum quoque suorum ⟨gloriam⟩ et virtutes referebat, sed omnibus se praeferebat. Cum ad aetatem tuam pervenero, non contendam cum ullo, quamvis, si exemplum tuum sequi voluero, etiam 20 2 E cum filio contendendum. Quia ⌜patriae iudicium habeo, patris perdidi.⌝ Dicam abdicanti: 'non luxuriabor, non amabo'; hanc emendationem criminum meorum non possum promittere: ⟨'non fortiter pugnabo.'⟩ E ego vero pugnabo et fortiter et fortissime: ⌜vidi patrem⌝ iam senem loricam induentem. multum est ⌜pugnare cum exemplo. Iudicium vocat, 25

1 aIΛ TOYO α || 1.2 *μετα πλουσίων*] uLLeTOY TΛOYCIωN α *μετὰ τοῦ πλουσίου ⟨ὄντι⟩ Gertz* || 2 πePITIaTeIN (TIeTI- **A**) α | ΛIΛ TI CeITω α | *ὁ om.* **B** | TIaTeP α | ΛeTωN α | aTIeΘΛNeN **A** || 4 hermacotas α | IaIΛ ω TIeNHTeC α | nOΛIN **A** πOaIN **B** || 4–5 OI TaP ΛOYCIO TINN α || 5 *αὐτῶν Müll.* aYT α | narrationem **A** | *εἶχεν Schult.* eIXN **AB** eIXH **V** *ἔχει edd. vett.* || 6 CKΘPOYC α | *παρρησιαστὴς Kiessl.* TΛTIΛPHCΛCTHC α | *κακηγορεῖν Thomas* KΛIHTOPeIN *vel sim.* α *κατηγορεῖν Kiessl.* ⟨*καὶ*⟩ *κατηγορεῖν Linde* ⟨*καὶ*⟩ *κακηγορεῖν Gertz, Castiglioni fort. recte* || 7 aitemon **AB** | *εὕρω*] eIPa **A** eIPω **V** | πOT α | *αὖ Burs.* eY α | *δή Burs.* ΛeI α || 7–8 *τότ' εὐθὺ γράψομαι· καὶ τότε δέ, κἂν εὕρω πένητα Gertz* || 10 contendat **B** | a **E** *om.* α | ut sibi **E**, *cf. p. 300, 27* || 11 noluit **E** *et praetulit Gertz* | contendunt **E** || 12 patri **E** pateri α || 13 cum] eum **AB** || 15 iactet *Schult.* -tat α || 15.16 cupidior est] -iorem **A** || 16 partes *ed. Rom.* patres α | dissedemus **A** -sedimus *Schult.* || 17 dsimiles **V** | sumus *dett.* simus α || 18 gloriam *suppl. Müll., pro quo* et *vulg. delent* | suorum tot v. *Gertz, haud male* || 20 exempla *a. c.* **V** | tum **AB** || 21 contendendum *Thomas* conditendam **AB** contendam **V** || 23 non – pugnabo *suppl. Wb. praeeunte Gertzio* || 25 vocat⟨ur⟩ *ed. Herv.*

quo pater et filius spolia contulimus?⌝ Ecce commilito⟨ni⟩ ego tibi
possum cedere, seni non possum. Quod contendi, legis, quod vici, iudi-
cum, quod pugnavi, patris est. Volui cedere. concurrerunt iuvenes, aetatis
causa agebatur. ⌜vici non filius patrem sed iuvenis senem. Ego vici, sed E
5 omnes patri gratulati sunt.⌝ Parui adulescens magnis exemplis: deceptus 3
sum, dum ⌜cogito mecum Horatium Etruscas acies corpore suo summo- E
ventem⌝ et Mucium in hostili ara ma⟨num⟩ urentem et dum te, ⌜Deci,
cogito, qui et ipse noluisti patri cedere.⌝ Transibo in subsellia tua,
complectar invitum. licet repugnes, fortior sum.

10 Fvlvi Sparsi. Necesse fuit mihi fortiter militare: ⌜pugnandum 4 E
habebam non imperatori tantum sed patri.⌝ Si tu vicisses, diceretur:
'patri cessit, abdicationem enim timuit.' Solebas semper optare, ut
contingeret tibi filium habere meliorem. Iudicium vocas duplicem domus
nostrae triumphum?

15 Clodi Tvrrini. Tu Mucio diceres: 'non est, quod ostendas istam ma- 5
num', tu Scipioni post deletam Carthaginem: 'tace'? loquax est virtus
nec ostendit se tantum sed ingerit. Aiunt ecce nunc quidam: 'cessit pater
filio et in hoc abdicat, ut videatur verum fuisse certamen'. Opta, pater,
ut et a nepote vincaris. 'Postea' inquit 'pugnare fortiter poteris'; unde
20 scio? vulneribus me senem feci. Quis te felicior? tu omnes vicisti, te filius.
Quanto honestius modo pater et filius inter se contenderunt, honestiorem
facturus victum uter vicisset! Dubito, quid faciam: taceam? sed silentium 6
videtur confessio. narrem virtutes meas? sed illud quoque mihi novum
accidit, quod uni mihi abdicato eas narrare non ⟨prodest⟩. Processi in
25 aciem coram patre: 'fortiter' inquit 'pugna; turpe est adulescenti vinci
a sene.' ⌜Avidus sum gloriae; hoc si vitium est, paternum est.⌝ Fortis E
sum; numquid improbas, pater? at iam abdicabis, si di⟨xe⟩ro: 'fortissi-
mus sum'. dicam tamen audaciter: 'fortissimus sum' nec timeo in ea
civitate hoc crimen, in qua fortes etiam senes novimus.

30 Ivli Bassi. Ad te quoque ignominiae meae pars redundat: ⌜pudeat te, 7 E
pater, si a filio abdicando victus es.⌝

1 commilitoni *Gertz* comito **AB** amitto **V** commilito (*et* iuveni *pro* tibi) *Burs.* esse commilito *Linde* || **2** iudicum *dett.* pudicum α || **4** aiebatur **B** || **5** parui τ paravit α || **6** cogitem **A** -ite **B** | mecum] aet tum **A** | summoventum *a. c.* **A** || **7** mutium **A** | manum *Burs.* ma α | ruentem **V** || **8** subsellia tua *dett.* -iam tuam α || **9** complector **A** || **10** fulbi α || **11** sed etiam **E** || **12** enim *del. Castiglioni, fort. recte* | solebat **AB** || **15** turini **B** | mutio **B** | ista **V** || **17** sed] non **B** || **20** vicisti] cisti **B** || **21** inte **AB** | contenderant **BV** || **22** facturum **AB** | uter *om.* **B** | dubio **V** | faciam] -eam **A** || **23** virtute **AB** | meas] in eas **V** | illud *dett.* -um α || **24** eas *Kiessl., Madv.* meas α | narre **AB** | non ⟨prodest⟩ *Burs.* non **AB** non concessit **V** | processi **D** -ssit α || **25** patrem **AB** || **25.26** vinci a] vincla **AB** || **27** nunc quid α | ad **AB** | dixero *C. F. W. Müller, Madv.* diro **AB** viro **V** || **27.28** fortissimo sum fortior **V** || **28** tam **B** | timeam in eam **B** || **29** civitatem **AB** || **30** pudeat te *dett.* pudeate α pudeat **E**

Arelli Fvsci patris. Ignosce; iuvenis erravi. ambitiosus non ero, cum senex fuero.

E Gavi Silonis. Vtrum putas vicisse? ⌜ego praemium tantum habeo, tu et praemium et virum fortem.⌝

8 ⟨Divisio. *** sic divisit: an filius abdicari possit propter id, quod per⟩mittente lege fecit. nemo, ⟨inquit⟩, in eadem re et habet legem et timet. contra ait: si quid fecerit, quod non licet, lex vindicabit; si quid, quod licet, sed non oportet, pater. non quaeritur de scelere filii sed de officio. deinde: utatur sua quisque lege. tibi illud licuit; et mihi hoc licet. abdicare liberos liceat. est aliqua lex, quae filio patrem praeferat. si potest abdicari etiam propter id, quod lege permittente fecit, an abdicari [etiam] propter hoc non possit, quo praemium accepit. non potest, inquit, in ea re privatim puniri, in qua publice honoratur. eidem rei non potest et praemium dari et nota denuntiari. cetera iura puta paterno imperio subiecta esse: hoc ius maius est ceteris, quo de victoria, de summa virtute quaeritur. non potes propter hanc legem filium abdicare, propter

9 quam a filio victus es. si potest abdicari, an debeat. hoc ⟨in haec⟩ divisit: an, etiamsi non debuit cum patre contendere, ignoscendum tamen sit, si adulescens gloriae cupiditate lapsus est. deinde, an contendere debuerit. tibi, inquit, et honestum erat certamen et tutum: quid est enim gloriosius quam aut virum fortem vincere aut a filio vinci? si non debuisset contendere, non vicisset. et potuit fieri, ut, si hic tibi cessisset, alius aliquis ad certamen procederet, qui nunc non processit, quia sciebat nihil sibi profuturum, si te vicisset, cum deberet a filio tuo vinci. nulla laus tua fuisset; apparuisset enim illam victoriam non viri fortis fuisse sed patris.

E ⌜silentio virtutes vestrae transissent; nunc illustratae sunt, dum conferuntur.⌝

10 Tvrrinvs hoc loco belle dixit: plures tibi invidere coeperunt, postquam victus es. itaque novi generis res accidit: filius vicerat, omnes aiebant: 'o felicem patrem!'

1 patris] p; **A** *om.* **BV** || 2 furo **A** || 3 praemium **E** patrem *α* | tantum *ed. Frob.* tuum *α* *om.* **E** || 4 sortem (*ut vid.*) **A** || 5–6 Divisio – per- *suppl. Schult.* (*cf. l. 10 sq.;* per- *suppl. etiam τ*), *nisi quod etiam Latronis nomen ante* sic *add. et* hoc *pro* id (*Müll.*) *scr.* || 6 nemo, ⟨inquit⟩ *Schult.* immo *α* || 7 si^{1}] s **A** | vindicavit **AB** | quit *ex* quot **A** || 8 sed^{1} *del.* **A**^{2} si **V** || 9 utat **B** | leget ibi **A** || 10 *post* praeferat *vulg. signum interrog. ponunt, corr. Gertz* || 12 etiam (*ex l. 11*) *delevi* | quo *scripsi* quod *α* ⟨propter⟩ quod *Schott* || 14 potest **V**^{1} -tes **ABV**^{2} | dare *a. c.* **V** | notam **V** | puto **AV** || 15 quo de *Burs.* quod *α* || 16 potes] prootes **V** || 17 a *om.* **AB** | in haec *suppl. Müll.* ⟨sic⟩ *Burs.* || 18 condere **AB** || 20 totum **A** || 21 aut^{1}] ut **V** || 22 tibi] tibus **A** | alius quis **V**, '*fort. recte*' *Müll.* || 23 procedere (*ex* -eret **A**) **AB** || 24 tuo] tuto **V** | nullam **V** | cua **B** || 25 apparuisset *bis* **B** | fortes *a. c.* **AV** | fuisse sed *dett.* -sset **AB** -sse et **V** || 26 silentio *τ* **E** -ium *α* | nunc *ed. Frob.* tunc *α* | sunt] s **V** || 29 est **AB** | viceret **A**

Novissimam quaestionem fecit: an, etiamsi quid iudicio peccavit, praemio emendaverit.

Hoc loco dixit GALLIO illam sententiam, quae valde excepta est: cum diu deprecatus esset, ait: si nihil prof⟨ec⟩ero, quid me facturum putas? 5 ad templa iturum aut ad deos supplicem? ad statuas tuas confugiam.

11 SILO POMPEIVS temptavit et in hac controversia illam quaestionem, quam in omnibus virorum fortium abdicationibus putabat esse temptandam: an vir fortis abdicari possit. aiebat in nulla magis controversia illam posse tractari. non potes, inquit, eum abdicare, qui te potest vin-10 cere. miraris, si patri hac lege subducitur, qua et comparatur et praefertur?

12 Colorem pro adulescente GALLIO illum ⟨in⟩duxit: ⟨concurrerunt ad⟩ me, inquit, iuvenes; aetatis causa agi videbatur. Cum dubitarem, exaudivi nescioquem dicentem: 'nihil agis. ego tibi cedo, illi non cedo.'

15 CESTIVS hoc colore usus est: putasse se ipsi patri honestius hoc esse, certe domui, laudes utriusque in foro inspici.

MONTANVS VOTIENVS ait: cogitavi non quid imperares, sed quid praecepisses; dixeras semper, cum me hortareris ad gloriam, ut nulli cederem. Invidiosa omnibus in illo iudicio fortuna tua videbatur, cum 20 quaereretur, utrum pugnasses felicius an genuisses. Non est, quod me putes visum illis fortiorem: decepti sunt, pater, ⌜iudicaverunt non quod E erat sed quod te malle crediderunt.⌝

13 ARGENTARIVS ait: occasionem benefici quaesivi, non concupivi accipere praemium. ⌜honor ad utrumque pervenit: alter praemium habet, E 25 alter accepit.⌝

FVSCVS ARELLIVS pater ait: si navigare imperasses, per hibernos fluctus egissem ratem; si peregrinari, nihil fuisset iubente te durum. hanc rem imperabas difficilem forti viro, vinci.

BLANDVS hoc colore narravit: pater mihi obicit, quod illi in una re non 30 cesserim. ego multiplicabo crimina mea: numquam illi, quotiens recte faciendum fuit, cessi. semper volui videri frugalior, videri volui laborio-

4 profecero *τ* -fero *α* || **5** ad[1]] at **B** | supplices *a. c.* **V** | statuas tuas *Burs.* ita tuas tuas **A** ita tuas **B** ituas stuas **V** tuas statuas *dett.* || **6** controversia illam controversiam illam **B** || **7** temptandum **A** -nda **V** || **8** controsia **V** || **9** potes] -est **V** || **10** hac] ac **V** || **12** in- *'ex scripto' suppl. Gron.* | concurrerunt ad *suppl. Müll.* (*cf. p. 297, 3*) || **13** iuvenis **V** || **13–14** dubitarem, exaudivi nescioquem *Burs.* -are ex ordine scio quem *α* || **14** agis **D**[2] agi *α* || **15** certius **B** | sese **AB** || **16** certe *τ* -ti *α* || **17** vovenus **A** | imperares *dett.* -are *α* | quid[2]] qui **A** || **18** precipisses **V** || **20** utrus **AB** | pagna esses **B** || **22** eraet **A** ereat **B** || **23** quaesivi (*sed* -ii *scr.*) *Faber* que- *vel* quaestui *α* | accepere *a. c.* **V** || **24** honor — praemium **E** *om. α* | habet] acci (*sed del.*) h. **V** || **25** accepit **E** -cipit *α* || **27** iuvente **AB** || **27.28** ⟨unam⟩ hanc rem *Gertz, fort. recte* || **28** forti viro *dett.* -tius viro *bis α* || **29** in una re *Burs.* nurare **AB** unare **V** || **31** cessis **AB**

sior, nam cum ad vires ventum erat, etiam ipse cedebat. Non ego illum vincebam sed aetas.

14 TVRRINVS hoc colore usus est: volui, inquit, cedere, sed erant, qui dicerent non licere: hoc enim modo nobis legem saluberrimam tolli. disputaturi contra praemium patris videbantur et dicturi: 'non licet inter (5) se cedere fortibus. non ipsorum tantum causa agitur sed publica. omnium interest scire, quis sit fortissimus.' his vocibus hominum mis⟨sus⟩ sum ad id certamen, in quo ad istum utraque pertineret victoria. quid putatis me dicturum? fortiorem me visum? falsum est, cum hoc quoque, quod ego fortis eram, istius esset. quid ergo? quare vicerim, quaeritis? visum est (10) ad ruborem totius iuventutis pertinere neminem pugnasse fortius quam senem. et cum dixisset se praemia in patrem contulisse, dixit: vici te, pater, sed nempe vici tibi.

15 ALBVCIVS hoc colore narravit: nolui, inquit, videri per collusionem patri titulum fortissimi viri contigisse; non cessi ante iudicium, ut in (15) iudicio cederem, et feci nihil aliud quam laudavi patrem, virtutes eius rettuli. visus sum propter hoc ipsum praemio dignus

16 SILO GAVIVS ait: solebas mihi, pater, insignium virorum exempla narrare, quaedam etiam domestica; aiebas: 'avom fortem virum habuisti; vide, ut sis fortior.' Processi tecum in aciem, nec illic *** ubi redimus, (20) omnis gloria in una domo erat. Volebat res publica fortes viros recognoscere. O quantam ego cupiditatem gloriae in patre meo vidi, quam iuvenilem! contendere me vetabat imperio, iubebat exemplo. ventum est in iudicium: omnium, quas ego novi, res invidiosissima quaerebatur de patre meo, utrum fortior esset an felicior. (25)

17 MOSCHVS hoc colore narravit: ⟨erant, qui⟩ accederent et dicerent: 'roga patrem tuum, cedat tibi. non est utile rei publicae excitari hostium animos. excitabuntur, si scierint neminem in hac civitate esse fortiorem quam senem.' illi me coegerunt, quasi tum quoque aliquid praestaturus

1 non ego] nego **AB** || 2 vinceban **A** || 3 husus **A** visus *a. c.* **B** || 4 dicerant **B** | modo nobis *scripsi* nobis modo **AB** nobis *om.* **V** *suppl.* **V** *vel* **V**^{2} | saluberrimum **A** || 5 disputaturis **V** | dicturis **V** || 7 missus sum *ed. Herv.* missum **α** || 10 vincerim **V** | usum **A** || 11 roborem **V** || 12 patrem **D** -tre **α** || 14 nolui *Burs.* -uit **α** || 15 in *om.* **A** || 16 et feci *ed. Rom.* effeci **AV** effici **B** | quamquam **AB** | patres **B** || 17 retuli **AB** || 18 sigo gaius **V** | insignium *Haase* indignium **AB** indignior **V** || 19 avom] autem patrem **V** || 20 aciem **D** aicie **A** acie **BV** | *lac. ind. Burs. et* ⟨hortari me ad virtutem desisti⟩ *suppl., alii alia* et illinc ubi *Otto* || 21 forte **AB** || 22 quantam *dett.* -ntum **α** | *fort.* iuvenilem ⟨impetum⟩ *vel sim.* || 23 contendere *dett.* -erem **α** | me *om.* **AB** | iuvebat **AB** || 24 nobi **AB** | invidiosissime **V** || 26 Moschus *Baumm* oscus **α** | erant qui *suppl. ed. Rom.* || 27 excitari *Gron.* -are **α** || 28 animus **V** | civitate esse civitatem **B** || 29 meo egerunt **AB** | quasi] qua **A**

essem rei publicae, venire in iudicium. in quo quid habet ⟨quod queratur pater, nescio, nisi quod⟩ ego iudicatus sum iuvenior.

MENTO dixit: timeo, ne ob hoc ipsum patri vilior fiam, ⟨quod seni cessero. iam⟩ ergo sciamus, quam gloriosus sit.

5 TRIARIVS hoc colore usus est: in iudicio volui tibi cedere, ut non impe- 18 rasse videreris sed vicisse; et cessi: defunctorie causam meam egi †set notum sit illum cedere quia parum est illi non putabat†

NICETES in hac controversia dixit: *εἰ ὁ πάππος ὑπὸ τῆς φύσεως ἀποδοθεὶς [ἡμεῖς] ἡμῖν παρέστη τῷ τότε δικαστηρίῳ, οὐκ ἂν εἶπεν·*

10 *τίς νύ μοι ἡμέρη ἥδε, θεοὶ φίλοι; ἦ μάλα χαίρω·*
⟨υἱός θ' υἱω⟩νός τ' ἀρετῆς πέρι δῆριν ἔχουσιν;
et: *πολλὸν δ' ὅγε πατρὸς ἀμείνων.*

SCAVRVS hunc sensum aliter dixit: o si avos meus interesset iudicio, 19 quam libenter spectaret [et] discordiam nostram! clamasset mihi: 'non 15 est, quod cedas; ipse mihi numquam cessit.'

LABIENVS partem patris declamavit et dixit: quod etiam desertoribus licet, ⌜nolo habitare cum adversario meo. non capit idem contubernium E fortem virum et victum. 'statuam' inquit 'tibi posui'; immo, ne possem umquam victum me oblivisci, ignominiam meam in aes incidisti.⌝

20 ⌜DEMENTIAE SIT ACTIO. Bello civili quaedam virum secuta est, cum in 3 E diversa parte haberet patrem et fratrem. victis partibus suis et occiso marito venit ad patrem. non recepta in domum dixit: 'quemadmodum tibi vis satisfaciam?' ille respondit: 'morere!' suspendit se ante ianuam eius. accusatur pater a filio dementiae.⌝

10sqq. *Hom. Od. XXIV 514sq.; Il. VI 479*

1 habeo *Schult., quo recepto nihil suppl. edd.* || 1–2 quod – quod *supplevi* || 2 iunior **V** || 3 Mento *Schott* dento **α** | timeo *e. q. s.*] *verba iuvenis ante iudicium prius* | ab **A** || 3–4 quod – iam *supplevi* || 4 ergo *Madv.* ego **α** || 5 voluit **AB** || 6 vidisse **B** | defuncturiae **AV** | egi set **τ**, *Schott* egisset **α** | *locus desperatus; fort. tale aliquid latet quale coni. Gron.:* set natum sibi cedere velle illum patrem nemo putabat. *alii alia improbabilia. fort. ut glossam delenda susp. Wb.* || 8 *πάππος*] ΤΙΛΝπΟϹ (-nOϹ **A**) **α** || 9 *ἡμεῖς del. Gron.* | eIπIeN **α** || 10 *μοι*] MCI **A** MOY **B** | HΛe **α** | NH MMΛΛΛ **α** *corr. Burs.* || 11 *υἱός θ' υἱω- suppl. Müll.* | *-νός τ'*] NOCTe **α** | *δῆριν*] aNPIN (aH- **B**) **α** || 12 *πολλὸν δ' ὅγε Burs.* πOMON ΛOΓЄ (ΛOCe **A**) **α** | TIaTPOC **A** || 13 sursum *a. c.* **V** | abos **AB** avus **V** || 14 et *delevi* || 16 deterioribus *Schult., edd. plerique, sed* desertoribus (*sc. nedum viro forti*) *probum* || 17 idem] id est **AB** || 18 utrum **AB** | statuas **E** | posui immo **E τ** possum mo **α** | ne] neo **V** | possum **V** || 19 aes *dett.* eis **AV** his **B** || 20 dementite **A** | quodam **AB** || 21 et fratrem **E** *om.* **α** || 23 bis **AB** | vis tibi **E** | suspendit se **VE** -disse **AB** || 24 accusator **B**

1 E Porci Latronis. ⌜Sic sibi satisfieri ne victor quidem voluit;⌝ excusavit victos, quin restituit. 'Quoniam reposcis vitam quam dedisti, accipe.'
E ⌜Nullum fuit in proscriptione mulierculae caput.

Moschi. Inquinasti filiae sanguine penates – quamquam quid ego dico penates, tamquam in domo perierit? Adlatum ad se Caesar Pompei 5 caput flevit. hoc ille propter filiam praestitit.

Arelli Fvsci. 'Quemadmodum tibi vis satisfaciam?' hoc ipso satisfecisse debuerat. Filiam habuit piam et in maritum et in patrem: alterum usque in mortem secuta est, alteri etiam per mortem satisfecit. Quam periculose istum offendo, qui⌝, simul irasci coepit, ⌜nescit ignoscere!⌝ 10

2 E Clodi Tvrrini patris. ⌜'Morere!' Quid aliud meruerat, si satisfacere nollet?⌝ Nisi occupasses, soror, fortasse pater sibi satisfecisset. Hoc, certum habeo, unusquisque vestrum suadebat puellae: 'ad iratum patrem venis. in quas potes te compone blanditias, roga, deprecare. si nihil proficies, habes, quemadmodum cogas: morituram te denuntia.' Hoc quod 15 ignovisti, victor, ad viros pertinet, illi tibi gratias agunt; nam feminas ne si irascereris quidem proscripsisses. 'Quare secuta es virum?' adeo tibi vetera exempla exciderunt bonarum coniugum, in ⟨quae⟩ filiam tuam solebas sanus hortari: 'aliqua spiritum viri redemit suo, aliqua se super ardentis rogum misit'? impendisset se puella viro, nisi servasset patri. 20

3 Fvlvi Sparsi. Filia ante limen paternum in cruore suo volutatur. quid exhorruistis? paterna satisfactio est. Nostis domus nostrae legem: aut vincendum mihi aut moriendum est. Qualis est ista satisfactio, qua filia exoratum sibi patrem non sentit?

Albvci Sili. Vtrae meliores partes essent, soli videbantur iudicare di 25 posse. 'Si vis satisfacere mihi, morere.' quod ad me attinet, irascare malo.
E Si parricidium ⟨esset⟩ fuisse in diversis partibus, numquam ⌜defendisset⌝ apud Caesarem ⌜Ligarium Cicero⌝. M. Tulli, ⌜quam leve iudicasti crimen, de quo confessus es!⌝ Dona filiam, si misericors es, deprecanti, si hostis, edicto, si pater, naturae, si iudex, causae, si iratus es, fratri. 30

4 E Bvteonis. ⌜Ante ipsum limen domus decessit, ne dubitari posset,

2 quin *Schult.* qui α || 3 proscriptione **E** τ -nem α || 4 Moschi *Baumm* osci α | inquinasti *om.* **B** || 6 filiam] *i. Iulia* || 7 faciam satis **V** | satisfecisse se **AB** || 8–9 piam – mortem *om.* **A** || 9 satisfaciam *a. c.* **V** || 10 periculose **E**, istum *Otto* -osi tum **AB** -osum si eum **V** -ose illum *Kiessl.* || 11 patris] p. α || 12 sibi *Burs.* tibi α || 14 veni *Born.* | componere **AB** || 15 coga **AB** || 17 est *Burs.* || 18 in ⟨quae⟩ *Burs.* in **AB** quibus **V** || 19 *verba* aliqua *etc. patri dedi* | spirituum **V** || 20 ⟨se⟩ servasset *Heinrich, Novák* || 22 paternas **AB** | satisfactio est] -ionem *a. c.* **A** || 23 vincendum *Burs.* dic- α | satisfactio **V** || 25 Sili] sibi **A** || 26 irascare *cod. Vat. Schotti* -scere α || 27 ⟨esset⟩ fuisse *Burs.* fuisset α fuisset ⟨esse⟩ *Schult.* || 28 cicesarem **A** | *cf. Cic. Lig. 2* | Cicero. M.] ciceroni **B** | iudicast **A** || 29 es[1] **E** τ est α | es[2]] est *a. c.* **V** || 31 dubitare *a. c.* **A**

utrum marito perisset an patri.⌝ Vbi ⟨i⟩stud vidisti, ubi audisti? nego te
istuc in bello didicisse.

MARVLLI. ⌜'Meruerat' inquit 'mori'; etiamnunc accusas? certe iam tibi **E**
satisfactum est.⌝ O novum monstrum! irato victore vivendum est, ex-
5 orato patre moriendum est.

PASSIENI. Vtinam intervenissem; non satisfecisses sola patri. Furiosum
te dicerem, si pro genero non rogasses. ⌜Secutus est gener diversas par- **E**
tes, uxor suas.⌝

LABIENI. Hoc obsequio consequatur denique, ut intra domum moriatur. **5**
10 M. Cato, quo viro nihil speciosius civilis tempestas abstulit, potuit bene-
ficio Caesaris vivere, si tamen ullius voluisset. ⌜Optima civilis belli **E**
defensio oblivio est.⌝

MVSAE. Allato ad se capite Cn. Pompei Caesar avertisse oculos dicitur,
quod tu ne in morte filiae quidem fecisti.

15 CORNELI HISPANI. Pervagata est illa crudelis belli fortuna omnem
ordinem; usque ⟨in⟩ infimae plebis supplicia descendit. nihil in civitate
nostra immune a victoris ira praeter feminas fuit. hanc laudem miserae
urbi servare licuit. Aut pater noster aut victor insanit.

MENTONIS. Semel repulsa iterum redit, iterum repulsa tertio rogat. **6**
20 non fatigatur: scit ęxorari etiam hostes. O te crudelem, nisi iam tibi
etiam pro genero satisfactum est! Non ignoro, in quanto periculo sim:
nescit placari iratus et voce etiam [si] filiae excanduit.

TRIARI. An non exoraretur victor, cum pro alio ⟨victo rogaret filia,
pro alio⟩ pater? ⌜'Morere!' illi quoque, quibus animadvertere in damnatos **E**
25 necesse est, non dicunt 'occide', non 'morere' sed 'age lege'; crudelitatem
imperi verbo mitiore subducunt.⌝

Divisio. LATRO usus est in hac controversia illa calcata quaestione, an **7**
possit dementiae agi cum patre ob ullam aliam rem quam ob dementiam:
impotens sum, crudelis sum, immitis; non tamen demens. ⌜mores tuos **E**
30 patri debes adprobare, non patris regere.⌝ dic: 'desipis, nihil intellegis';

1 istud vidisti *Petreius* studuisti **AB** stud vidisti **V** ‖ 2 *post* istuc *iterum scr.* an patri – istuc **A**, *et hic quoque* studuisti, *praeterea* non ego *pro* nego *scr.* | didicisti **V** ‖ 6 Passieni *ed. Ven.* papsennae α | sala **A** ‖ 9 domo **AB** | intra domum] in tua domo *Haase fort. recte, cf. p. 302, 5* ‖ 11 si tamen ullius *scripsi* si te tullius **AB** sicut tullius si **V** si ullius *Jahn* ‖ 13 allato] allo **AB** | se] te **V** | capute **V** *corr.* **V**[2] | c̄ n̄ α | vertisse **AB** ‖ 14 mortem **BV** ‖ 15 belli *ex* -lla **V** pelli **AB** ‖ 15–16 fortunam nemordinem **AB** ‖ 16 in *suppl.* τ ⟨ad⟩ **D** | plevis **AB** ‖ 17 a *om.* **V** | laude **V** ‖ 18 urbe *a. c.* **V** | insanit *Burs.* -nis **AB** -nus **V** *an recte?* ‖ 19 reddit **AB** ‖ 20–21 hostes – etiam *om.* **A** ‖ 22 ratus **AB** | voce *Kiessl.* hoc α | si *del. Kiessl.* ‖ 23–24 victo – alio *praeeunte Madv.* (cum ⟨pro alio rogaret filia⟩, pro alio) *supplevi* pater, cum pro alieno victor *Gertz* ‖ 24 patere **A** ‖ 25 in (*sed in* non *corr.*) dicunt sed occidae **V** | non[2] *om.* **V** | agente **V** ‖ 28 possı **AB** | dementiae *del.* **A**[2] *om.* **V** | re **AB** | debentiam **AB** ‖ 29 mures **V** ‖ 30 adprobare *dett.* -ari α | patri **V** | regere **E** τ recedere **AV** recere **B**

ego sanitatis meae, si potuero, argumenta colligam, dicam: 'in senatu non stulte sententiam dixi. quid tibi videor fecisse dementer? partes E male ⟨el⟩egi? ⌜multa debes dementiae signa colligere. damnare non potes patrem propter verba⌝, immo propter verbum.

8 Si damnari dementiae aliquis pater etiam non demens ob aliquod im- 5 probandum factum potest, an hic possit. hoc in duo divisit: an, etiamsi hoc animo dixit, ut filiam mori vellet, damnandus tamen non sit. hic accusatio filiae contrarias partes et patri ⟨et fratri⟩ sequentis, cum illam E ipsa natura publicis excepisset malis. ⌜animadvertit Manlius in filium et victorem, animadvertit Brutus in liberos non factos hostes sed futu- 10 9 ros; vide, an sub his exemplis patri fortius loqui liceat.⌝ Deinde, an non eo animo dixerit, ut illam mori vellet: dixi, inquit, iratus, cum vellem castigare, non occidere.

Tvrrinvs Clodivs belle dixit: nolite mirari, si durioribus verbis utor: non sum processurus ultra verba. minabor, deinde ignoscam. fecit et victor. 15

10 Gallio et illam quaestionem fecit, an non ⟨ob⟩ hoc puella perierit, quod pater illi tam dure responderit: perit, inquit, propter desiderium viri. alioqui unius verbi amaritudinem morte pensasset? immo mulier praeceps, temeraria, insano flagrans amore et attonita, quem virum patre relicto secuta fuerat, reversa consecuta est. 20

11 Silo Pompeivs huic quaestioni praeponebat illam, ex qua in hanc transitus fit, an, etiamsi propter hoc verbum patris perit, damnari tamen pater non debeat; nec enim eventus imputari debet cuiusque rei sed consilium. si post hoc verbum puella vixisset, numquid patrem dementiae damnare posses? atque post hoc verbum si quid factum est, non a patre 25 sed a puella factum est. non oportet autem illius temeritatem dementiam videri patris. post hanc quaestionem faciebat illam, an ob hoc perierit.

12 Color a parte accusatoris simplex est. ⟨Latro⟩ ait patrem durum fuisse, crudelem; bono publico hunc non fuisse [a] partium ducem. dixit, inquit, eo vultu, ea adfirmatione, ut videretur non iubere tantum sed occidere. 30

2 sentiam **BV** || **3** elegi *Burs.* egi **α** | multa debes dementiae signa colligere. damnare *scr. et suppl. Kiessl. ex* **E** damnare multa debes (multa debes *del.* **A**²) **AB** multa – damnare *om.* **V** || **7** dixi **AB** | damnandum stamen **A** || **8** contrarios **AB** | et patri] ad patre **V** | et fratri *suppl. Otto* (*cf. adnot. ad p. 301, 21*) | illa **V** || **10** animadvertet **A** | futurus **AB** || **11** vide an **E** videam **α** | subis **AB** | patri **E** -ris **AB** partes **V** || **12** dixi **τ** -it **α** || **13** occideretur *a. c.* **V** || **14** belle] velle **AB** *del.* **A**² | nilite **A** || **15** utra **AB** | minabar **A** || **16** ob *suppl.* **D** (*cf. l. 27*) || **17** responderit *in* -eret (*et sic* **B**) *corr.* **A** || **18** *fort.* alioqui ⟨non⟩ | mamaritudinem **A** mari- **B** | ⟨non⟩ pensasset *Schult.* || **19** attonita **τ** -ito **α** || **20** reversa **τ** res viso (-sa **V**) **α** patre viso *Kiessl.* || **21** quaestione **AB** || **22** sit **A** | -si *om.* **AB** || **25** atque *suspectum* atqui *edd. vett.* utique *Gertz* | post *om.* **V** || **27** an ob hoc *dett.* ano **A** an ob **B** a nobis hoc **V** || **28** Latro *suppl. Müll.* || **29** non] cum **V** | a *del. Gron.; h. l. om.* **D**, *sed ante* bono *habet* | ducem. dixit *Gron.* dixit ducem **α** || **30** iuvere **AB**

Hoc loco dixit TVRRINVS CLODIVS: hoc post bellum, immo post edictum? et adiecit: nunc intellegit res publica, imperator, quantum tibi debeat, cui sine sanguine satisfactum est.

Omnes ⟨a parte patris eodem fere colore usi sunt; omnes⟩ enim dixe-
5 runt patre nolente illam perisse. GALLIO dixit: nondum mihi videbatur 13
scire, quid meruisset. volui illam intellegere crimen suum.

CESTIVS hoc colore: ⌜contumaciter, inquit, rogavit, sic quomodo E
periit⌝: non vultu demisso, non summissioribus verbis, nondum tamquam
victa. ⌜nihil agnovi filiae, nihil victae.⌝ primum, quare ⌜ad me non fra- E
10 trem suum mittit? an etiamnunc fratri irascitur?⌝

ARGENTARIVS ait: nos ducem exoravimus, quorum liberi in diversis 14
partibus fuerant; diximus: 'ignos⟨ce; licebit⟩ nobis severis esse, si licuerit esse securis.' Quid peccavi, quod filiam ex hostium castris venientem non primo verbo recepi?

15 TVRRINVS CLODIVS ait: volui fratrem sorori dare beneficium: 'eo
durius loquar, ut ille me pro sorore sua deprecetur.' Primum ⌜quare E
me solum rogat, cum debeat duobus satisfacere?⌝

SILO GAVIVS dixit: volui illam mora torqueri: 'sine' inquam 'et iterum et tertio roget; ne mitissimus quidem victor statim ignovit.'

20 LABIENVS ait: non sum statim exoratus. et si vixisset, non essem frac- 15
tus proximis precibus eius, ne tertio quidem rogatus aut quarto. 'at
⌜victor cito exoratus est⌝.' noli mirari: ⌜facilius est ignoscere bello quam E
parricidio.⌝

HISPANVS de morte eius hoc dixit: ⌜etiam morte patri quaesivit invi- E
25 diam.⌝ Iterum illam nobis vir abduxit.

ALBVCIVS ait: tuto me [ait] putavi loqui fortius. non dubitavi enim, quin frater illi dicturus esset: 'non est, quod timeas, exorabitur. si difficilior erit, ego illum rogabo'; et si rogasses, adulescens, fecissem. non magis tibi ego quicquam *** sorori tuae maritus.

2 interlegit *α* | rep. **B** || 4 a parte – omnes[2] *supplevi* || 5 perisse *Gertz* dixisse (*ex* dixere, *ut vid.* **V**) *α* || 7 certius **B** || 8 dimisso **V** | non[2] *om.* **AB** | summissionibus **AB** | verbis *om.* **V** || 9 nihil – victae **E** *om. α* || 10 misit **V** | etiamnunc fratri **E** et in hunc frater *α* || 11 duces **V** | liberi *dett.* liber *α* || 12 ignosce **D** ignos *α* | licebit *suppl.* (*post* nobis) *Wb.* | nobis *om.* **B** | severis **D** everis *α* || 15 sorori *τ* -ris *α* || 16 loquam **AB** | praemium **A** primium **B** || 18 gabius **V** | mora *ed. Herv.*, torqueri *τ* orator que- *vel* quaeri *α* || 19 nec **V** || 20 *post* exoratus *graviter distinxi*, et = '*etiam*' *interpretatus* | vixisset *dett.* -ssem *α* | fructus **A** || 21 eius **D** eris *α* | at **D** aut *α* || 22 est[1] *dett.* es *α* || 24 etiam – invidiam **E** *om. α* || 26 ait[1] *del.* **A**[2] | toto **A** | ait[2] *del. Gertz* || 27 qui in **A** | esset *dett.* esse *α* || 28 illum ego **V** | si *om.* **AB** || 29 quicquam] quam **V** | nego quidquam ⟨quam⟩ soror tua marito *Kiessl.* ego quicquam ⟨negassem quam⟩ soror tua marito *Born.*, *alii improbabiliora. fort.* ego quicquam ⟨pietatis negassem quam permisisset⟩ sorori tuae maritus, *vel tale aliquid*

16 MONTANVS VOTIENVS dixit: Non est, quod putes illam cecidisse irae patris: cui vixerat perit, illi se cui addixit impendit. et eundem sensum E in argumentis, cum dixisset non ⌜propter patrem illam perisse⌝: 'Quid ergo' inquis, 'propter quem?' scis illam ⌜unum habuisse, pro quo mori posset⌝. 5

4 E ⌜REI PVBLICAE LAESAE SIT ACTIO. Quidam expositos debilitabat et debilitatos mendicare cogebat ac mercedem exigebat ab eis. rei publicae laesae accusatur.⌝

1 E PORCI LATRONIS. Aestimate, quale sit scelus istius, in quo laesi ⌜patres, ⟨ne⟩ liberos suos aut agnoscant aut recipiant⌝, etiam confessas iniurias 10 tacent. ⌜Vectigalis isti crudelitas fuit eo magis, quod omnes praeter istum misericordes sumus.⌝ Mendicares, nisi tot mendicos fecisses. ⌜Effecit⌝ scelestus iste, ⌜ut⌝ novo more ⌜nihil esset miserius expositis quam tolli, parentibus quam agnoscere.⌝

2 CASSI SEVERI. Hinc caeci innitentes baculis vagantur, hinc trunca 15 bracchia circumferunt; huic convulsi pedum articuli sunt et ⟨ex⟩torti tali, huic elisa crura; [in] illius inviolatis pedibus cruribusque femina contudit. aliter in quemque saeviens ossifragus iste alterius bracchia E amputat, alterius enervat; alium distorquet, alium delumbat; ⌜alterius diminutas scapulas in deforme tuber extundit⌝ et risum [in] crudelitate 20 captat. ⌜produc⌝ agedum ⌜familiam⌝ semivivam, tremulam, debilem, E caecam, mancam, famelicam; ostende nobis captivos tuos. ⌜volo⌝ mehercules ⌜nosse⌝ illum specum tuum, ⌜illam humanarum calamitatium officinam⌝, illud infantium spoliarium: ⌜'sua quoique calamitas tamquam ars adsignetur.⌝ huic recta membra sunt, et, si nemo naturae ⟨occurrit,⟩ 25

2 illi **α** (*errant edd. recc. propter errorem typogr. apud Müll.*) | adduxit inpedit **AB** || 3 dixisset *Burs.* -it sed **AB** -it **V** || 4 unam **V** || 6 sit **D** sic **α** | debilitabat] educebat **E** *fort. recte* || 8 laesa excusatur **AB** || 9 stius **A** tius **B** || 10 ne *ex* **E** *h. l. suppl. Burs., ante* agnoscant *Petreius* | suo aut ut **V** || 11 tacent] *cf. p. 308, 3 et 18* | isti **E** -is **AB** -ius **V** | pater **A** || 12 mendicare **A** || 13 scelestustus **A** || 14 tolli – quam **E** *om.* **α** || 15 cassis **A** | vaculis vacantur **AB** | hunc **A** || 16 circumferuntur **V** | et extorti *Gertz* (*qui etiam* extorti *prop.*) et torti **α** || 17 in *del.* **A**[2] | crudibusque **AB** || 18 contodit **B** | quemque **D** quemquem **α** || 19 alium[1] – delumbat *om.* **A** || 19.20 alterius diminutas] alterius enervat alterius diminutas **BV** || 20 tuber **E** *om.* **α** | in *dubit. del. Burs.* || 21 sevivam **AB** || 23 tuum **D** tum **α** | illa **A** *om.* **B** || 24 spoliarium *dett.* -iarum **AB** -iorum **V** | quoique *Burs.* (cuique *etiam dett.*) quique (*ex* quinque) **A** quoque **B** cumque **V** || 25 ars **τ** mars **α** | adsignatur **E**, *edd., sed sic secum deliberat* | et sine mora **V** | occurrit *supplevi* (*possis etiam* occurrerit) ⟨obstet⟩ nat. *dett.* ⟨moratur⟩ nat. *Kiessl.* ⟨moratur⟩ staturae *Thomas* moratur (*pro* naturae) *Müll., sed maius damnum quam mora adfert ille carnifex*

procecitas ⟨e⟩micabit; ita frangatur, ut humo se adlevare non possit, sed pedum crurumque resolutis vertebris reptet. huic ***; extirpentur radicitus. huic non ⟨in⟩speciosa facies est; potest formosus mendicus esse; reliqua membra inutilia sint, ut Fortunae iniquitas in beneficia
5 sua saevientis magis hominum animos pervellat.' miseris satellitibus tyrannus calamitates humanas dispensat.

VIBI GALLI. ⌜Intuemini⌝ debilia infelicium membra nescioqua tabe **3 E** consumpta: illi praecisas manus, ⌜illi erutos oculos, illi fractos pedes. quid exhorrescitis? sic iste miseretur.⌝ Tot membra franguntur, ut unum
10 ventrem impleant, et — o ⌜novom monstrum! — integer alitur, debiles alunt.⌝

ALBVCI SILI. 'Perissent' inquit; ita non infelicius supersunt quam perituri fuerant? ⌜'perissent' inquit; interroga patres, utrum maluerint.⌝ 'Eruantur' inquit 'oculi illius, ⟨illius⟩ praecidantur manus'; quid, si
15 aliquis ex istis futurus est ⟨vir fortis? quid, si futurus est⟩ tyrannicida? quid, si sacerdos? ⌜nec, puto, incredibilia⌝ in hac turba ⌜loquor. certe ex hac fortuna origo Romanae gentis apparuit.⌝ Egregius educator ⌜plus acceptum crudelitati quam expensum misericordiae refert⌝.

TRIARI. 'Perissent' inquit. puto, expertus es nos non esse crudeles; **4**
20 tamen nemo non nostrum, cum istis stipem porrigeret, mortem precatus est. Surge tu, debilis: conatur et corruit. surge tu, mute — sed quid excitaris? rogare non potes. surge tu, caece — sed ad quorum eas genua, nescis. o te inter omnis debiles ante hoc iudicium felicissimum, quod istum dominum non videbas, in hoc iudicio infelicissimum, quod istum
25 reum non vides! ⌜Expositos aluerunt etiam ferae, satis futurae mites, si **E** praeterissent.⌝

1 emicabit *C. F. W. Müll.* micabit **AV** micabat **B** | frangantur *Müll., sed cf. e. g. Plin. epist. VIII 18, 9* omnibus membris extortus et fractus | ut] aut **AB** | adlevare **D** -ari *α* || 2 *lac. ind. Thomas, qui* ⟨eximii oculi sunt⟩ *suppl.* huic ⟨lingua velox, oculi acuti⟩ *Sh. Bailey, et talia fere excidisse puto* | et tyrpentur **A** || 3 adicitus **AB** | non *del.* **A**² vero *τ* | inspeciosa *Walter* spec- *α* || 5 suae **A** | pervellat *dett. et def. Gron. coll. Sen. ben. V 23, 1* (*cf. etiam Cic. Tusc. III 36*) -vellati *α* -cellat *Faber* | miseris *scripsi* (-i) sine *α* ⟨sic⟩ sine *Burs., sed cum 'satellites' inducantur, mirum ni miseri illi mendicantes debiles hac voce significantur* || 6 clamitates (*ex* clamites **A**) **AB** || 7 vigi **A** uvi **B** vivi **V** | nescio quia **B** || 8 illi fractos **E** intractos **AB** illi contractos **V** illi confractos *Schult.* || 10 o *om.* **B** | novum **V** | aliter **A** || 11 aluunt **B** || 12 infelicius **E** inrelicius **AB** in reliquis **V** || 14 erbantur **AB** | illius² *suppl. Burs.* ⟨huius⟩ *dett.* | percidantur **B** || 15 futurus¹] -urum **V** | vir — futurus est *coll.* **E** *suppl. Müll.* (*sed in textu paulo brevius:* ⟨vir fortis? quid si⟩) || 16 incredibilia **E** -bili **AB** -bile **V** | turba *Otto* fortuna *α* || 17 fortuna **E** turba *α* | appaparuit **B** || 19 expertus es *Burs., Kiessl.* experes **AB** experires (*ex* -ire) **V** || 22 excitaris *'id est, surgere iuberis' Schult.* || 23 nescis *ed. Frob.* nesci **AB** -scio **V** | omni **B** || 24 felicissimum **B** || 25 Expositos *e. q. s.*] *Hispano tribuenda susp. Kiessl.; contra Schenkl verba* Ergo — haberet (*p. 308, 1—2*) *fort. Triario tribuenda censuit* | mittes **AB**

5 CORNELI HISPANI. Ergo, si illis temporibus iste carnifex apparuisset, conditorem suum Roma non haberet. Timeo, ne hoc prosit reo, quod nemo ex istis quemquam videri volt suum.

IVLI BASSI. Intuemini utramque partem et ei succurrite, quae miserabilior est. Liceat videre mercedarios tuos: hic caecus est, hic debilis, hic mutus. his tu mori non permittis? Vis in te iudices more tuo misericordes sint, tuo exemplo?

E ARGENTARI. ⌜Quorum cum ubique audiantur preces, in sua tantum causa cessant.⌝ 'Adiciamus aliquid ad quaestum: deme huic oculos, illi manus.'

6 E ARELLI FVSCI patris. 'Praecidatur' inquit ⌜'lingua; genus est rogandi rogare non posse.' Miseremini horum, iudices, ut misereri etiam singulorum soletis.⌝

CESTI PII. Vt hanc causam susciperem, ne ab eis quidem rogatus sum, pro quibus ago. quid enim miseri rogare sciunt nisi stipem? Quid infelix iste peccavit aliud quam quod natus est?

CLODI TVRRINI patris. Age, si quis agnoverit suum, petes alimenta, tamquam alueris? non est, quod timeas: nemo agnoscet. O miserum, si quis alimenta suo dat! o miserum, si negat! Ita ⌜nos istis vindictam negaturos putas, quibus ne id quidem negamus, quod tibi daturi sunt? Et quod indignissimum est: cum tam crudelis sit, misericordia publica vivit. Venite, miseri, et hodie primum vobis rogate.⌝

7 MENTONIS. Errant miseri circa parentum suorum domos, et fortasse aliquis a patre alumenta non impetrat. Nulli plus reddunt integra mancipia. 'Cur tu tam exiguum refers? †vitus est equas† poterat, ut non rogares, ut non acciperes. spiritum tibi non relinquerem, [tibi] nisi crudelior futurus essem relinquendo.' ⌜'Tibi cotidiana captura non respondet. apparet te nondum hominibus satis miserum videri.'⌝

GAVI SILONIS. 'Tu' inquit 'in illa vicinia mendicabis, tu ad ⟨illud⟩

2 non] num **B** || 3 volt suum (*sed* vult *scr.*) *dett.* volsum α || 4 Iuli *dett.* tuli α || 5 libeat *a. c.* **V** | merce clarios **A** mercennarios **V** || 7 sint τ sunt α || 11 patris] p. α | linga **A** || 12 miseremi **B** | ut *scripsi* et α | horum, iudices, ut] omnium, iudices, quorum **E** horum omnium, iudices, quorum *edd. plerique* || 14 certi **B** || 15 istipem α || 17 patris] p. α || 18 quid **AB** | nemo **A**[2] ne nemo nemo **AB** nemo *bis* **V** nemo enim *Gertz* | agnoscet **D** cog- α || 20 putas τ putam **AB** puta **V** | sunt *C. F. W. Müll.* sint α | 21 indignissimus **AB** | est *om.* **V** | cum tam crudelis sit **E** cum crudelis si **AB** crudelis cum **V** || 22 hode **A** || 23 erant **AB** || 24 a *om.* **AB** | alimenta **V** | impetrat **D** -rant α || 25 vitus est equas poterat] mutus es? haec causa ⟨esse⟩ poterat *Müll., praeeuntibus Madv., Schenkl, aliis sed 'causa est, ut non' (pro 'ne') non legitur, ut puto* vides iste quae portat *Gron.* (*sed quomodo verba* ut – acciperes *interpretatus sit, non liquet*) ⟨ideo⟩ mutum esse te, quaeso, oportebat *dubit. Kiessl.* || 26 tibi *del. ed. Rom.* || 29 tu ad] tua **A** | illud *suppl. Jahn*

limen accedes', et crudelissi⟨mus⟩ miseris parentium domos monstrat. 'Hic non facile stipem impetrat; etiamnunc aliquid illi detrahatur.'

IVNI GALLIONIS. 'Serva oculos, ut videat, quem roget. serva manus, 8
ut habeat, quibus stipem accipiat.' ⌜Occurrunt nuptiis dira omina, sacris E
5 publicis tristia auspicia.⌝ feriatis maxime ac sollemnibus ⌜et in hilaritatem dicatis diebus semianimes isti greges oberrant⌝. †a te fortasse aliquis acceptam stipem ad deos†

FVLVI SPARSI. Scio, iudices, variis quemque causis ad accusandum solere compelli: quosdam ambitio gloriae, quam ex damnato petierunt,
10 provocavit, alios odia et simultates protraxerunt. non dubito fuisse quosdam, qui praemium peterent. ego omnibus ceteros impellentibus causis vaco. quae enim gloria est in tam sordido reo? quae simultates, ut non eas quoque contraxisse pudeat? aut quod praemium, cum ⌜istum E
alant, qui se alere non possunt? Non is est, qui rogare nesciat: etiam 9
15 docere solet.⌝ Quos adfectus vestros optare debeam, nescio: si misericordiae propiores fueritis, crimina rei vobis ostendam; si severitati, reum: hunc nos publice pascimus. Exigi a te talio non ⟨potest: ⌜non⟩ E
habes totidem membra quot debes.⌝ Oblita feritatis placida velut fetibus suis ubera praebuisse fertur; sic lupa venit ad infantes, ⟨ut⟩ ex-
20 pectemus hominem. gratulor tibi, Roma, quod in conditores tuos homo non incidit. ⌜Ergo tu, cum de publica misericordia cogitares, tam cru- E
delis esse potuisti?⌝ 'Proxima' inquit 'die hic plurimum rettulit; faciendus 10
est huic similis alter. hic satis rettulit; fiat et alius miser ad hoc exemplum.' 'Ite nunc' inquit 'et alimenta mihi quaerite. tu' inquit 'qui oculos

1 crudelissimus *scripsi* (-mus iste *dubit. Müll.*) crudelissi α crudelis **D** -lissime *Gertz* crudelis sic *dubit. Schenkl* || 2 etiamnun α -nunc *edd. plerique, cf. adnot. ad p. 90, 12* || 3 manūs **A** || 4 quibus *bis* **AB** *corr.* **A**^{2} | oiccurrunt **A** | nuptis α || 5 plublicis **V** | tristitia **A** | hilaritatem **E** -tatis **AB** -tates **V** || 6 iste grege suberrant **AB** || 7 ⟨portat⟩ ad deos *dett.*, *quo recepto* a patre fortasse *e. q. s. Kiessl.*, *sed cur hi miseri, cum saevissimus exactor eos domi expectet, acceptam pecuniam non ad eum sed 'ad deos' portarent? fort.* [at] et fortasse (*cf. p. 308, 23*) aliquis acceptam stipem a deo s⟨umpsit⟩, *i. fortasse sollemnibus diebus aliquis ex iis stipem accepit, quam re vera cuidam deo destinaverat benefactor, sed potius occurrenti mendico dedit. vel fort. eodem fere sensu* ad te fortasse . . . a deo ⟨tulit⟩, *nam* tulit *ante* Fulvi *nomen facile excidere poterat* || 8 fulbi α || 9 -dam ambitio *om.* **B** || 10 provocavit *ed. Herv.* probo capit α || 11 impellentibus **D** -ntis (*ex* -ntes **A**) α || 12 vaco quae *dett.* vaquoque **AB** vacuoquae **V** | simulates **B** -ltatis **V** || 13 quoq **A** || 13.14 istum alant *ex* **E** (alunt istum) *vulg.* stumulant **AB** simulant **V** || 14 altere **AB** | est *dett.* es α || 15 abtare **A** || 16 propriores **AB** || 16.17 severitati reum *Kiessl.* fuerit aureum (*ex* -eam) **A** fuerit atreum **BV** feritati reum *Burs.* || 17 hunc] nunc **A** | potest non *suppl. Burs.* || 18 quot **D** *et in excerptis* **M**^{3} quod α | ⟨lupa⟩ oblita *dett.* ⟨lupa expositis infantibus⟩ oblita *Haase, Burs.* | placida *Burs.* -dia **AB** -diqua **V** placida iam *Otto* || 19 fertu **A** | ut *supplevi* ⟨quid⟩ exp. *Born* || 20 conditorem vos **AB** || 21 tu **E** *om.* α | cum *om.* **V** *suppl.* **V**^{2} | publicam **AB** || 22 proximi **AB**

non habes, per oculos rogato. tu' inquit 'qui manus perdidisti, per manus rogato. tu per illa membra, quae trahis debilia. per ea quisque, quae non
E habet, ambiat.' o ⌜miseros, qui sic rogant, miseriores qui rogantur!⌝ ecce nescioquis 'meus' inquit 'filius, si viveret, huic fortassis similis esset. numquid ego meum transeo?' alius 'potuit' inquit 'meus in eundem inci- 5
E dere dominum. quid, si incidit?' ⌜omnes omnibus congerunt, dum unusquisque timet, ne suo neget.⌝

Pars altera. Arelli Fvsci. ⌜'Debilitasti' inquit; plus illis patres nocuerant.⌝

11 Latro sic divisit: an laesa sit res publica. primum, ⟨in⟩quit, crimen 10 constare oportet, deinde tunc reum quaeri. an laesa sit res publica, non solet argumentis probari; manifesta statim rei publicae damna sunt, si muri diruti sunt, si classis incensa est, si exercitus amissus, si vectigalia deminuta. hoc damnum, quod tu obicis, ⟨quis⟩ videbat? dic mihi: quando rem publicam laesit? cum unum expositum debilitavit? atqui 15 etiam qui occidit unum non tamen rei publicae laesae tenetur sed caedis; etiam qui duos, etiam qui plures. dic mihi, quis numerus efficiat, ut laesa videatur res publica. duo debilitantur: nondum res publica ⟨laesa est. tres: nondum. ne si plures quidem debilitantur, laesa est res publica.⟩ [iuvenes qui suadere infantes perdidit et infelices] 'potuerunt,' inquit, 20 'duces fieri': potuerunt et sacrilegi esse et homicidae, potuerunt et perire. 'at tamen crudelem rem facit ⟨qui sua de re infantes perdit et infelices
E mendicare cogit.' facit⟩ et ⌜lanista, qui iuvenes cogit ad gladium, nec

2 quae² *om.* **AB** || 3 miseros] misertis **A** | miseriores] -ior est **AB** | qui sic rogantur **E** || 4 viviveret **A** | fortassis] *fort.* fortasse *legendum, nam hic locus 'propter cacophoniam et insequens* s *corruptelae suspicionem movet'* (*Hey, ThLL 6, 1143, 33 sqq.*). *in textu integro semel tantum, p. 315, 20,* fortassis (*in* **AB**) *traditum videtur, et ibi quoque fort. cum* **V** fortasse *legendum. ceterum semel in* **E** (*p. 318, 6*) fortassis *legitur* | esse **AB** || 5 numquid *Kiessl., C. F. W. Müll.* nunc inquit (*ex* nunc quit **V**) *α* || 6 indit **AB** | omnibus] homines **V** | congerunt *τ* (*cf. Decl. mai. 5, 23 fin.* populus congerat stipes) cogerunt **AB** conger **V** stipem conferunt **E** *ex quo* ⟨stipem⟩ congerunt *edd. recc.* || 7 ne suo] nescio **V** || 10 res publica] pub **A** publ **B** res public. **V** | inquit *Schult.* quid *α* quid⟨em⟩ *Burs.* | crimen] p crimen **B** rp. crimen **V** || 11 constare *τ* -ret *α* | rep. **B** || 12 solent **AB** | argumenti **AB** | reip *ex* rep **B** || 12.13 si muri] simus **A** simur **B** || 13 dirupti **V** | clausis **A** || 14 tuo vicis **AB** | quis *suppl. Schult.* || 15 quandu **B** | rep̄ **AB** reip. **V** || 16 tenetur] reus t. **V** || 17 ut *om.* **AB** || 18–19 laesa est – res publica *supplevi* || 20 iuvenes *del. et* qui – infelices *ad l. 22 post* facit (sua de re *pro* suadere *legens, cf. adnot. ad l. 22*) *transp. Vahlen* || 21 fiere **BV** || 22 at] ac **V** | orudelem **A** | facis **AB** | qui – infelices *ex l. 20 transp.* (*cf. adnot. ib.*) *et* mendicare coegit (cogit *Schenkl, quem sequor*) *suppl. Vahlen;* facit *suppl. Wachsmuth. Vahlenii* sua de re (*cf. adnot. ad l. 20*) *dubit. accepi; cf. Plaut. Poen. 951 et* (*de anastrophe*) *p. 323, 2* multis de causis | perdit *scripsi* -didit *α* (*l. 20*) || 23 qui – gladium **E** *om. α, nisi fort. illud* iuvenes *l. 20* (*quod del. Vahlen*) *ut horum verborum residuum in archetypo manebat* | nec] et **V**

damnatur rei publicae laesae, et leno, qui cogit invitas pati stuprum, nec laedit rem publicam. ego non laudari reum desidero sed absolvi. noceat hoc illi, cum honores petet. potest aliquis et non esse homo honestus et esse innocens reus.⌝

5 Deinde, an, si laesa est res publica, ab hoc laesa sit. non a me, inquit, sed a parentibus, qui proiecerunt. hic crudelis, ⌜ut multum illis abstulerit, vitam reddidit⌝. contra ait: illi singulos exponunt, tu omnes debilitas; illi spem, ⟨tu instrumenta vivendi⟩ detrahis. 12 E

Deinde, an teneatur rei publicae laesae, si fecit quod ei facere licet. 10 non potest, inquit, ulla res lege damnari, quae lege ⟨per⟩mittitur. si domum meam diruo, numquid dicis me rem publicam laedere? et poteras describere, quam inhumanum sit illos parietes maiorum in nostram usque perductos memoriam in hostilem modum deici. ⟨numquid dicis,⟩ si in agris meis arbusta succidere velim?

15 Deinde, an hoc non licuerit illi facere. licuit, inquit; expositi in nullo numero sunt, servi sunt. hoc educatori visum est. denique, si non licet, habent legem: talionis agere singuli possunt, iniuriarum possunt. ⌜rei publicae quidem laesae non potest agi eorum nomine, qui extra rem publicam sunt.⌝ non potest pro omnibus agi, pro quibus singulis non 20 potest. 13 E

Scio quosdam putare quaestionem esse, an possit a privato homine laedi res publica. Sparsum certe ita declamare memini. quod si quisquam recipit, et illam recipiet, an a muliere possit, an a sene, an a paupere possit; quorum nihil umquam quaeritur, sed dici tamen solet; quomodo, 25 cum illa quaestio tractatur, an res publica laesa sit, totiens reus in⟨ter⟩ argumenta non laesae rei publicae dicit: ne potuit quidem laedi a privato, a paupere, ab aegro, [ab] a sene. 14

Gallio fecit et illam quaestionem, an in expositis laedi possit res publica. non potest, inquit, res publica laedi [possit] ⟨nisi⟩ in aliqua sui

1 pat **B** | struprum *α* || **2** resp. **A** | non **T** nunc *α* | laudare **V** || **3** petet **E** -it *α* || **5** est *Müll.* sit *α* | non a me inquit] nam me in (in *del.* **A**^{2}) **A** || **6** progecerunt **B** || **7** illis **A** || **8** tu – vivendi *suppl. dett.; fort.* ⟨tu salutem⟩ | detrahis **D** -trahi *α* || **9** teneteatur **A** | fecit] ficet **AB** *fort.* facit *vel post* licuit || **10** potest *Burs., Kiessl.* potuit *α* poterit *Gertz* | per- *suppl. Schult.* (*'et alii'*) || **11** diruo *Burs.* -ruit *α* -ruam **D**^{2} -rui *Kiessl.* || **12** describere **V**^{2} -eret *α* | situ **V** | nostra **AB** || **13** perductus **AB** | deici. ⟨numquid dicis⟩ si in *scripsi* deicis in *α* deici. si in *edd., lac. post* velim *indicantes* || **14** vellim *α* || **16** hoc *Müll.* haec *α* | educatori *Kiessl.* iugatori *α* || **18** non **E** *om. α* || **21** hominem **AB** || **22** nemini **A** || **23** recipit **T** -cepit *α* | an a^2] aña **A** || **25** añ **A** | inter *Schult.* in *α* || **26** quidem] quidem me **AB** || **27** [ab] a sene (*sed* ab *scr.*) *Novák* (*cf. l. 23*) ab absenti *α* || **28** fecit et *Burs.* fecite **AB** fecit **V** || **29** non – res publica *quater scr.* **AV**, *ter* **B**, *corr.* **A**^{2}, *sed etiam* res publica *l. 28. 29 temere del.* | possit (*ex l. 28*) *del. Kiessl.* | nisi *suppl. Kiessl., Madv.*

parte. haec nulla rei publicae pars est: non in censu illos invenies, non in testamentis. sed haec quoque in illam incurrit, an res publica laesa sit. dicitur enim: ne laedi quidem potuit in eis, quos non habebat.

15 Pro illo, qui debilitabat expositos, pauci admodum dixerunt. dixit GALLIO et hoc colore usus est: ⌜egentem hominem et qui ne se quidem alere nedum alios posset, sustulisse eos, qui iam relicti⌝ sine spe vix spiritum traherent, ⌜quibus non iniuria fieret, si aliquid detraheretur, sed beneficium daretur, si vita servaretur: faciant invidiam,⌝ ⟨dicant⟩ alicui oculos desse, alicui manus; ⌜dicant illos per hunc tam misere vivere, dum fateantur per hunc vivere.⌝ Gallio illud quoque in argumentis temptavit: adeo, inquit, haec res non nocuit rei publicae, ut possit videri etiam profuisse: pauciores erunt qui exponant filios.

16 TVRRINVS CLODIVS hoc colore usus est: multos patres exponere solitos inutiles partus. nascuntur, inquit, quidam statim aliqua corporis parte mulcati, infirmi et in nullam spem idonei, quos parentes sui proiciunt magis quam exponunt. aliqui etiam vernulas aut omine infausto editos aut corpore invalidos abiciunt. ex his aliquos hic sustulit et eas partes, quae cuique possent miserabiliores esse, manu abstulit. stipem rogant et ⌜unius misericordia vivunt, omnium aluntur.⌝ 'at res foeda est mendicos habere, a mendicis ali, inter debiles versari.' age, non pudet vos ex hoc producere contubernio reum, ⟨a⟩ quo dicatis laesam rem publicam? et sic descendit ad argumenta, ut diceret: quomodo hic potuit laedere?

17 SILO POMPEIVS illo colore usus est: misericordem hunc fuisse; voluisse vitam dare sed non potuisse alere. itaque eo compulsum, ut unusquisque aliquam partem corporis pro toto dependeret.

LABIENVS tam diserte declamavit partem eius, qui debilitabat expositos, quam nemo alteram partem, cum illam omnes disertissimi viri velut ad experimentum suarum virium dixerint. illum autem locum vehementissime dixit: ⌜vacare homines huic cogitationi, ut curent, quid homo mendicus inter mendicos faciat! principes, inquit, viri contra naturam divitias suas exercent: castratorum greges habent; exoletos suos,

1 nullae **AB** | invenies] non i. **AB** *corr.* **A**^{2} || **5** et^1 *om.* **V** || **6** relictis in **AB** || **8** si vita **E** sibi (sivi **V**) ita **α** | invidia **V** | dicant *suppl. Thomas* || **9** alicui^1 **D** (invidi a.) licui **α** || **9–10** tam – hunc **E** *om.* **α** || **12** expo **B** || **14** aliqua *dett.* -quam **α** || **15** mulsati **AB**, *cf. Curt. V 5,14; VII 11,17; VIII 11,23* | ullam **AB** | quod **AB** || **16** vernulas *dett.* -ula **α** | omine *dett.* homines **α** || **17** invalido **V** || **18** cuique] cui **AB** | miserebiliores **A** | manu *Otto* -nus **α** -nu sua *Haase, Burs., edd.* || **19** maluntur ad **AB** || **20** a mendicis ali] a mendacis habere a mendacis ali (-ii **B**) **AB**, habere *del.* **A**^{2} || **21** a *suppl. ed. Herv.* | quod **B** | rem publicam] rem **AB** rep̄ **V** || **24** uniusquisque **AB** || **25** dependere **AB** || **26** labienum **AB** | deserte **A** | declamabit **AB** | qui] que **V** || **27** illa **AB** || **28** velut *Burs.* vel ait **AB** vel **V** | sauarum **AB** | virum virium **A** || **29** current **B** || **30** natura **AB** || **31** castratorum *dett.* -orium **α**

ut ad longiorem patientiam impudicitiae idonei sint, amputant et, quia
ipsos pudet viros esse, id agunt, ut quam paucissimi sint. his nemo
succurrit delicatis et formosis debilibus. curare vobis in mentem venit, 18
quis ex solitudine infantes auferat perituros, nisi auferantur. non curatis,
5 quod solitudines suas isti beati ingenuorum ergastulis excolunt⌝, non
curatis, quod ⌜iuvenum miserorum simplicitatem circumeunt et specio-
sissimum quemque ac maxime idoneum castris in ludum coniciunt.⌝
in mentem vobis venit misereri horum, quod membra non habeant;
quid⟨ni⟩ illorum, quod habent? et hoc genere insectatus saeculi vitia
10 egregia figura inquinatum et infamem reum maiorum criminum impuni-
tate defendit.

Celebris haec apud Graecos controversia est. multa ab illis pulchre
dicta sunt, a quibus non abstinuerunt nostri manus, multa corrupte,
quibus non cesserunt nec ipsis. dixit Glycon: *καὶ τούτους τροφὰς αἰτεῖς,* 19
15 *οὓς μὴ τρέφειν ἀσεβές ἐστιν;*

Hunc dixit sensum P. Asprenas eodem modo, uno verbo magis pro-
prio usus: hos aliqui alimenta poscit, quibus crudelis est qui negat?

Circa hunc sensum est et ille a Qvintiliano dictus: nescio, utrumne vos
miseriores dicam, quod alimenta accipitis, an huic quod datis. accipitis
20 enim, quia debiles estis, ⟨datis⟩ ei, per quem debiles estis.

Adaevs rhetor: *κλαίουσαι μητέρες ἠράνιζον, 'εἰ μὲν ἐμός', λέγουσαι
'τὸν ἐμόν, εἰ δὲ ἀλλότριος, ἵνα καὶ τὸν ἐμὸν ἄλλοι.'*

Hunc sensum quidam Latini dixerunt, sed sic, ut putem illos non 20
mutuatos esse †arti† hanc sententiam sed imitatos. Blandvs dixit:
25 porrigit aliqua mendico rogata stipem, utique si peperit ⟨et⟩ exposuit.
o [te] quam misera cogitatio porrigentis est: 'hic fortasse meus est'!
Moschvs dixit: aliqua, quia iam proiecit pluribus stipem, suo negat.
Arellivs Fvscvs dixit: alit rogata filium mater, misera, si scit suum
esse, misera, si nescit.

1 ut] aut **AB** | patiam **A** | amputat **AB** || 2 augunt **AB** || 3 curare *Burs.* curaro **AB** cum raro **V** || 4–5 solitudine – quod **E** *om.* α || 5 suas isti **E** isti suas isti α || 6 iuvenem **V** | simplitatem **B** || 7 coiciunt **AV** cu- **B** || 8 membrah **A** || 9 quidni *Burs.* quid α || 9. 10 vitiae Grecia (gretia **B**) **AB** || 10 impunitate **D** -tem α || 14 ipsis *scripsi* ipsi **AB**, *edd.* ipse **V** | Glycon] ΠΤΛΚΩΝ α | TOYC **AB** | ΛΙΤeΙC **A** || 15 ΛCeBeNeC **A** || 16 pasprenas **AV** pars praenas **B** | proprio *Kiessl., Madv.* proprior **AB** propiore **V** || 17 has **A** | alit qui **V** || 18 dictis **B** || 19 miseriore **B** | accipitis[1]] -cepistis **A** | huic τ hoc α | accipitis[2]] -cipistis **A** || 20 datis *post* ei *suppl.* τ, *transp. Burs.* || 21 adedeus α | ΠΡaΝΖΟΝ *vel sim.* α | ΛeΤΟΥCaΙ α || 21–22 *λέγουσαι ⟨ἵνα τρέφω⟩ τὸν ἐμόν Gertz* || 22 *ἀλλότριος*] nΜΟΤΡΙΟCΟC *vel sim.* α | *ἄλλοι*] ΛΜΟΙ **A** aΜΟΙ **V** || 24 mutuatos τ -atas **AB** -ati **V** | esse *om.* **V** | arti (arci **A**) *del. Novák* Adei *Burs.* aperte *Kiessl.* furtim *Gertz, fort. recte* | hanc τ hoc α | imitatos τ iritatos **A** inr- **BV** ini- **D** (*et fort.* imi- *voluit*) || 25 et *suppl. Novák* || 26 te *del. ed. Rom.* || 27 Moschus *Baumm* oscus α | stipēt **AB** || 28 filium *bis* **AB** *corr.* A^2 | sum **AB**

ARTEMON dixit: τὰ μὲν τῶν ἄλλων εὔρωστα· πλεῖ, γεωργεῖ. τὰ δ' ἡμέτε-
21 ρα ἀνάπηρα· τρέφει ἄρ⟨α⟩ τὸν ὁλόκληρον. hanc sententiam LATRO PORCIVS virilius dixit, qui non potest ⟨de⟩ furto suspectus esse; Graecos enim et contemnebat et ignorabat. cum descripsisset debiles artus omnium et alios incurvatos, alios reptantes, adiecit: pro di boni! ab his aliquis alitur 5 integer?

DAMAS SCOMBROS dixit: πάλαι μὲν ἐκθέτοις κίνδυνος ἦν τὸ ῥιφῆναι,
E νῦν δὲ τὸ τραφῆναι. hunc sensum CESTIVS transtulit: ⌜effecisti, inquit, ut maius esset periculum educari quam exponi.⌝

FVSCVS ARELLIVS aliter dixit: illa adhuc in miserae sortis infantia 10 ⌜timebantur: ferae serpentesque et inimicus teneris artubus rigor et inopia; inter expositorum pericula non numerabamus educatorem.⌝

22 GLYCON corruptam dixit sententiam: κρουσάτω τις τὴν θύραν τῶν ἐχόντων, ⟨ἵνα⟩ προσαγάγῃ τις. et illam: ἄγε, σὺ δὲ κλαῖε, σὺ δὲ θρήνει. ὢ κακῶν συμφωνιῶν. 15

Sed nostri quoque bene insanierunt. MVRREDIVS dixit: producitur miserorum longus ordo, maior pars se sine se trahit. et LICINIVS NEPOS: ut solvendo sis, in poenas quotiens tibi renascendum est!

23 Illud SPARSVS dixit, quod non corruptum tantum sed contrarium dicebat esse Montanus: solus plura habes membra quam tot hominibus re- 20 liquisti. ita enim hic potest videri laesisse rem publicam, si multi sunt debilitati; apparet autem non esse multos, si plura habet membra quam debilitatis reliquit. et illud aeque aiebat ab illo corrupte dictum: prodierunt plures mendici ⟨quam⟩ membra.

Graecas sententias in hoc refero, ut possitis aestimare, primum quam 25 facilis e Graeca eloquentia in Latinam transitus sit et quam omne, quod

1 εὔρωστα *Burs.* ePOeTΛ α || 1–2 ΓeωPΓe πa a HMeIPa aNΛπHPΛ *vel sim.* α || 2 ἄρα *Burs.* aP (ΛP **B**) α | ὁλόκληρον *Burs.* ΟΛΟΚΛΝΡΟΝ α | portius **V** (*cf. p. 4, 16*) fortius ⟨et⟩ *Schult. coll. p. 59, 1* || 3 de *suppl. Burs., qui etiam* furti *prop.* || 5 incurvatos *Schult.* incursant et **AB** incursantes et **V** incursantes **D** | reptantes *Kiessl.* repetentes α repentes τ | aliter **AB** || 7 Damas Scombros *graecis litt.* α | dixit *om.* **B** | πάλαι] nΛaΛI **A** | eKeeTOIC **BV** | KINΛYNOC HN ΓΟ PIΦNaI α || 8 δὲ] Λe α | certius **B** || 10 aliter **D** alter α || 11 feri **A** | artubus **VE** -ibus **AB** | frigor *dubit. Kiessl.* || 12 incipia **AB** || 13 TΛYKωN **A** ΓLYKωN **BV** | KPOCaTω **AV** KPaCΛTω **B** | ΘYPΛ **B** || 13. 14 TON eXωNTON α || 14 ⟨ἵνα⟩ προσαγάγῃ *Burs. quem dubit. secutus sum* πnOCaΓaH *vel sim.* α | τις] πC **AV** nC **B** | ἄγε] Me **AB** ΛΛe **V** | δὲ . . . δὲ] Λe . . . Λe α || 15 συμφωνιῶν *Schult.* ΛCYMΦω-NωN α || 16 murreus **V** || 20 mantanus **A** | reliquisti **D** -linquisti α || 21 laese **B** | r̄ p̄ α || 23 debilitatis **D** -tatos α | dictum *bis* **A** | prodierunt *Burs.* proderunt α || 24 quam *suppl.* τ | *post* membra *repetuntur verba* quam (*l. 22*) – membra (*l. 24*) *in* **A** *repetitis omnibus erroribus prioribus, praeterquam quod* dictum *semel tantum ponitur. omnia haec praeter verba* quam – reliquit *del.* **A**[2] || 25 hoc **D** hac α || 26 e Graeca eloquentia *Burs.* ege caelo caeloquentia **A** e graecae loce loquentiae **B** grece loquentiae **V** | latineum **A** | quam] quon **A**

bene dici potest, commune omnibus gentibus sit, deinde ut ingenia ingeniis conferatis et cogitetis Latinam linguam facultatis [non] minus habere, licentiae ⟨non⟩ minus.

LABIENI sententiam separavi, quia locuti de illa homines erant: 24
5 sed⟨et⟩ ad cotidianum diurnum et mendicantium quaestus recognoscit: 'tu hodie minus attulisti; cedo lora. gaudeo me non omnes emancasse. quid fles, quid rogas? plus rettulisses, si sic rogasses.' dixit et illam sententiam: date miseris quod unum percipere gaudium possint: aliquis ex illis damnatum istum videat, aliquis audiat.

10 GLYCON dixit: αὔτ⟨η⟩ μόνη τοῖς ταλαιπώροις χαρὰ καταλέλειπται.

P. VINICIVS, summus amator Ovidi, hunc aiebat sensum disertissime 25 apud Nasonem Ovidium esse positum, quem ad fingendas similes sententias aiebat memoria tenendum. occiso Achille hoc epiphonema poni:

quod Priamus gaudere senex post Hectora posset,
15 hoc fuit.

CASSIVS SEVERVS dixerat: ostende nobis captivos ⟨tuos⟩. IVLIVS BASSVS dixerat: ostende mercedarios tuos. LABIENVS commodius videbatur dixisse: ostende nobis alumnos tuos. P. ASPRENAS dixit, cum induxisset stipem porrigentem mendico: 'o ⟨in⟩felicem patrem!' et hoc
20 qui dicit, ipse fortassis pater est.

⌜LAESAE REI PVBLICAE SIT ACTIO. Parrhasius, pictor Atheniensis, cum 5 E Philippus captivos Olynthios venderet, emit unum ex iis senem. perduxit

14 *sq. Ov. met. XII 607 sq.*

1 gentibus *om.* **B** || 2–3 non *transp. Fairweather* || 4 Labieni *dett.* habienis (lab- **V**) α | separari **AB** || 5 sedet *Otto* sed α | cotidianum *fort. delendum* || 6 caedo α || 7 retulisses α | si *om.* **AB** || 8 possunt *vulg.* || 10 Glycon (clycon **AV** clicon **B**) dixit (duxit **A**) *post verba αὔτη μόνη in α leguntur, transp. Gertz* | *αὔτη Gertz* ΑΥΤ α | ΤΑΜπωΡΟΙC *vel sim.* α | ΚΛΑΤeΛeιπΤΑΙΡ α *corr.* τ || 11 Vinicius *Schott* unicus α || 12 haput (*ex* habet, *ut vid.*) **A** | invidium **AB** | fingendas **D** figendis α | sentias **V** || 13 aiebat *dett.* -bato α | tenendum τ -ndusm **AB** -ndus **V** | achillae **B** | ephiponema α || 14 Priamus *ed. Frob.* primus α | haectara **A** haectora **BV** | posset *ex* esset **V** || 15 fuis **A** || 16 casius **B** | tuos *suppl. Schult., cf. p. 306, 22* || 17 merce clarios **A** | dividabatur **A** divide- **B** || 18 lumnos **B** | Asprenas *Faber* -nates α || 19 infelicem τ, *ed. Rom.* felicem α | hic *Schult.* || 20 fortassis *Rebling, quod dubit. accepi (cf. adnot. ad p. 310, 4)* -tasse sis **AB** -tasse **V** *fort. recte* || 21 *de nominibus Graecis quae sunt* Parrhasius, Philippus, Olynthus *et adi.* Olynthius *haec praemittenda sunt: vel in omnibus vel in singulis libris saepe* parrasius, pharrasius, pharrassius, phyl- *vel* pylippus, pylyppus, olynt- *vel* olint(i)us *scribitur (saepius in* **AB** *quam in* **V**), *quae non adnotabo, nisi alius quidam error simul adnotandus erit* | rei publicae **E** (*cf. p. 316, 2; 319, 24 sqq. et alibi*) religionis α | pictord **V**

Athenas, torsit et ad exemplar eius pinxit Promethea. Olynthius in tormentis perit. ille tabulam in templo Minervae posuit. accusatur rei publicae laesae.⌝

1 Gavi Silonis. Infelix ⌜senex⌝ vidit iacentis divulsae patriae ruinas;
E abstractus a coniuge, ⌜abstractus a liberis super exustae Olynthi cinerem 5
stetit. iam ad figurandum Promethea satis tristis est.⌝ [quo] Pro Iuppiter! quem enim melius invocem adversus Parrhasium quam quem imitatus
E est? Olynthium tantum picturae tuae excipio? ⌜nemo, ut naufragum pingeret, mersit.⌝ Caeditur: 'parum est' in⟨quit⟩; uritur: 'etiamnunc parum est'; laniatur: 'hoc' inquit 'irato Philippo satis est sed nondum [in] 10
irato Iovi'.

Ivli Bassi. Producitur puer: 'supervacuum est', inquit 'nondum
E quantum satis sit Prometheo potest gemere'. ⌜Vltima Olynthi deprecatio est:⌝ 'Atheni⟨ensi⟩s, ⌜redde me Philippo!⌝' Non est istud donum, sacrilegium est. ⌜'Servus' inquit 'meus fuit'; putes Philippum loqui. Aedem 15
Minervae tamquam castra Macedonum fugiunt.⌝

2 Clodi Tvrrini. ⌜'Parum' inquit 'tristis est'; aliquis Olynthius parum tristis est?⌝ *** nisi qui Atheniensem dominum sortitus est. ⌜vis [Parrhasi] tristem videre?⌝ dabo tibi, Parrhasi, maiora tormenta: ⌜duc illum ad iacentem Olynthum⌝, duc illo, ubi liberos, ubi domum perdidit. ⌜scis 20
certe, quam tristem illum emeris. Olynthiis urbem aperuimus, templa praeclusimus. Ergo nemo Olynthius tortus esset, si omnes illos Macedones emissent. torquetur; hoc nec sub Philippo factum est. moritur; hoc nec sub Iove.⌝

3 Argentari. ⌜Hoc hospitio Olynthius Athenis exceptus est?⌝ Tantum 25

1 olynthios **V** || 2 rei publicae] p. **AB** R̄ P̄ **V** || 4 vidistiacentis **AB** | paetriae **A** || 5 abstructus[1] **A** | abstractus a liberis *vulg. addunt ex* **E** *om.* α | si per **A** || 6 quo *del. ed. Rom.* | iuppitur **A** || 8 nemo **E** nem **AV** nem tuam **B** || 9 mersit hominem **E** | inquit *Otto* in α *del. Kiessl.* | iamnunc **V** || 10 laniatur *dett.* lanatus α || 10–11 in *del. et* Iovi *scr. Raschig* in irato iove α *quo recepto vulg.* ⟨in⟩ irato *l. 10* || 12 producitur *sc. in auctione, p. cf. 317, 9* | supervacum **AB** -vacuus *Heinrich, cf. p. 52, 8 ubi, licet locus corruptus sit, hoc adi. de homine usurpatum videtur* || 13 cemere α | Olynthi **E** *dett.* -thida α || 14 Atheniensis *dett.* athenis α | rede **B** | est istud τ estis ut (ud **V**) α est illud **D** | sacrilegum **AB** || 16 castram **A** | fugimus **E** || 17–18 aliquis – est[1] **E** *om.* α || 18 *post* est[1] *lac. indicavi* | Parrhasi (*ex l. 19 in* **E** *additum*) *del. Gertz* || 18–19 vis – videre **E** *om.* α || 19 tormenta] tora tormenta **AB** *corr.* **A**[2] || 19–20 illum – duc *om.* **A** || 20 iacentum **B** | illum **B** || 21 olynthis α || 22 perclusimus **V** | ergo nemo *ed. Rom.* erco nemo **AB** ergamē **V** || 23 torqueatur **E**, *edd. recc., sed cf. adnot. ad* moritur | nec] ne **AB** | Philippo *dett.* -um α | moritor **B** -iatur **E** *edd., sed veri simile non est Parrhasium hoc optasse vel iussisse, ideoque etiam hic* α *sequor* || 24 nec **V** (*sed in* ne *mut.*) ne **AB** || 25–*p. 317,* 1 ⟨quid⟩ porro? tantum *e. q. s.* (quid *p. 317, 1 deleto*) *Kiessl.*

[porro] Olynthium torsit Parrhasius? quid ⟨porro⟩? non et oculos nostros torquet? ibi ponit tabulam, ubi fortasse nos tabulam foederis posuimus. ⌜Hoc Promethea facere est, non pingere.⌝ Aiebat tortoribus: 'sic intendite, sic caedite, sic istum quem fecit cum maxime vultum servate, ne 5 sitis ipsi exemplar'. E

CESTI PII. ⌜'Emi' inquit; immo, si Atheniensis es, redemisti.⌝ Si nescis, Parrhasi, ⌜in isto templo pro Olynthiis vota suscepimus⌝; ⟨ita per te vota⟩ solventur? Crudelis ⌜ille Graeciae carnifex istum tamen nihil amplius quam vendidit.⌝ Producitur nobilis ⌜senex longa miseriarum 10 tabe confectus⌝, reductis introrsus oculis, ⌜tam tristis quam si iam tortus esset.⌝ ut admoveri sibi catenas vidit, 'supervacuae sunt' inquit; 'si ad alium dominum pervenissem, Athenas fugerem'. Istud tibi in nullo Olynthio permitto, nisi si Lasthenen emeris. 4 E

TRIARI. Corrupisti duo maxima Promethei munera, ignem et hominem. 15 ⌜Quemcumque praeco flentem viderat, sciebat emptorem:⌝ miserebantur omnes. Te fortasse ipse Philippus reduci iussisset, nisi Atheniensem vidisset emptorem. ⟨Promethea torsisse ferunt Iovem,⟩ quod ego fabulosum esse non dubito; sed utrum vult Parrhasius eligat: parum pie aut infamavit Iovem aut imitatus est. Clamabat iste: 'nondum satis tristis 20 es, nondum satis, ⟨in⟩quam, adiecisti ad priorem vultum.' talis in auctione Philippus? 5 E

MVSAE. Narraturus sum ⌜Olynthi⌝ senis ⌜ignes, verbera, tormenta; aliquis nunc me queri de Philippo putat?⌝ dii deaeque te perdant! misericordem Philippum fecisti. ⌜Si isti creditis, iratum Iovem imitatus est; 25 si nobis, iratum vicit Philippum.⌝ Pinge Philippum cru⟨re⟩ debili, oculo effosso, iugulo fracto, per tot damna a dis immortalibus tortum. 6 E

CORNELI HISPANI. Vltima membrorum tabe ⟨consumptus⟩ tormentis

1 porro *h. l. delevi et post* quid *inserui; cf. ceteros sex locos, ubi Sen.* porro *habet: p. 8, 17; 9, 5; 68, 8; 113, 23; 179, 2; 180, 3* | Olynthium torsit *Burs.* olynthiusm (-ius V) possit α || 2 possumus AB || 3 agebat V || 4 caecidite *a. c.* V || 5 sitis *Schult.* istis AB isti V | exempla B || 6 certi B | si[1]] sia AB || 7 Parrhasi *dett.* pharran AB pharrani V | olynthius AB | suscepimus E *om.* α || 7–8 ita – vota *supplevi* ⟨ita⟩ *Müll.* || 8 graciae A illae gratiae V | istam *a. c.* V || 10 reductus A (*sed corr.*) V | quasi iam V || 12 ad *om.* AB || 13 si] s. B *om.* V | lesthenem V || 14 *cf. p. 322, 4sq.* || 15 flente V | temptorem V || 16 te] et *edd. incerta de causa* | nisi *Burs.* ansi AB si ansi V || 17 emptorem] temtarem A temptorem B | Promethea – Iovem *suppl. Gertz* || 18 elegat *a. c.* A || 19 infamavit Iovem *Burs.* infamia vitio me α | aut *om.* V | iste nondum A[2] istendum α || 20 inquam *dett.* quam α | adtecisti B | vultu V | auctione *dett.* act- (acc- A) α || 22 muscae AB | igneverbera A ignecverbera B || 23 me nunc V | *post* putat *signum interrog. posui* || 25 crure debili *D. Volkmann, Madv.* crudebili (*ex* cred- A) AB crudeli V || 26 effosso *dett.* offossus AB effossus V | iugulo *Faber* iuc- AB iac- V || 27 hisperani V | me membrorum A meorum membrorum V | tabes *dett.* | consumptus *supplevi, cf. p. 307, 8*

immoritur. Parrhasi, quid agis? non servas propositum: hoc supra Pro-
E methea est. ⌜tantum patiendum est pingente Parrhasio quantum irato
Iove.⌝

7 Arelli Fvsci patris. Pinge Promethea, sed homines facientem, sed
ignis dividentem. pinge, sed inter munera potius quam inter tormenta. 5
E Inter altaria Olynthi senis crucem posuit. ⌜Miserrime senex, aliquis for-
tassis ex servis tuis felicius servit⌝; utique felicior est quisquis Macedoni
servit.

8 E Fvlvi Sparsi. ⌜Si ad succurrendum profectus es, queror, quod unum
emisti; si ad torquendum, queror, quod ullum.⌝ Vtinam, Philippe, 10
auctionem cum exceptione fecisses, ne quis Atheniensis emeret! Non vidit
Phidias Iovem, fecit tamen velut tonantem, nec stetit ante oculos eius
Minerva; dignus tamen illa arte animus et concepit deos et exhibuit.
Quid facturi sumus, si bellum volueris pingere? diversas virorum sta-
tuemus acies et in mutua vulnera armabimus manus; victos sequentur 15
victores, revertentur cruenti. ne Parrhasii manus temere ludat coloribus,
9 internecione humana emendum est. Si necesse est aliquem torqueri, eme
nocentem servum, ut eodem tempore ⟨et⟩ exem⟨plum⟩ sumas et sup-
E plicium. ⌜Statuitur ex altera parte Parrhasius cum coloribus, ex altera
tortor cum ignibus⌝, flagellis, eculeis. ista aut videntem aut expectantem, 20
Parrhasi, parum tristem putas? Dicebat miser: 'non prodidi patriam.
Athenienses, si nihil merui, succurrite, si merui, reddite Philippo.'
E ⌜Inter ista Parrhasius dubium est studiosius pingat an ille saeviat:⌝
10 'torque, verbera, ure!' sic iste carnifex colores temperat. Quid ais? parum
tristis videtur quem Philippus vendidit, emit Parrhasius? 'Etiamnunc 25
torque, etiamnunc; bene habet, sic tene: hic vultus esse debuit lacerati,
hic morientis.'

Porci Latronis. Si videtur tibi, istis muneribus aram Misericordiae
orna. Nemo ergo ex Olynthiis miserius servit quam qui Atheniensem do-

2 tantum – quantum *i. non plus – quam* | pingende **B** -entem *a. c.* **V** | Parrhasio **D** pharraso *α* || 4 patris] p. *α* | Promethea *dett.* -eas *α* || 5 quam *bis* **AB** | inter²] in **V** || 6 olinthis **AB** | miserrime – fortassis **E** *om. α* || 9–10 unum – ullum **E** *om. α* || 11 auctionem *dett.* act- *α* | exceptione *ed. Herv.* exempt- *α* || 12 fidias **A** phy- **B** | stetis **V** || 14 vellum **AB** | uprorum statuimus **AB** || 15 armavimus **AB** | victos *Burs., Madv.* ducte **AB** victi **V** || 17 internecioni **V** *corr.* **V²** | humana *Burs.* human **AB** -ane **V** | timendum **V** | necesse est *dett.* necesset *α* | torqueri *τ* -ere *α* || 18 et¹ *suppl. Kiessl.* | exemplum *dett.* (ex eo exemplum, *cf.* **V**) exem **AB** ex eo **V** | supplicium **D** -cum *α* || 19 altera¹] atera **B** | pharrusius **A** || 20 isti **B** | aut¹ *ed. Ven.* autem *α* || 21 pharrasii *α* | tritem **AB** || 22 athenes **AB** || 23 sta **B** | dubum **B** | ille (*sc. tortor quem mox alloquitur P.*) *non hab.* **E** *et del. Müll.* || 24 torque, verbera, ure *Gertz* torquet verberare (verberat **V**) *α* torque, verbera *edd. vett.* || 25 quem] quam **AB** | pharrisius **V** || 26, 27 lacerate hoc **AB**

minum sortitus est? Miser ubicumque Philippum non viderat, pacem putabat. 'Alliga' inquit; aiebat: 'solutus apud Philippum fui.'

ALBVCI SILI. Expecta, dum Euthycrates aut Lasthenes capiantur. 11 Phidias omnia opera sine tortore fecit. Philippus quoque vendidisse con-
5 tentus est. ⌜Producitur senex⌝ nobilis, flens, ⌜respiciens patriam: placuit E isti vultus, habuit aliquid Promethei simile etiam ante tormenta.⌝ Quam diligenter causam agit! ut Philippus Olynthio *** non est, ego pecuniam perdidi. redi ad auctorem.' Propter homines Prometheus distortus, propter [me] Promethea homines ne torseris. Philippus sic
10 rogabatur: 'liceat Olynthios vivere'; Parrhasius aliter rogandus: 'Olynthiis mori l⟨ic⟩eat'. 'Tristem volo facere': nemo faciet, si Philippus non fecit.

Hanc controversiam magna pars declamatorum sic dixit, ut ⟨non⟩ 12 controversiam divideret sed accusationem, quomodo solent ordinare
15 actionem suam in foro qui primo loco accusant. in scholastica, quia non duobus dicitur locis, semper non dicendum tantum sed respondendum est. obiciunt, quod hominem torserit, quod Olynthium, quod deorum supplicia imitatus sit, quod tabulam in templo Minervae posuerit. si Parrhasius responsurus non est, satis bene dividunt. nihil est autem tur-
20 pius quam aut eam controversiam declamare, in qua nihil ab altera parte responderi possit, aut non refellere, si responderi potest.

GALLIO fere similem divisionem in Parrhasio habuit ei, quam habuerat 13 in illa controversia, cuius mentio est in hoc ipso libro, de illo, qui debilitabat expositos, detractis quibusdam. divisit autem sic: an laesa sit
25 res publica. quid perdidit? inquit; nihil. nondum de iure controversiam facio. perdidit unum senem Olynthus. fac Atheniensem: non ages mecum rei publicae laesae, si Atheniensem senatorem occidero, sed caedis. 'at vero opinio Athenarum corrumpitur; misericordia semper censi sumus.' ⌜numquam unius facto publica fama corrumpitur; solidior est opinio E

1 videret **A** || 2 fui *τ* fuit *α* || 3 expecta dum *dett.* -tandum *α* | euthucrates *α* || 4 phithias **V** | opera *Burs.* pera *α* | vendidisset **AB** || 5 nobinobilis **B** || 6 tormenta *ex* **E** *vulg.* tor *α* || 7 ait **B** | *lac. post* Olynthio *ind. Wb.*, *post* Philippus *Burs.* || 8 rodi **A** | homines *Kiessl.* -inem *α* | prometheis **AB** || 9 distortus *ed. Herv.* dixit ortus *α* distortus ⟨est⟩ *Gertz* | me *del. ed. Herv.* | net (nec **B**) sorseris **AB** || 10 alitem **A** | rogandus *Burs.* -ntur **AB** -atur **V** || 11 liceat *dett.* leat *α* | factet **AB** || 13 magnam **AB** | ut] velut *Gertz* | non *suppl. Faber* || 15 *post* suam *folium unum deest in* **B**; *p. 323, 12 verbis* quid, si *rursus incipit* | accusant *ed. Herv.* -sans **AV** || 16 tantum *ed. Frob.* tamen **AV** || 19 parvasius **A** || 20 aut] ut **V** | dedamarere **A** || 21 fellere **V** | sic respondere **A** || 22 divisionem **D** divionem **AV** | habuerat *ex* habebat **V** || 23 de illo qui *om.* **V** || 25 res publica] respondit **A** | 26 perdidit *dett.* -didi **AV** | *cf. adnot. ad p. 320, 3–4* || 27 laesa **V** | occidere **A** || 27.28 at vero *scripsi* ita verum **AV** ita vero *Novák* || 29 ⟨male⟩ facto *C. F. W. Müll. coll.* **E** (unius malo) | silidiorē **A** solidiorē (= *vel* -iorem *vel* -ior est) **V**

14 Atheniensium, quam ut labefactari illo modo possit.⌝ 'laesa est' inquit 'res publica'; [laesae] non, ut existimo. aliquis Olynthio depositum negaverit: videbitur [non] hominem, ⟨non⟩ rem publicam laesisse. ⟦Olynthiis hoc tribuisti, ut eodem loco essent quo Athenienses.⟧ ⌜'laesisti' inquit 'rem publicam, quod hanc picturam in templo posuisti'; laedunt rem publicam qui aliquid illi auferunt, non qui adiciunt;⌝ qui diruunt templa, non qui ornant. ⌜peccaverunt ergo et sacerdotes, qui tabulam receperunt. quare tamen non reciperent? deorum adulteria picta sunt⌝, positae sunt picturae Herculis liberos occidentis.

15 Deinde, an ob id accusari possit laesae ⟨rei publicae⟩, quod illi facere licuit. ea lege persequere, quae non licent. dicis mihi: 'hoc facere non oportet'; huic rei aestimatio immensa est, itaque nulla vindicta est; et id tantum punitur, quod non licet. satis abundeque ⟨est⟩, si opifex rerum imperitus ad legem innocens est.

An hoc ei facere licuerit. hoc in illa divi⟨di⟩tur: an Olynthius apud Atheniensem, etiam antequam fieret decretum, servus ⟨esse non potuerit. servus,⟩ inquit, est meus, quem ego belli iure ⟨possideo. rata autem esse quae parta sunt belli iure⟩ vobis, Athenienses, expedit: alioqui imperium vestrum in antiquos fines redigitur. quidquid est, bello partum [et] est.

16 contra ait: ille servos alii emptori potest esse, Atheniensi non. quid enim, si Atheniensem a Philippo emisses? atqui sciebas Olynthios coniunctos nobis esse foedere. ut scias, inquit, servos fuisse, decretum postea factum est Atheniensium, quo iuberentur et liberi et cives ⟨es⟩se: quare hoc illis ius, si iam habebant, dabatur?

Deinde, an decreto hoc non contineatur, ut liberi fiant, sed ut esse liberi iudicentur. hoc censuimus, Olynthios cives nostros esse; ita et ille civis noster fuit. non, inquit, nam decretum in futurum factum est, non in praeteritum. vis hoc scire [vis]? num quis, qui Olynthium servum

1 athenensium **V** | ut *dett.* vi **A** vis **V** | illo *Schult. quod dubit. accepi* ullo **AV** || 2 laesae *delevi* laesa non ⟨est⟩ *Schult., edd.* | Olynthio *Schult.* -thi *α* || 3 non *transp. Gertz* | rem publicam *edd. vett.* resp. **A** *om.* **V** || 3–4 Olynthiis – Athenienses (-sis **A** -nenses **V**) *h. l. delevit et post* Olynthus *p. 319, 26 coll. Gertz* ⟨at⟩ Olynthiis *e. q. s. legens; certe h. l. aliena sunt. fort. cum Schult.* tribuistis *legendum et verba p. 322, 2 post* occidere *inserenda sunt* || 5–6 quod – publicam **E** *om.* **AV** || 6 auferunt *τ* off- **A** aut off- (*ex corr. male intellecta, ut vid.*) **V** | dir̄ **A** || 8 quere **A** || 10 ob id] obi ad **A** | rei publicae *suppl. dett.* || 11 quae **T** quia **AV** | licent *scripsi* licuit **AV** | ⟨facere⟩ non licuit *Gertz* | dices *Gertz* || 13 licet *dett.* leget **AV** | est *suppl. ed. Herv.* || 14 rerum imperitus] *cf. p. 321, 26 sq.* || 15 an] in **A** | dividitur **D** divitur **AV** || 16–17 esse – servus *suppl. Burs.* || 17 velli **A** || 17–18 possideo – iure *suppl. Burs.* || 18 atheniensis **V** || 19 anticos **A** | et *del. Burs.* || 20 servus **V** | atheniensei **V** | non ⟨potest⟩ *Novák fort. recte* || 20.21 enim si] om̄si **A** || 21 sciebat **V** || 23 quo] qui **A** | cives esse **D** civesse **A** cīvesse **V** || 25 liberi² *dett.* liber **AV** || 26 censumus **A** | olynthio **A** || 28 praeteritum *ex* -ito **V** praeterum **A** | vis² *del.* **A²** | quis qui (*ex* quisque) **A** quisquis *τ*, *edd.*

habuit, accusabitur, quod civem in sua servitute tenuerit? si quis tunc inter necessaria servilium officiorum ministeria percussit aut ce⟨ci⟩dit, iniuriarum accusabitur? atqui, quantum ad ius attinet, nihil interest, occiderit an ceciderit; nam aut nec caedere licuit aut ⟨et⟩ occidere.

17 ⟨Latro⟩ a parte Parrhasii fecit hunc colorem: emptum esse a Parrhasio senem inutilem, expiraturum. si verum, inquit, vultis, non occidit illum sed deficientis et alioqui expiraturi morte usus est. torsit, inquit, tamen: si lucri causa, obice; nempe huius crudelitatis pretium Athenae habent. in argumentis dixit, quan⟨tum⟩ ⌜semper artibus licuisset: medicos, ut vim ignotam morbi cognoscerent, viscera rescidisse⌝; hodie cadaverum artus rescindi, ut nervorum articulorumque positio cognosci possit.

Albucius hoc colore: calamitosum fuisse, orbum, palam mortem optantem, nec aliter illum Philippus vendidisset, nisi putasset illi poenam esse vivere.

18 Silo Pompeius putabat commodius esse, si hoc animo isset ad auctionem Parrhasius, ut aliquem in hunc usum emeret. poterit enim videri elegisse vilissimum et maxime inutilem.

Fusco Arellio placebat emptum quidem illum in alios usus sed, cum deficeret et mori vellet, in id, quod unum ex cadavere artifex poterat, impensum.

Gallio ad neutrum se alligavit nec dixit, quo animo emisset.

†gallionis† color intolerabilis est: dixit enim senem ex noxiis Olynthiis emisse; quod si illi licet fingere, non video, quare non [ex] eadem opera dicat et conscium proditionis Lastheni fuisse et se poenae causa torsisse.

19 Hispo Romanius ignorantia illum excusavit: pictor, inquit, intra officinam suam clausus, qui haec tantum vulgaria iura noverat, [si] in servum nihil non domino licere, pictori nihil ⟨non⟩ pingere, mancipium suum operi suo impendit. 'non omnia' inquit 'narras: Olynthius fuit ille qui perit.' quid autem ad rem pertinet, cuius nationis servos fuerit? 'audes' inquit 'servum dicere Olynthium?' etiam, post bellum et ante

1 cives *a. c.* **V** | sua *ed. Frob.* sui **AV** | servit ut et **A** | tenuerit **D** tenebit **AV** | quis *r* quid **AV** || 2 necessaria *dett.* -ias **AV** | cecidit **D** caedit **AV** || 3 aqui **A** | ad] at **A** || 4 cadere **A** | et *suppl. Gertz* || 5 Latro *suppl. Kiessl.* | pharisio (-rr- **V**) **AV** || 6 sene **A** || 8 huius *om.* **V** || 9 quantum *r* (*cf.* multum — licuit **E**) quam **AV** || 12 albutius **AV** || 15 sylo **V** | isset **T** esset **AV** || 18 Fusco **D** -io **AV** || 19 cadaverem **A** || 21 anim **A** || 22 Gavi Silonis *Sh. Bailey, fort. recte, cf. p. 316, 4* | ⟨se⟩ senem *Müll.*, se *l. 23 ante* emisse *suppl. Kiessl.* | senum **A** || 23 si *om.* **A** | ex *del.* A^2 || 26 Romanius *Burs.* -nus **AV** | ignorantia illum *Kiessl.* -iam illam **AV** | excusavit **D** -abit **AV** | inquam **V** || 27 noverat *Kiessl.* nover **A** nover (= -erunt) **V** | si *del. ed. Herv. an* scilicet? || 28 non^2 *suppl. ed. Herv.* || 30 re **V** | fervos **A** servus **V**

decretum. alioqui quod vos illis beneficium dedistis, nisi quod iam illos
nec torquere licet nec occidere?

Graeci nefas putaverunt pro Parrhasio dicere; omnes illum accusave-
20 runt. in eosdem sensus incurrerunt. GLYCON dixit: *πῦρ καὶ ἄνθρωπος,*
Προμηθεῦ, τὰ σά σε δῶρα βασανίζει. TRIARIVS hoc ex aliqua parte, cum 5
subriperet, inflexit. hos aiebat SEVERVS CASSIVS, qui hoc facerent, si-
miles sibi videri furibus alienis poculis ansas mutantibus. multi sunt, qui
detracto verbo aut mutato aut adiecto putent se alienas sententias
lucri fecisse. Triarius autem sic vertit: corrupisti duo maxima Promethei
munera, ignem et hominem. 10

21 Sed et Graeci illam subrupuerunt: EVCTEMON, qui dixit: *Προμηθεῦ,*
ἐπὶ σέ τις πῦρ καὶ ἄνθρωπον; sanius quam Glycon ADAEVS: *Προμηθεῦ,*
σέ τις γράφων ἄνθρωπον ἀφανίζει; DAMAS corruptissime: *δικαίως, Προ-*
μηθεῦ· διὰ τί γὰρ πῦρ ἔκλεπτες ἀνθρώπῳ; CRATON furiosissime, qui dixit:
Προμηθεῦ, νῦν ἔδει σε πῦρ κλέψαι. hic est Craton, venustissimus homo et 15
[pro homo et] professus Asianus, qui bellum cum omnibus Atticis gerebat.
cum donaret illi Caesar talentum, in quo viginti quattuor sestertia sunt
Atheniensium more: *ἢ πρόσθες, φησίν, ἢ ἄφελ', ἵνα μὴ Ἀττικὸν ᾖ.* hic Cae-
sari, quod illum numquam nisi mense Decembri audiret, dixit: *ὡς βαύνῳ*
μοι χρῇ; et ⟨cum⟩ commendaretur a Caesare Passieno nec curaret, inter- 20
roganti, quare non complecteretur tanti viri gratiam: *ἡλίου καίοντος λύχ-*
22 *νον οὐχ ἅπτω.* saepe solebat apud Caesarem cum TIMAGENE confligere,
homine acidae linguae et qui nimis liber erat — puto, quia diu non fuerat.
ex captivo cocus, ex coco lecticarius, ex lecticario usque in amicitiam

1 illis *ed. Rom.* illi **AV** || **2** *cf. adnot. ad p. 320, 3–4* || **4** eosdem *ed. Herv.* eodem **AV** | ΓΛΙΚΩΝ **AV** | πΙΡ **V** | aΝΘΡΩ **A** || **5** ΤΙΡΩΜΗΘΘΥ **A** | ΛΩΡa **AV** | BaC-ΛΝΖeΙ **A** || **6** infelix *a. c.* **A** | Cassius *ed. Ven.* scausius **AV** || **7** multi] est m. **V** || **8** detractio **V** | putent *Burs.* -et **A** -ant **V** || **9** corrupisti *Gron.* (*cf. p. 317, 14*) -ruptis **AV** -rupisse **A^2** | duo **A^2 𝔯** duobus **AV** | maxima **𝔯** -ime (-imae **V**) **AV** || **11** et Graeci *Haase* egregi **A** egregiae **V** | subripuerunt **D**, *et sic fort. scribendum* || **12** enΙ **A** | nΥΡ ΚΛΙ **A** | aΝΘΡΩπΤΟΝ *vel sim.* **AV** | clycon **AV** | Adaeus *Burs., Kiessl.* (*sed litt. Graecis*) ΜΛΙΟCΙ **AV** || **13** *σέ Schult.* Me **AV** | ΤΡΛΦΩΝ **A** ΓΡaΦΛΝ **V** | *ἀφανίζει* **𝔯** aΦaΝΖeΙ **AV** | Damas *ed. Ven.* damnas **AV** || **13–15** *Προμηθεῦ – Προμηθε- om.* **V** || **14** aΙΛ ΤΙ ΤaΡ nΥΡ eΚΛenΤeC aΝeΤΡΟΩΟ **A** | Craton *Burs.* (*sed litt. Graecis*) ΚΡΛCΟΝ **A** || **15** nΥΡ ΚΛeΨΛΙ **A** || **16** pro homo et *del. Burs.* | Asianus *Burs.* asinius **AV** || **17** donaret *dett.* -are **AV** || **18** ΤΡΟCΘeC **A** aΡΟCΘeC **V** | *φησί, τι Gertz* | *ἢ*[2]] ΙΝ **A** | *ἵνα*] ΤΝa **A** ΓΝa **V** | aΝΙΚΟΝ **A** aπΙ-ΚΟΝ **V** || **19** quod **L** quo **AV** *fort.* quom | misi **V** | lecembri **A** | audiret *dett.* -ire **AV** | *ὡς Gertz, Müll.* ΜC **AV** *μὴ Burs.* || **19. 20** *βαύνῳ μοι Burs.* ΒΟΤΛΩ Me **AV** || **20** cum *suppl.* **A^2** | Passieno *dett.* posseno **A** passeno **V** || **21** naΙΟΝΤΟC (πaΙ-**V**) **AV** *φαίνοντος dubit. Gertz* || **22** anΤΩ **A** | Timagene *ed. Rom.* timaginem (-ine **A^2**) **A** imaginem **V** || **23** homine *ed. Rom.* -nem **AV** | acidae *ed. Herv.* acidate **A** eacide **V** | minis **A** *corr.* **A^2** || **24** ex[1]] et **A** | lecticarius ex *om.* **A** | inaminamiciciam **A**

Caesaris †felix† usque eo utram⟨que⟩ fortunam contempsit, et in qua erat et in qua fuerat, ut, cum illi multis de causis iratus Caesar interdixisset domo, combureret historias rerum ab illo gestarum, quasi et ipse illi ingenio suo interdiceret; disertus homo et dicax, a quo multa 5 improbe sed venuste dicta.

Ne modum excedam excurrendo, ad Parrhasium revertor. NICETES 23 dixit: *εἰ πυρὶ ⟨καὶ⟩ σιδήρῳ ζωγραφοῦνται, τίν⟨ι⟩ τυραννοῦνται;*

HISPO ROMANIVS dixit: ⌜ignis, ferrum, tormenta: pictoris ista an Philippi officina est?⌝ E

10 SPARSI sententia in descriptione picturae habet aliquid corrupti: et ubicumque sanguine opus est, humano utitur. dixit enim quod fieri non potest.

Illum locum omnes temptaverunt: quid, si volueris bellum pingere, quid, si incendium, quid, si parricidium? e Graecis DORION furiose dixit: *τίς Οἰδίπους ἔσται, τίς Ἀτρεύς; οὐ γράψεις γάρ, ἂν μὴ μύθους ἴδῃς ζῶντας.* 15 sed nihil est, quod minus ferri possit ⟨quam⟩ quod a METRODORO dictum est: *μή μοι Τρῳάδας μηδὲ Νιόβην. Ἐπίθες τὸ πῦρ· οὔπω μοι τὸν* 24 *Προμηθέα ἀπέδωκεν.*

TRIARIVS dixit: nondum dignum irato Iove gemuisti.

HATERIVS dixit sanius: nondum vultus ad fabulam convenit. et illud: 20 Parrhasi, ut omnia fiant ad exemplum, vivat qui tortus est.

Sed si vultis, audite supra quod non possit procedere insania: LICINIVS NEPOS ait: si vultis digne punire Parrhasium, ipse se pingat.

Non minus stulte AEMILIANVS quidam, Graecus rhetor, quod genus 25 stultorum amabilissimum est, ex arido fatuus, dixit: *ἀποκτείνατε Παρ-* 25 *ράσιον, μὴ θελήσας γράφειν ἐξ ὑμῶν ἀρχέτυπον εὕρῃ.*

PAVSANIAS dixit: *διὰ σέ, Παρράσιε, δεῖ τοὺς ἐκπορευομένους τοῦ ναοῦ ἀφαγνίσασθαι.*

1 felix] enix⟨us⟩ *Thomas* *fort.* elect⟨us⟩ *vel* evect⟨us⟩ | eo] in eo **V** | utramque **D** utram **AV** || 1, 2 qua erat] querat **A** || 2 fuerit **A** | muleis **A** | clausis **A** || 3 historiās **V** || 4 dicax *dett.* dixit **AV** || 5 venuste **D** venusiste **A** venusta **V** || 6 excurrendo *Schult.* -curro et **AV** | parnasiam **A** parnasium **V** || 7 dixit **D** dicet **AV** | *πυρὶ Burs.* πYNL **AV** | *καὶ suppl. Thomas* | *σιδήρῳ Burs.* ClaIPPω **A** CIΛIΓPω **V** | ZωΓPΛΦONTal (-TΛ **V**) **AV** | *τίνι Thomas* TIN **A** πIN **V** || 8 romanus **V** | picturi **V** | ista *ed. Rom.* isto **A** isti **V** | Philippi **E** -ppo **AV** || 10 sententia *dett.* -iam **AV** || 12 omnes *dett.* omne **AV** | temptaverunt] *post hoc v. rursus incipit* **B** || 13 si² *om.* **AB** | e Graecis *C. F. W. Müll.* a greco *α* || 14 OlalnOYC **A** OIΛIHOYC **BV** | *ἔσται Hertz* eCTΛal **AV** eTTΛΛI **B** | *γράψεις Gertz* ΓPΛΦeIC *α* | *γάρ, ἂν Burs.* IΛNP ΛN *α* | MYCOYC **A** | IVHC *α* | *ζῶντας Burs.* ZMNIΛC *α* || 15 nihil est] -hilem **B** | quam *suppl.* **D** || 16 *μοι Τρῳάδας*] MOπPωΛΔΛC *vel sim.* *α* | MHΛe *α* | eπIIΘeC *vel sim.* *α* | *οὔπω μοι τὸν Burs.* OYIPωMOπON *vel sim.* *α* || 17 *ἀπέδωκεν Burs.* IICΛOTKeN *α* || 19 illud *τ* -lum *α* || 22 nepus **AV** || 22–23 Nepos – Graecus *om.* **B** || 23 grecos **V** || 24 arido *Gron.* -ida *α* ex arido = *propter mentis ariditatem* || 25 ξYMωN *α* | ΛPXeTYnON **A** | eIPN **V** || 26 ΠΛYCΛIΛΣ *α* Musa A^2 || 26–27 *δεῖ . . . ἀφαγνίσασθαι Burs.* ΛeπOYC eKπOPeYOMeOYe ωY NΛOY ΛΦΛΓNICΛCeN *vel sim.* *α*

OTHO pater, cum ⟨pro⟩ Parrhasio diceret, in hoc colore derisus est: quia conciderat, inquit, per proditores Olynthos, volui pingere iratum proditori suo Iovem.

GARGONIVS multo stultius, quare Promethei Parrhasius supplicium pinxisset: ego, inquit, ardente Olyntho non odissem ignium auctorem? 5

26 LATRONIS illa celebris sententia est, quam SPARSVS quoque subtractis quibusdam verbis dixit in descriptione tormentorum: 'Parrhasi, morior!' sic tene! hanc sententiam aiunt et DIOCLEN CARYSTIVM dixisse non eodem modo: *ἄπιστος ἡ ὑπεροψία· πρὸς τὸ ἀρέσκον εἶδος ἐβόα· μένε.*

27 SPYRIDION honeste Romanos fecit; multo enim vehementius insanit 10 quam nostri phrenetici. voluit videri volturios ad tabulam Parrhasi advolare, fabula eleganti ad turpem sententiam perductus: traditur enim Zeuxin, ut puto, pinxisse puerum uvam tenentem, et cum tanta esset similitudo uvae, ut etiam ⟨aves advolantes temptarent iniuriam⟩ facere operi, quendam ex spect⟨at⟩oribus dixisse aves male existimare de ta- 15 bula; non fuisse enim advolaturas, ⟨si⟩ puer similis esset. Zeuxin aiunt oblevisse uvam et servasse id, quod melius erat in tabula, non quod simi-
28 lius. Spyridion aeque familiariter in templum volturios subire putavit quam passeres aut columbas; dixit enim: *σαρκοφάγα σοῦ γ' ἡ γραφὴ ἠπάτα ζῷα.* 20

Sed nolo Romanos in ulla re vinci. restituet aciem MVRREDIVS, qui dixit: pinge Triptolemum, qui iunctis draconibus sulcavit auras.

Inter illos, qui de Prometheo corrupte aliquid dixerunt, et APATVRIVS locum sibi vindicat; dixit enim: †ωΤΟΥΤΟ† *τὸ πῦρ εἰς θεοὺς πάλιν κλαπῆναι.* 25

1 oto α | pro *suppl.* **D** | pharrisio **V** || 2 conciderat *Burs.* -erant α | inqui **AB** | Olynthos *Burs. coll. p. 140, 16* -ios α -thus *Novák coll. p. 316, 20; 319, 26 fort. recte* | volui] voli cui **B** | pinge **V** || 3 vocem **A** || 4 garganius **A** gargius **V** || 5 pinxisset] s pinxisset **A** || 7 tormentorum *Dalechamp* mortuorum α | Parrhasi *dett.* pharraso (*ex* -io **V**) α | emorior *dett.* || 8 diochen **V** | ⟨sed⟩ non *Hoffa, fort. recte* || 9 ΑΠΙCΤΟC **A** | ΚπεΡΟψΙΛ α | ΠΡΟC **A** | ΛΡeΤΚΟΝ **BV** || 10 Spyridion *Faber* hisperidion α | honeste ⟨dixisse⟩ *Burs., edd.* | romanus **V** || 11 phrenetici *Burs.* plenitici **A** phenitici **B** phanitici **V** fanatici **D** | volterios **A** voltorios **B** || 12 fabula *dett.* tabula α | *cf. Plin. nat. XXXV 66* | purductus **A** | enin α || 13 ΖΕΥΧΙΝ (ΖΕΙ- **A**) α | pinxissem **B** | tantum **A** -tam **B** | essem **AB** || 14 aves — iniuriam *supplevi praeeunte Novák* ⟨aves advolare⟩ faceret *Burs.* | faceret **V** || 15 spectatoribus *Gruter* ceptoribus α | aves *τ* abes **AV** habes **B** || 16 ⟨si⟩ puer *Titius, quod dubit. accepi* vel α ⟨si⟩ ille *Kiessl.* | Zeuxin **D**² deyxin **AV** derxin (*ut vid.*) **B** || 17 volevisse **A** | servare *a. c.* **V** || 18 Spyridion aeque *ed. Schott.* sypiridio neque α | vulturios **AB** vultorius **V** | putabit **AB** || 19 passares **AB** | dixit *Gertz* dixerit α || 20 *ἠπάτα Gertz* πΛΓΛ (ΠΛ- **A**) α || 22 treptolemum **V** || 24 indicat **AB** | ωΤΟΥΤΟ (ΟΤ- **V** ωΤΟΥ **B**)] *ὤφελε Burs.* | *ὤ⟨φελ' ὑπό⟩ του τὸ πῦρ Novák ὢ τοῦ τὸ πῦρ dubit. Schenkl, an recte?* | *πάλιν Burs.* ΙΤΛΡΙ **A** πaΡΙ **BV** | ΚΛΟπΗΝΛΙ *vel sim.* α | *ἐῶ τοῦτο τὸ πῦρ εἰς θεοὺς παρακλαπῆναι Thomas*

⌈FVR CONTIONE PROHIBEATVR. Quidam, cum divitem proditionis **6** E
postulasset, noctu parietem eius perfodit et scrinium, in quo erant missae
ab hostibus epistulae, sustulit. damnatus est dives. accusator contionari
cum vellet, a magistratu prohibitus agit iniuriarum.⌉

5 PORCI LATRONIS. ⌈Id solum sustuli, quod fur reliquisset. Nihil tam 1 E
valde fur timui, quam ne dominus res suas non agnosceret.⌉ Fac mihi
invidiam, pro⟨fer⟩ furtum meum! Ago magis⟨tratui⟩ tamen isti gratias,
quod, cum ad illum furtum meum detulissem, furem summoveri non
iussit. ⌈Ruentem civitatis statum unius parietis ruina⌉ reposui. E
10 MOSCHI. Sollicitus erat, ne quod perdiderat quaereretur. ⌈Indicium E
profiteor: multos furti conscios habeo.⌉ Ad illum tuli, illi ostendi: hoc
furtum non solus habeo. ⌈Furtum est quod timet dominus agnoscere?⌉ E
Potui non esse pauper: habui quod magno venderem. teneo ecce epistu-
las, in quibus manifesta proditionis argumenta sunt, in quibus hostium
15 consilia. te interrogo: si furtum est, repono?

MVSAE. Furtum vocas, quod qui perdiderat negabat suum? furtum
feci, sed hostibus.

CLODI TVRRINI. Furtum vocas, ⌈quod qui perdiderat, supplicium tulit, E
qui subripuerat, praemium? utri permisisses loqui, si eodem tempore et
20 fur venisset et dominus?⌉ Potui rem publicam magno vendere vel pro-
ditori.

ARELLI FVSCI patris. ⌈Mille navium duces furto Troiam cepistis. si 2 E
bene furto evertuntur urbes, quanto melius servantur!⌉ Si non indica-
vero, cuius sit, nemo agnoscet.

25 VIBI RVFI. Cuius ego, si potuissem, non parietem tantum, pectus ip-
sum perfodissem. Nondum totum consummavi officium: non est tam
angusta res publica, ut ab uno opprimi possit.

CESTI PII. Nolite a me omnia exigere, quae scio; multa sunt, quaedam
et in contione dicenda. Hoc furtum liberos vestros docete. Rogo vos,

1 fur] fuit **B** | contine **AB** || **2** perfodit **E** *quod dubit. praetuli. cf. l. 26 et p. 326, 2* offodit **AB** eff- **V** *fort. recte* | crinium **A** | erant **A**^{2} *et p. c.* **V** *vel* **V**^{2} erat *α* || **3** siostulit **V** | concionari *α* || **5** sustuli **E** -it *α* | fur **E** *et suppl.* *τ* *om.* *α* | nihl **A** || **7** profer *C. F. W. Müll.* (*cf. p. 326, 1*) pro **AB** prodidi **V** prode *Burs., edd.* | magistratui *τ* magis *α* || **8** surtum **A** | furem summoveri *ed. Herv.* puerum suum moveri *α* || **9** stantum **AB** || **10** Moschi *Baumm* osci *α* || **11** tuli, illi ostendi *C. F. W. Müll., Thomas* (*sed* illi ostendi *etiam dett.*) tuti illius tendi *α* || **12** non *om.* **B** | dominos **V** || **14** ostium **AB** || **15** consilio **A** -iare *a. c.* **V** || **17** feci sed *ed. Rom.* fecisset *α* || **18** Turrini **D** -ani *α* | furtui **A** furtur **B** || **19** subripuerat **D** -riperat *α* -ripuit **E** | permisisset **V** || **19–20** et fur venisset **E** pervenisset *α* || **20** R̄ P̄ *vel sim.* *α* || **22** patris] p̄. **AB** p. **V** | duces **E** deces **AB** decius **V** | cepistis **E** coep- *α* || **23** vertuntur **A** || **24** agnoscet *Schult.* cogn- *α* || **25** vivi *α* || **26** tam *τ* tantum *α* || **27** R̄ P̄ *α* || **28** certi **B** | quae scio] quaestio **B** || **29** contentione **AB** | vostros **A**

iudices, per furtum meum. Quotiens furtum meum protuli, tacet dominus. Ego fur? ecce altera iniuria! Non tu, inquit, perfodisti domum? tace, ego [non] ista melius narrare soleo. Non nego rem †presio ***

⟨EXCERPTA CONTROVERSIARVM LIBRI DECIMI⟩

Lugens divitem sequens filius pauperis

1 INIVRIARVM SIT ACTIO. Quidam, cum haberet filium et divitem inimicum, occisus inspoliatus inventus est. adulescens sordidatus sequi divitem coepit, dives eduxit in ius eum et postulavit, ut, si quid suspicaretur, argueret. adulescens ait: 'accusabo, cum potero.' dives petens honores repulsus est. accusat iniuriarum pauperis filium. contradicit. 5

Gratias diviti, quod quos odit iam reos facere contentus est. 'Non ambulabis' inquit 'eadem via, non calcabis vestigia mea, non offeres delicatis oculis sordidam vestem, non flebis invito me, non tacebis'; perieramus, si hic magistratus esset. Quod sordidatus fui, luctus est; quod flevi, pietatis; quod non accusavi, timoris; quod repulsus est, vestrum est. Honores patre meo ⟨vivo⟩ numquam petivit. Vitium me meum sequitur: taceo. utinam hoc vitium habuisset et pater! Quando vobis non sordidati sumus? 'accusa' inquit; pauper divitem? Ambulare mihi arbitrio meo non licet. 'accusa', inquit 'reum perage, perora'. quis accusare sic loquentem potest? 'cur' inquit 'me sequeris?' aliud ergo pauperes iter, aliud divites habent? Quisquis percussor fuit, quasi dives spolia contempsit. Mortuo patre meo — metuo enim, ne quis se laedi putet, si dixero occisum. 'Sordidatus' inquit 'fles'; quid aliud facere possum occisi pauperis filius? Quid accusanti fecisset qui persequitur tacentem? 'Quare' inquit 'sequeris me?' ut aliquando mei miserearis, ut desinas adflictam domum persequi. Eum accusatorem habeo, qui se reum non esse miratur. 'Cur non agis?' quia adeo non metuis, ut cogas. Sordidatus sum. quod reo licet, lugenti non licet? An ne lugebo quidem quem vindicare non possum? Non erat in illo praeda, quam grassator appeteret; erat summa virtus, contumax adversus fastidium divitiarum innocentia. haec ab inimico petita sunt spolia. Quis caedem machinatus est? scire non possum; quod dissimulari non potest, scio, quis optaverit. Et tu dives inimicus es et ille inspoliatus inventus est; non est, cur accusem, sed est, cur suspicer. 10 15 20 25

Pars altera. Vt scias te invidiam mihi facere, cum dixissem 'accusa me', non negasti sed respondisti: 'accusabo, cum potero'. 30

Fortis non cedens forti patri

2 VIRO FORTI PRAEMIVM. SI PLVRES ERVNT, IVDICIO CONTENDANT. Pater et filius fortiter fecerunt. petit pater a filio, ut sibi cederet; ille noluit. iudicio contenderunt, vicit patrem. petit praemio statuas patri. abdicatur. 35

1 furtum[1]] tum **AB** || 3 non[1] *del. Otto* novi *dett.* | istam alius **A** | narraro **B** | nego rem] negarem **A** | pretio **D** | *ex deperditis nonnulla in* **E** *invenies* || 5 cum *om.* **M** *suppl.* **M**[2] | imicum **M** *corr.* **M**[2] || 6 exspoliatus **M**[3] | est *om.* **M** *suppl.* **M**[2] || 8 pauperes **M** *corr.* **M**[3] || 9 cd **M** || 10 gratias ⟨ago⟩ *e textu integro Kiessl., fort. recte* || 14 pate **M** *corr.* **M**[2] a patre **M**[3] | vivo *suppl. recc.* || 15 sequitur *recc.* -etur **M** -atur **M**[2] || 16 accusat **M**[3] | inquit] in- *scr.* **M**[3] || 17 reum *e textu integro vulg.* raem **M** rem *recc.* || 19 metuo *recc.* me aio (-i- *scr.* **M**[3]) **M** || 20 qus **M** *corr.* **M**[3] | sordidatus es *textus integer* || 21 occisum **M** *corr.* **M**[3] | accusanti *recc.* accusatus (-us *ras.* **M**[3]) **M** || 25 prae **M** -da *suppl. vel* **M**[2] *vel* **M**[3] || 26 crassator **M** || 31 respondistis **M** *corr.* **M**[3] || 35 patri] -ris **M**[3] | abdicatur] -ur *ras.* **M**[3]

Quem optem nescio iudicii huius eventum, cum crimen meum sit vicisse. Patriae iudicium habeo, patris perdidi. Patrem in acie vidi, pugnavi cum exemplo. iudicium vocat, quo pater et filius spolia contulimus? Vici non filius patrem sed iuvenis senem. ego vici, sed omnes gratulati sunt patri. Cogitavi Horatium Etruscas acies
5 corpore suo submoventem; cogitavi Decium, qui nec ipse patri cessit. Pugnabam non tantum imperatori sed etiam patri. Avidus sum gloriae; hoc si vitium est, paternum est. Pudeat, pater, si te vicit filius abdicandus. Ego praemium habeo, tu et praemium et virum fortem. Virtutes nostrae silentio praeterissent; illustratae sunt, dum conferuntur. Iudicaverunt non quod erat sed quod te malle credebant. Honor
10 ad utrumque pervenit: alter praemium habet, alter accepit.

Pars altera. Nolo habitare cum adversario meo. non capit idem contubernium victum et virum fortem. 'statuas' inquit 'tibi posui'; immo, ne possem umquam victum me oblivisci, ignominiam meam in aes incidisti.

Demens quod mori coegerit filiam

15 Dementiae sit actio. Bello civili quaedam virum secuta est, cum in diversa **3** parte haberet patrem et fratrem. victis partibus suis et occiso marito venit ad patrem; a quo non recepta ait patri: 'quemadmodum vis tibi satisfaciam?' ille respondit: 'morere!' suspendit se ante ianuam eius. accusatur pater a filio dementiae. contradicit.

20 Sic sibi satisfieri ne victor quidem voluit. Nullum fuit in proscriptione mulieris caput. Inquinasti filiae sanguine penates — quamquam quid loquor penates, tamquam in domo perierit? adlatum ad se Caesar Pompei caput flevit, et hoc ille propter filiam fecit. 'Quemadmodum vis satis tibi faciam?' hoc ipso satisfecisse debuerat. puella adeo et in maritum et in patrem pia, ut alterum usque in mortem secuta sit,
25 alteri etiam morte satisfecerit. periculose offendo patrem, qui nescit ignoscere. 'Morere!' quid aliud meruerat, si satisfacere noluisset? Defendisti Ligarium, Cicero. quam leve iudicasti crimen, de quo confessus es! Ante ipsum domus limen extincta est, ne dubitari posset, marito perisset an patri. 'Meruerat' inquit; accusas etiamnunc? et certe iam tibi satisfactum est. Secutus est gener diversas partes, uxor
30 suas. Optima civilis belli defensio oblivio est. 'Morere' inquit; etiam quibus animadvertere in damnatos necesse est, non dicunt 'occide', non 'morere' sed 'age lege'; crudelitatem imperii verbo mitiore subducunt.

Pars altera. Mores tuos patri debes approbare, non patris regere. Multa debes dementiae signa colligere. non potes patrem propter verba damnare. Animadvertit
35 Manlius in filium et in victorem quidem, animadvertit Brutus in liberos non factos hostes sed futuros; vide, an sub his exemplis liceat patri fortius tantum loqui. Contumaciter rogavit et quemadmodum periit. Nihil agnovi filiae, nihil victae. Non misit ad patrem fratrem. an etiamnunc irascitur fratri? Cur me solum rogat, cum duobus satisfacere debeat? 'Victor' inquit 'cito exoratus est'; facilius est ignoscere bello
40 quam parricidio. Etiam morte patri quaesivit invidiam. Perisse propter patrem dicitur mulier, quae unum habuit, propter quem mori posset?

3 iuvenes **M** *corr.* **M**[3] || **4** oratium **M** || **18** more **M** *corr.* **M**[2] | cd **M** contradicit **M**[3] || **20** sic sibi] sic *del. et* tibi *scr.* **M**[2] | nec **M**[3] || **21** *post* caput *vocem* filiae *eras.* **M** || **22** perierint **M**[2] || **23** fecit *scripsi* (praestitit *textus integer*) flevit (*ex l. 22*) **M** || **25** offendit **M**[3] || **31** lege *ν* -em **M** || **32** mitiore *recc.* micores **M** -iores **M**[3] || **35** Manlius *β* mallius **M** || **36** tantu (*propter membranae vitium*) **M** || **37** misit **M**[3] melius (i *supra* m) est sit **M** || **40** -it invidiam *propter maculam non legitur in* **M**

Mendici debilitati

4 Rei publicae laesae sit actio. Quidam expositos educebat et debilitatos mendicare cogebat, ut sibi mercedem referrent. accusatur laesae rei publicae.

Factum est, ne liberos patres aut agnoscant aut recipiant. Vectigalis isti crudelitas eo magis, quod omnes praeter istum misericordes sumus. Effectum est, ut nihil 5
esset miserius expositis quam tolli, parentibus quam agnoscere. Alterius comminutas scapulas in deforme tuber extundit. Produc familiam tuam. Volo nosse illam humanarum calamitatum officinam. Sua cuique calamitas tamquam ars adsignatur. Intuemini illi erutos oculos, illi fractos pedes. quid exhorrescitis? sic iste miseretur. Novum monstrum: integer alitur, debiles alunt. 'Perissent' inquit; ita non infelicius 10
supersunt? 'Perissent' inquit; interroga patres, utrum maluerint. Quanti ex his viri fortes, quanti tyrannicidae, quanti futuri sacerdotes? nec incredibilia loquor: ex hac fortuna ⟨origo⟩ Romanae gentis apparuit. Plus acceptum crudelitati quam expensum misericordiae refert. Expositos aluerunt etiam ferae, satis futurae mites, si praeterissent. Quorum cum ubique audiantur preces, in sua tantum causa cessant. 15
Abscisa est illi lingua; et est rogandi genus rogare non posse. miseremini omnium, iudices, quorum singulorum misereri soletis. Istis nos vindictam negaturos putas, quibus ne id quidem negavimus, quod tibi daturi erant? Res indignissima: cum, tam crudelis sit, misericordia publica vivit. Exsurgite, miseri, et hodie primum vobis rogate. 'Tibi' inquit 'cotidiana captura non constat. apparet te nondum satis mise- 20
rum videri.' Occurrunt nuptiis dira omina, sacris publicis auspicia feralia et diebus in hilaritatem dicatis semianimes isti greges oberrant. Alunt istum qui se alere non possunt. non est, qui rogare nesciat: solet etiam docere. Non habes tot membra quot debes. Ergo tu, cum de misericordia publica cogitares, tam crudelis esse potuisti? Miseros qui sic rogant, miseriores qui sic rogantur! Omnes omnibus stipem confe- 25
runt, dum unusquisque timet, ne filio neget. Effecisti, ut maius esset malum educari quam exponi. Timebantur ferae atque serpentes et inimicus teneris artubus rigor, inopia quoque; inter expositorum pericula non numerabamus educatorem.

Pars altera. 'Debilitasti' inquit; plus illis patres nocuerunt. Quid videtur lanista, qui iuvenes cogit ad gladium et tamen non accusatur laesae rei publicae? quid leno, 30
qui stuprum pati cogit invitas nec rem publicam laedit? ego reum non laudari desidero sed absolvi. noceat hoc illi, cum honores petet. potest enim aliquis et non esse homo honestus et esse innocens reus. Vt illis multum ablatum sit, vita reddita est. Rei publicae laesae non potest agi eorum nomine, qui sunt extra rem publicam. Egens homo et qui ne me quidem alere nedum alios possem, sustuli relictos, quibus 35
non iniuria fieret, si aliquid detraheretur, sed beneficio cederet, si vita servaretur: faciant invidiam, dicant illos per me tam misere vivere, dum fateantur per me vivere. Vnius misericordia vivunt, omnium aluntur. Mirum est vacare homines huic cogitationi, ut curent, quid homo mendicus inter mendicos agat. civitatis istius principes divitias suas exercent contra naturam: excisorum greges habent; exoletos 40
suos, ut ad longiorem patientiam impudicitiae idonei sint, amputant et, quia ipsos

2 positos M *corr.* M *vel* M² | educebat *cod. Admuntanus* se- M *del.* M², M³ || 5 omnes *recc.* -is M || 6 parentiparentibus M *corr.* M³ || 8 hmarum M *corr.* M² || 9 effractos (*ut vid.*) *a. c.* M || 13 origo *suppl. recc.* || 16 et *del. Burs.* || 17 miserere M *corr.* M³ || 21 sacris *β* fatis M || 23 quod M *corr.* M³ || 24 cogitaris M *corr.* M² || 31 qui] quid *a. c.* M | invitas *recc.* -tus M || 34 laesam M *corr.* M³ || 35 nec M³ || 36 sed – servaretur *om.* M, *suppl. mg.* M², *sed* si *pro* sed *scr.*, *corr. recc.* || 37 mise M *corr.* M³ || 38 maluntur M *corr. recc.* || 39 current *a. c.* M | istis istius M *corr.* M³ || 41 ut *om.* M *suppl.* M²

pudet viros esse, id agunt, ut quam paucissimi sint. his nemo succurrit delicatis et formosis debilibus. curatis, quis ex solitudine infantes auferat perituros, nisi auferantur; non curatis, quod solitudines suas isti beati ingenuorum ergastulis excolunt et miserrimorum iuvenum simplicitate decepta speciosissimum quemque
5 ac maxime idoneum castris in ludum detrudunt.

Parrhas⟨ius⟩ et Prometheus

REI PUVLICAE LAESAE SIT ACTIO. Parrhasius, pictor Atheniensis, cum Philippus **5** captivos Olynthios venderet, emit unum senem. Athenas perduxit, deinde torsit. ad exemplar torti Promethea pinxit. Olynthius in tormentis periit. ille in templo
10 Minervae tabulam posuit. accusatur laesae rei publicae.

Senex abstractus a liberis super exustae patriae cinerem stetit. ad figurandum Promethea satis tristis est. Nemo, ut naufragum pingeret, mersit hominem. Vltima Olynthii deprecatio fuit: 'redde me Philippo'. 'Servus' inquit 'meus fuit'; putes Philippum loqui. aedem Minervae sic fugimus tamquam castra Macedonum.
15 'Parum' inquit 'tristis est'; aliquis Olynthius parum tristis est? vis, Parrhasi, tristem videre? duc illum ad Olynthum iacentem. scis certe, quam tristem emeris. Olynthiis urbem aperuimus, templa praeclusimus. nemo Olynthius tortus esset, si omnes illos Macedones emissent. 'torqueatur'; hoc nec sub Philippo. 'moriatur'; hoc nec sub Iove. Sic iste hospitalis Olynthio fuit? Hoc Promethea est facere, non pingere. 'Emi'
20 inquit; immo, si Atheniensis es, redemisti. In isto templo ⟨pro⟩ Olynthiis vota suscepimus. Ille carnifex Graeciae istum tamen non amplius quam vendidit. Senex longa miseriarum tabe confectus et tam tristis quam si iam tortus esset. Quemcumque praeco flentem viderat, agnoscebat emptorem. Vereor, ne quis, cum audierit Olynthii verbera, tormenta, ignes, queri me de Philippo putet. Si isti creditis,
25 iratum Iovem imitatus est; si nobis, iratum vicit Philippum. Tantum patiendum est pingente Parrhasio quantum irato Iove. Miserrime senex, aliquis fortassis ex servis tuis felicius servit. Si ad succurrendum profectus es, queror, quod unum emisti; si ad torquendum, queror, quod ullum. Statuitur ex altera parte Parrhasius cum coloribus, ex altera tortor cum ignibus. Dubium est, inter ista Parrhasius stu-
30 diosius pingat an saeviat. Producitur respiciens patriam senex; placuit Parrhasio vultus infelix: Olynthius aliquid habuit Promethei simile etiam ante tormenta. Ignis, tormenta, ferrum; officina haec pictoris an Philippi est?

Pars altera. Numquam unius malo publica fama corrumpitur; solidior est opinio Atheniensium, quam ut labefactari tormentis captivi possit. 'laesisti' inquit 'rem
35 publicam, quod hanc picturam in templo posuisti'; laedunt rem publicam qui aliquid illi auferunt, non qui adiciunt. Peccaverunt ergo recipiendo tabulam etiam

1 paucissimi *e textu integro Müll.* pauci viri **M** || 2 fermosus (*?*) **M** *corr.* **M**[2] | ex solitudine *recc.* exoli- **M** || 3 solitudines *recc.* sollicitudines **M** | suos (*?*) **M** *corr.* **M**[3] || 4 speciosissimum *e textu integro ed. Frob.* speciosum **M** || 6 Parrhasius *recc.* parras **M** || 7 parrasius (*et sic semper*) **M** | athiniensis **M** *corr.* **M**[3] | phylippus (*et sic vel* fil- *saepe*) **M** || 9 expla **M** *corr.* **M**[3] | promittitea **M** *corr.* **M**[2] | olythios **M** *corr.* **M**[3] || 11 abstractus a *e textu integro ed. Schott.* abstraca **M** | super *om.* **M** *suppl.* **M**[2] || 12 promitea **M** -eteha **M**[2] || 13 olymthii (*et sic vel* olymt- *vel* olimt- *saepe*) **M** || 14 castram macedonem **M** *corr.* **M**[3] || 19 sic iste *β* sciste **M** || 20 athenienses **M** *corr.* **M**[2], **M**[3] | pro *suppl. ν* || 22 quemcumque *recc.* quae- **M** || 26 irata **M** *corr.* **M**[3] || 28 statuitur ex *e textu integro Pincianus* statuit rex **M** | *post* altera *scr.* quod ullum statuit *sed del.* **M** || 29 dubius **M** *corr. cod. Vat. 340* || 35 templo **M**[2] tem **M**

sacerdotes. cur tamen [cur] non reciperent? deorum crimina in templis picta sunt. Multum semper artibus licuit: medici, ut vim ignotam morbi cognoscerent, viscera hominum resciderunt.

Fur accusator proditionis

6 INIVRIARVM SIT ACTIO. FVR CONTIONE PROHIBEATVR. Quidam, cum divitem proditionis accusasset, noctu parietem eius perfodit et scrinium, in quo missae erant ab hostibus litterae, sustulit. damnatus est dives. cum contionari vellet accusator, a magistratu prohibitus agit iniuriarum. 5

Id solum sustuli quod fur reliquisset. nihil magis fur timui, quam ne dominus furtum nollet agnoscere. Ruentem civitatis statum unius parietis ruina suspendit. Profiteor indicium: furti mei civitas conscia est. Furtum est quod timet dominus agnoscere? Quod qui perdidit, supplicium tulit, praemium qui subripuit? cui magis permisisses loqui, si eodem tempore et fur venisset et dominus? Mille navium duces furto Troiam cepistis. si bene furto evertuntur urbes, quanto melius liberantur! 10

In forum veni, narravi nocturnam expeditionem meam. convenerant omnes tamquam ad contionem. Cur me summoves ante accusationem, cum nec proditores inauditi pereant? O furtum in contione narrandum! Proditoris vigilantissimum pectus et in exitia semper nostra sollicitum publica fata sopierant; ita etiam ministros eius alligaverat somnus, ut mihi liceret eligere quod tollerem. Diruere mihi videbar hostium muros. Furtum vocas, quo nihil melius anno tuo factum est? Nemo fur rem publicam cogitat. Nihil non licet pro re publica facere. 15 20

Pars altera. Quale illud, di, spectaculum fuit! composuerat inter se fortuna rei publicae furem et proditorem. Vt vidit inutile furtum suum, prodidit, ut vobis venderet quod nulli poterat. Tam callidus fur, ut etiam proditori posset imponere. Consilium videri volt infelicitatem furti sui. Lex, quae nocturnum furem occidi quoquo modo iubet, non de damnato tantum sed de fure loquitur; odit hoc vitium, nec immerito: non multum abest a proditore. Sustulit non quod elegit sed quod illi fatum publicae felicitatis obiecit. Vno tempore et proditorem nobis ostendit et furem, qui divitem compilare quam damnare mallet. Effregit domum suspensa manu; elucet illum non tunc primum fecisse. Sustulit non quod voluit sed quod potuit. Bono exemplo damnatus est proditor, malo inventus. 25 30

1 cur² *del. cod. Vat. 340* || 7 accusatur M³ || 8 iniuriam M *corr.* M² || 9 fur timui *in* furtum *corr.* M³ || 18 nostra *recc.* -ram M || 19 facta *a. c.* M || 20 videbar *recc.* -batur M | hostis M³ || 23 di] de M³ || 24 in ut ille M *corr.* M³ || 29 factum *a. c.* M || 32 elucet *scripsi* elusit (*ex* -ssit) M | fecisse *in* fecit set *corr.* M³ || 33 Explicit liber X M

⟨SVASORIARVM LIBER⟩

⟨Deliberat Alexander, an Oceanum naviget⟩ 1

... sinunt. cuicumque rei magnitudinem natura dederat, dedit et modum. nihil infinitum est nisi Oceanus. Aiunt fertiles in Oceano iacere terras ultraque Oceanum rursus alia litora, alium nasci orbem, nec usquam rerum naturam desinere sed semper inde, ubi desisse videatur, novam exsurgere. facile ista finguntur, quia Oceanus navigari non potest. Satis sit hactenus Alexandro vicisse, qua mundo lucere satis est. intra has terras caelum Hercules meruit. Stat immotum mare et quasi deficientis in suo fine naturae pigra moles; novae ac terribiles figurae, magna etiam Oceano portenta, quae profunda ista vastitas nutrit; confusa lux alta caligine et interceptus tenebris dies; ipsum vero grave et defixum mare et aut nulla aut ignota sidera. Tua est, Alexander, rerum natura: post omnia Oceanus, post Oceanum nihil.

ARGENTARI. Resiste, orbis te tuus revocat. vicimus qua lucet. Nihil tantum est, quod ego Alexandri periculo petam.

POMPEI SILONIS. Venit ille dies, Alexander, exoptatus, quo tibi opera desset: idem sunt termini et regni tui et mundi.

MOSCHI. Tempus est Alexandrum cum orbe et cum sole desinere. Quod noveram, vici; nunc concupisco quod nescio. Quae tam ferae gentes

Incipit liber lannei senece sententiarum (*del.* A² *et* suasoriarum *add.*) A; *in* **BV** *deest subscriptio* | *thema suppl.* τ, *sim. add.* D² || 2 sinunt] simili modo *s. l.* B² ⟨de⟩sinunt *Müll.* | cuicumque *Kiessl.* cuius- α || 3 aiunt *Burs.* aliut α avitus V² *sec. Müll., sed ego potius* autous *lego, quod ut nomen proprium interpretatus videtur corrector* || 4 cerras A cerrais B *corr.* B² | utraque AB *corr.* B² | Oceanum B² *dett.* -nus α || 5 desinire A | ubi de- *om.* A | novam B² *dett.* -va α || 6 facile ista] -ilis est AB | afinguntur AB || 7 lucere τ lug- α || 8 stat immotum A²B² statim motum α | et *dett.* e α *del.* B², *Gertz* | deficientis *dett.* -ficieritis (-ficeritis V²) α -ficiens B² || 9 pigram mores A | terribilis *dubit. Gertz* || 10 confusa *varie temptatum, sed cf. ThLL 4, 260, 44 sqq.* || 12 tua *scripsi* ta A *et fort.* B ita V ea B², *Gertz* | nature A || 13 Oceanus post *om.* AB -num post V *corr.* V² || 14 te tuus] tectuus AB *corr.* B² | qua *dett.* (*cf. l. 7*) qui α que B² | licet AB²; *confert Müll. p. 352, 14, sed cf. l. 7 et 18* || 15 tatum A tutum V || 16.17 opera desset *Kiessl.* opere adesse α operae ⟨finis⟩ adesset τ opera desit *Burs.* || 17 terminis AB || 18 Moschi *Baumm* oscii α | desii ere B *corr.* B² || 19 noverat ti A | vici nunc *dett.* vicinum α vici. non *Schott haud male, sed cf. p. 332, 20 sq.* | ferre *a. c.* A

fuerunt, quae non Alexandrum posito genu adorarint? qui tam horridi montes, quorum non iuga victor miles calcaverit? Vltra Liberi patris tropaea constitimus. non quaerimus orbem sed amittimus. Immensum et humanae intemptatum experientiae pelagus, totius orbis vinculum terrarumque custodia, inagitata remigio vastitas; litora modo saeviente 5 fluctu inquieta, modo fugiente deserta; taetra caligo fluctus premit, et nescio qui, quod humanis natura subduxit oculis, aeterna nox obruit.

MVSAE. Foeda beluarum magnitudo et immobile profundum. testatum est, Alexander, nihil ultra esse, quod vincas; revertere.

3 ALBVCI SILI. Terrae quoque suum finem habent et ipsius mundi ali- 10 quis occasus est. nihil infinitum est. Modum magnitudini facere debes, quoniam Fortuna non facit. Magni pectoris est inter secunda moderatio. Eundem Fortuna victoriae tuae quem naturae finem facit: imperium tuum cludit Oceanus. O quantum magnitudo tua rerum quoque naturam supergressa est: Alexander orbi magnus est, Alexandro orbis angustus 15 est. Aliquis etiam magnitudini modus est: non procedit ultra spatia sua caelum; maria intra terminos suos agitantur. Quidquid ad summum pervenit, incremento non reliquit locum. non magis quicquam ultra Alexandrum novimus quam ultra Oceanum.

MARVLLI. Maria sequimur, terras cui tradimus? orbem, quem non novi, 20 quaero, quem vici, relinquo.

4 FABIANI. Quid? ista toto pelago infusa caligo navigantem tibi videtur admittere, quae prospicientem quoque excludit? non haec India est nec ferarum terribilis ille conventus. immanes propone beluas, aspice, quibus procellis ⟨Oceanus⟩ fluctibusque saeviat, quas ad litora undas agat. 25 tantus ventorum concursus, tanta convulsi funditus maris insania est. nulla praesens navigantibus statio est, nihil salutare, nihil notum. rudis et imperfecta natura penitus recessit. ista maria ne illi quidem petierunt, qui fugiebant Alexandrum. sacrum quiddam terris natura circumfudit

1 adorarint *anon. ante Schottum* -arent **α** || 2 iuga victor] pugali ictor **AB** | calcaverint **AB** *corr.* **B**^{2} || 3 tropaea **B** -ph- **AV** || 5 custodiam **V** | remigio *Faber* remissio **α** | lictora **A** -tt- **B** || 6 premit et *Haase* remittet **α** || 7 qui **T** quin **α** quid (quod *omisso*) *dett.* | aeterna *Schott* e terra **α** || 8.9 testatum est *Müll.* -atus es **α** testatur **B**^{2} -antur **D** || 9 utra **B** *corr.* **B**^{2} || 10 quodque sum **B** *corr.* **B**^{2} || 11 modum in **B** | magnitudine **BV** || 12 quoniam] quem *ex* quo (*ut vid.*) **B**^{2} quō **V** | moderatio *om.* **A** || 13 victoriam **B** *corr.* **B**^{2} | etuae **B** *corr.* **B**^{2} | naturae *Burs.* -ra et **α** et *del.* **V** *vel* **V**^{2} | in imperium **A** || 14 tuum] tamen **A** tum **B** *corr.* **B**^{2} | natura **A** || 15–16 Alexander – est^1 *om.* **A** || 16 in magnitudini **A** | spacie **A** || 17 inter **A** || 18 relinquit *C. F. W. Müll.* || 20 mirilli **A** marilli **BV** || 21 quere **A** || 22 quid? ista *Schult.* quista **AB** quae ista **B**^{2}**V** | toti *Gertz, Ahlheim* | tibi **T** ubi **α** || 24 bellias **A** || 25 Oceanus *supplevi* | saeviat] sibi ad **AB** | litore **A**^{2} || 27 praesenti **AB** *corr.* **A** ⟨in⟩ praesenti *Burs.* || 28 et] sed (set) **AB** *corr.* **B**^{2} || 29 quiddam *Gertz* quidem **α** | naturea **A**

Oceanum. illi, qui iam siderum collegerunt meatus et annuas hiemis atque aestatis vices ad certam legem redegerunt, quibus nulla pars ignota mundi est, de Oceano tamen dubitant, utrumne terras velut vinculum circumfluat an in suum colligatur orbem et in hos per quos navigatur sinus quasi spiramenta quaedam magnitudinis exaestuet; ignem post se, cuius alimentum ipse sit, habeat an spiritum. quid agitis, commilitones? domitorem[que] generis humani, magnum Alexandrum, eo dimittitis, quod adhuc quid sit disputatur? memento, Alexander, matrem in orbe victo adhuc magis quam ⟨pa⟩cato relinquis.

Divisio. Aiebat Cestivs hoc genus suasoriarum aliter declamandum, ⟨cum magis adulandum⟩ esset quam suadendum. non eodem modo in libera civitate dicendam sententiam quo apud reges, quibus etiam quae prosunt ita tamen, ut delectent, suadenda sunt. et inter reges ipsos esse discrimen: quosdam minus aut magis [us] veritatem pati; Alexandrum ex iis esse, quos superbissimos et supra mortalis animi modum inflatos accepimus. denique, ut alia dimittantur argumenta, ipsa suasoria insolentiam eius coarguit: orbis illum suus non capit. itaque nihil dicendum aiebat nisi cum summa veneratione regis, ne accideret idem quod praeceptori eius, amitino Aristotelis, accidit, quem occidit propter intempestive liberos sales. nam cum se ⟨deum⟩ vellet videri et vulneratus esset, viso sanguine eius philosophus mirari se dixerat, quod non esset *ἰχώρ, οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσιν*. ille se ab hac urbanitate lancea vindicavit.

Eleganter in C. Cassi epistula quadam ad M. Ciceronem missa positum:

21 *Hom. Il. V 340* || 24 *sqq. Cic. Fam. XV 19, 4*

1 meatus *Ribbeck* metas **AV** metus **B** motus **B**^{2} || 2 ad certam] acceptam **A** || 3 velut] vel **AB** || 4 circumfluat **D**^{2} pluat **AB** circumpluat **V** cludat *Burs.* | suum **B**^{2} *dett.* sua **A** suam **BV** | colligatus **V** | os **AB** *corr.* **B**^{2} | navigatus **B** -amus **B**^{2} || 5 inus **B** *corr.* **B**^{2} | spiramento **A** | magnitudinis ⟨suae⟩ *Schult., sed cf. e. g. p. 332, 11* | post se *dett.* posse *α* || 6 alimentum *Gertz* augmentum *α* | sic **B**^{2} || 7 -que (*ex* ge- *ortum*) *delevi* -ne *Haupt, edd.* | dimittis **A** || 8 quod] de quo **B**^{2} | matrem] m. nomine (*sed* nomine *del.*) **A** matre **B** || 9 pacato *τ* cato *α* capto **D** || 10 visio (*sed corr.*) agebat cercius **A** || 11 cum – adulandum *praeeunte Burs.* (⟨cum magis laudandum⟩) *supplevi, cf. p. 334, 6* ⟨alibi⟩ (*Novák*) aliter declamandum esse [quam suadendum] (*Faber*) *edd. recc.* aliter declamandum esse quam sententiam *Gron.* || 14 aut] alios *Novák* | us *del. Leo* usi **A**^{2} ut **B**^{2} usus **V**^{2} osos *Schott* | severitatem **B**^{2} | pati *Leo* facti **AVB**^{2} faciti **B** facile *Kiessl.* (*in prioribus* osos *legens*) || 15 ex iis esse *Haase* exisse *α* | quosdam **B**^{2}**V** | inflatos *Burs.* inlatos **AB** elatos **B**^{2}**V** || 16 accepimus *Burs.* acerrimus *α* cernimus *dett.* || 17 coargui *Otto* | caput **B** *corr.* **B**^{2} || 18 summa **B**^{2} *dett.* sua *α* || 19 amitino *Burs.* autem **AB** *om.* **V** | aristoteli **V**^{2} | intempestive *ed. Frob.* -ivos *α* || 20 deum *suppl. dett.* ⟨deum⟩ se *Burs.* || 21 visio **B** *corr.* **B**^{2} | philosophos **AB** | eIXωP *α* || 22 πPPTePI **AB** πPOTePI **V** | MΛCΛPeCCI *α* || 24 Cassi *dett.* casti *α* | M.] in **A**

multum iocatur de stultitia Cn. Pompei adulescentis, qui in Hispania contraxit exercitum et ad Mundam acie victus est. deinde ait: 'nos quidem illum deridemus, sed timeo, ne ille nos gladio *ἀντιμυκτηρίσῃ.*'

6 In omnibus regibus haec urbanitas extimescenda est. aiebat itaque 5 apud Alexandrum esse dicendam sententiam, ut multa adulatione animus eius permulceretur, servandum tamen aliquem modum, ne non veneratio ⟨videretur sed irrisio⟩ et accideret tale aliquid, quale accidit Atheniensibus, cum publicae eorum blanditiae non tantum deprehensae sed castigatae sunt. nam cum Antonius vellet se Liberum patrem dici 10 et hoc nomen statuis ⟨suis⟩ subscribi iuberet, habitu quoque et comitatu Liberum imitaretur, occurrerunt venienti ei Athenienses cum coniugibus et liberis et *Διόνυσον* salutaverunt. belle illis cesserat, si nasus Atticus ibi substitisset: dixerunt despondere ipsos in matrimonium illi Minervam suam et rogaverunt, ut duceret. Antonius ait ducturum sed dotis 15 nomine imperare se illis mille talenta. tum ex Graeculis quidam ait: *κύριε, ὁ Ζεὺς τὴν μητέρα σου Σεμέλην ἄπροικον εἶχεν.* huic quidem impune fuit, sed Atheniensium sponsalia mille talentis aestimata sunt. quae cum exigerentur, complures contumeliosi libelli proponebantur, quidam etiam ipsi Antonio tradebantur, sicut ille, qui subscriptus sta- 20 tuae eius fuit, cum eodem tempore et Octaviam uxorem haberet et Cleo-

7 patram: '*Ὀκταουία καὶ Ἀθηνᾶ Ἀντωνίῳ*· res tuas tibi habe.' bellissimam tamen rem Dellius dixit, quem Messala Corvinus desultorem bellorum civilium vocat, quia ab Dolabella ad Cassium transiturus salutem sibi pactus est, si Dolabellam occidisset, a Cassio deinde transit ad Anto- 25 nium, novissime ab Antonio transfugit ad Caesarem. (hic est Dellius, cuius epistulae ad Cleopatram lascivae feruntur.) cum Athenienses tem-

1 iogatur **AB** | adhalescentes **A** adhulescentes (-tis **B**²) **B** || **3** ΛΝΤΙΜΥΚΙΝΓΙCΗ *vel sim.* **α** || **5** agebat **A** || **6** esse ⟨sic⟩ *Müll.* ⟨sic⟩ e. *Born.* | adolatione *ex* adolect- **A** || **7–8** ne conrueret ratio *Kiessl.* || **8** veneratio *om.* **V** verieratio **A** in veneratione (*sequente* et *deleto*) **B**² | videretur sed irrisio *suppl. Haase* | et *om.* **V** || **9, 10** deprehensa es et **AB** || **10** castigatae **B**² *dett.* castis ate **AB** cassatae **V** || **11** suis *suppl. Gertz* | habituque et *C. F. W. Müller* || **13** et¹] ac **V** *del.* **V**² | aIONYCON **α** *corr. dett.* | bene **V** | cessarat **B** || **14** ibi **τ** sibi **α** | substituisset **V** *corr.* **V**² | matromonium **B** || **15** suam *dett.* usam **α** quam **B**² | rogaverunt **B**² *dett.* -avimus **α** || **17** '*Graeca emend. Muretus*' *Müll.* | ΚΥΡΙC **α** | ΛΛΗΤeΡΛ **A** aaHIePa **BV** | *σου*] COYCePaCOY **BV** | aTIPOIRON *vel sim.* **α** || **18** sed] an sed **AB** | athefi tuensium **A** | spemsalia **B** *corr.* **B**² || **19** exierentur **B** || **20** tradebatur **AB** *corr.* **B**² || **21** cleopatrem **B** || **22** Octavia **τ** hoc tua vita **α** | KaIDΘNNa *vel sim.* **α** | aNTωNeω **α** | res tuas **τ** restituas **α** | habe **B**² *dett.* abe **α** || **23** Dellius *Ruhnken* deillius **α** | Messala] esse sala **AB** || **24** vocat] loca **A** | transiturus **τ** -urum **α** | sibi **B**² **τ** tibi **α** || **25** accidisset **A** | cassiu **B** *corr.* **B**² || **26** Dellius *Ruhnken* deillius **α** || **27** epistola **A** | lascivae **D** -viae **α**

pus peterent ad pecuniam conferendam nec exorarent, Dellius ait: 'et tamen dicito illos tibi annua, bienni, trienni die debere.'

8 Longius me fabellarum dulcedo produxit; itaque ad propositum revertar. aiebat Cestius magnis cum laudibus Alexandri hanc suasoriam esse
5 dicendam, quam sic divisit, ut primum diceret, etiamsi navigari posset Oceanus, navigandum non esse: satis gloriae quaesitum. regenda esse et disponenda quae in transitu vicisset. consulendum militi tot eius victoriis lasso. de matre illi cogitandum. et alias causas complures subiecit. deinde illam quaestionem subiecit, ne navigari quidem Oceanum posse.

9 10 Fabianvs philosophus primam fecit quaestionem eandem: etiamsi navigari posset Oceanus, navigandum non esse. at rationem aliam primam fecit: modum imponendum esse rebus secundis. hic dixit sententiam: illa demum est magna felicitas, quae arbitrio suo constitit. dixit deinde locum de varietate fortunae, et, cum descripsisset nihil esse stabile,
15 omnia fluitare et incertis motibus modo attolli, modo deprimi, absorberi terras et maria siccari, montes subsidere, deinde exempla regum ex fastigio suo devolutorum, adiecit: 'sine potius rerum naturam quam fortunam tuam deficere.' 10 secundam quoque quaestionem aliter tractavit; divisit enim illam sic, ut primum negaret ullas in Oceano aut trans
20 Oceanum esse terras habitabiles. deinde: si essent, perveniri tamen ad illas non posse. hic difficultatem navigationis, ignoti maris naturam non patientem navigationis. novissime: ut posset perveniri, tanti tamen non esse. hic dixit incerta peti, certa deseri: descituras gentes, si Alexandrum rerum naturae terminos supergressum enotuisset. hic matrem, de qua
25 dixit: 'quomodo illa trepidavit, etiam quom Granicum transiturus esses!'

11 Glyconis celebris sententia est: *τοῦτο οὐκ ἔστι Σιμόεις οὐδὲ Γράνικος· τοῦτο εἰ μή τι κακὸν ἦν, οὐκ ἂν ἔσχατον ἔκειτο.* hoc omnes imi-

1 paterent **B** *corr.* **B²** | Dellius *Ruhnken* deillius *α* || 2 dicito *dett.* digito (-ta **B**) *α* | annua *dett.* adnua *α* | diem **V** || 3 mei **B** *corr.* **B²** || 4 agebat **A** | Alexandri **B²** -dria **AB** -dro **V** | hanc **B²** *dett.* hac *α* || 5 dicenda **A** || 7 vicisset **B²** *dett.* -isse *α* | tot eius *Haase* totius *α* tot in **B²** tot [ius] *ed. Rom.* tot suis *dubit. Müll.* | victoriis *dett.* -oris *α* || 11 ad **AB** *corr.* **B²** || 12 secundus **B** *corr.* **B²** | sententia **AB** *corr.* **B²** || 13 illam **B²** | est *dett.* et *α* | arbrio **A** || 14 de varietate] dolọrietate (i *supra* ọ) **A** doliariaetate **B** doloriaetate **B²** | describisset **B** *corr.* **B²** || 15 ac sorberi **AB** || 16 exempla *dett.* -plo *α* | regum *Haase* rerum *α* | ex *Müll.* et *α* e *dett.* || 17 vastigio **A** | devolutarum **V** (*sc. propter illud* rerum) || 19 ullas] illas **A** | oceanum **AB** || 21 navigationis *vel hoc loco vel l. 22 fuerunt qui delerent, sed locus sanus videtur* || 23 deseri descituras *dett.* describe scituras *α* | centes **AB** *corr.* **B²** || 24 enotuisset *cod. Brug. Schotti* (*cf. p. 19, 24*) enotavisset *α* || 25 quom *C. F. W. Müll.* quod *α* | granicu **AB** gangen *s. l.* **B²** | esses *C. F. W. Müll.* esset *α* || 26 gliconis **AB** lic- **V** | scelebris **AB** *corr.* **B²** | '*Graeca emend. Muretus*' *Müll.* | ΤΟΦΥΤΟ ΟΚ *α* | ΓΡaΝeΙΗΟC (ΤΡa- **A**) *α* || 27 *ἦν τ* ΙΙΝ *α* | ΟΥΚC aΝ *α* | *ἔσχατον Petschenig, Wilamowitz* ΝCaΤΟΝ (ΗC- **V**) *α* *ὕστατον Muretus* *νέατον Burs.* | ΗΚeΙΤΟ *α*

tari voluerunt. PLVTION dixit: *καὶ διὰ τοῦτο μέγιστόν ἐστιν, ὅτι αὐτὸ μὲν μετὰ πάντα, μετὰ δὲ αὐτὸ οὐθέν.* ARTEMON dixit: *βουλευόμεθα, εἰ χρὴ περαιοῦσθαι. οὐ ταῖς Ἑλλησποντίαις ἠόσιν ἐφεστῶτες οὐδ' ἐπὶ τῷ Παμφυλίῳ πελάγει τὴν ἐμπρόθεσμον καραδοκοῦμεν ἄμπωσιν· οὐδὲ Εὐφράτης τοῦτ' ἔστιν οὐδὲ Ἰνδός, ἀλλ' εἴτε γῆς τέρμα εἴτε φύσεως ὅρος εἴτε* 5 *πρεσβύτατον στοιχεῖον εἴτε γένεσις θεῶν, ἱερώτερόν ἐστιν ἢ κατὰ ναῦς ὕδωρ.* APATVRIVS dixit: *ἔνθα μὲν ἡ ναῦς ἐκ μιᾶς φορᾶς ⟨εἰς⟩ ἀνατολάς, ἔνθα δὲ εἰς τὰς ἀοράτους δύσεις.*

CESTIVS ⟨dixit, cum saevitiam maris⟩ descripsisset: fremit Oceanus,
12 quasi indignetur, quod terras relinquas. corruptissimam rem omnium, 10
quae umquam dictae sunt ex quo homines diserti insanire coeperunt, putabant DORIONIS esse in metaphrasi dictam Homeri, cum excaecatus Cyclops saxum in mare deiecit: *** haec quomodo ex corruptis eo perveniant, ut et magna et tamen sana sint, aiebat Maecenas apud Vergilium intellegi posse. tumidum est *ὄρους ὄρος ἀποσπᾶται.* Vergilius quid 15 ait? rapit

haud partem exiguam montis.

ita magnitudini [scedat] studet, ⟨ut⟩ non imprudenter discedat a fide. est inflatum *καὶ χειρία βάλλεται νῆσσος.* Vergilius quid ait [qui] de navibus? 20

credas innare revolsas
Cycladas.

13 *sqq. cf. Hom. Od. IX 481 sq.* || 17 *Verg. Aen. X 128* || 21 *sq. Verg. Aen. VIII 691 sq.*

1 *αὐτὸ*] ΛΟΤΟ **AB** aOTO **V** || 2 *μὲν*] aUIN **AB** aCHN **V** | *μετὰ*¹] HeTa (Ne- **A**) α | *μετὰ*² – *οὐθέν*] MΛNTa Λe ΛYTO OYONN (-NH **V**) α | *βουλευόμεθα Gertz* BOYΛe TONeONΔ α | *χρὴ Gertz* ΛPN **AB** aPH **V** | *βουλευτέον, εἰ δεῖ ἄρα edd. vett.* | 3 *περαιοῦσθαι Haase* TINPΛIOYCIΘΛI *vel sim.* α | CΛYC eMNSITONTIalC α | HOCCIN **B** eIOCIN **V** | eΦeCTωTeO *vel sim.* α | *Παμφυλίῳ*] ΓIaNΦTΛIO α || 4 *πελάγει*] ITeΛΛTI α | eNPOTECMON α | CIΦPΛTeC α || 5 *τοῦτ'*] TOTT **AB** TOIT **V** | *ἀλλ' εἴτε*] ΛMeTe α | THC α | *τέρμα Jahn* TNPN α *τέρμ' Gertz fort. recte* || 6 ITPΛeCBYTaN CTIXION ITe TeNeCCeC eeωP IePOTON α | NalC **V** || 7 *ἔνθα μὲν Gertz* eNTeYΞ *vel sim.* α | e NΛY eT MTaC (MIaC **V**) α | *εἰς suppl. edd. vett.* || 8 ΛeNTa Λe α | ΛOPΛTOC aYSIC (DY- **V**) α *corr. Muretus* || 9 Cestius *dett.* testus α | dixit – maris *suppl. Novák* | descripsit sic *Burs.* | fremit *p.c.* **AB²** -ito **B** *et fort.* **A** -itu **V** || 10 quasi] quas **AB** | relinquas *dett.* -at α || 12 putabam *Gertz* (*cf. p. 337, 4* nactus sum) | Dorionis *dett.* aor- α | metaphrasi *dett.* -pharasi α | dicta **A** | Homeri] momert **A** omeri **B** | cum] tum **BV** | excaecatus *dett.* -atos α || 13 Cyclops *dett.* -opos α | deiecit *scripsi* re- α | *lac. ind. C. F. W. Müll., Ribbeck* || 14 Maecenas *dett.* mic- α || 15 *ὄρους ὄρος ἀποσπᾶται Spengel* COPOT OPOC aTIOCπΛTe α | quidem **D**, *cf. l. 19* || 16–19 rapit – ait *om.* **A** || 17 aud **B** aut **B²** || 18 scedat (*propter sequ.* discedat *ortum, ut vid.*) *del. et* ut *suppl. Gertz, Thomas* || 19 inflatus **B** | *χειρία Burs.* KEIPIa **BV** | NHeCOC **BV** | qui *del. edd. vett.* | de *dett.* e α || 21 credas *dett.* reddas α | innare *dett.* innave α

non dicit hoc fieri sed videri. propitiis auribus accipitur, quamvis incredibile sit, quod excusatur antequam dicitur.

Multo corruptiorem sententiam MENESTRATI cuiusdam, declamatoris 13 non abiecti suis temporibus, nactus sum in hac ipsa suasoria, cum 5 describeret beluarum in Oceano nascentium magnitudinem: *** efficit haec sententia, ut ignoscam MVSAE, qui dixit ipsis Charybdi et Scylla maius portentum: 'Charybdis ipsius maris naufragium' et, ne in una re semel insaniret: 'quid ibi potest esse salvi, ubi ipsum mare perit?'

DAMAS ethicos induxit matrem loquentem, cum describeret assidue 10 prioribus periculis nova supervenisse: ***

BARBARVS dixit, cum introduxisset excusantem se exercitum Macedonum, hunc sensum: ***

FVSCVS ARELLIVS dixit: testor ante orbem tibi tuum deesse quam 14 militem.

15 LATRO †sedens hanc† dixit. non excusavit militem sed dixit: dum sequar, quis mihi promittit hostem, quis terram, quis diem, quis mare? da, ubi castra ponam, ubi signa inferam. reliqui parentes, reliqui liberos; commeatum peto. numquid immature ab Oceano?

Latini declamatores in descriptione Oceani non nimis viguerunt, nam 15 20 aut tumi⟨de⟩ descripserunt aut curiose. nemo illorum potuit tanto spiritu dicere quanto PEDO, qui ⟨in⟩ navigante Germanico dicit:

Iam pridem post terga diem solemque relictum
iamque vident noti se extorres finibus orbis,
per non concessas audaces ire tenebras
25 Hesperii metas extremaque litora mundi.
5 nunc illum, pigris immania monstra sub undis
qui ferat, Oceanum, qui saevas undique pristis
aequoreosque canes, ratibus consurgere prensis

1 promptis **V**² || 2 sit *C. F. W. Müll., Sander* est α | que **A** || 3 Menestrati *Schott* mini- α | declamatoribus **AB** *corr.* **B**² || 4 abiectis **BV** | suis *dett.* suus **A** vis **BV** || 5 *lac. ind. Schott* || 6 ignoscam Musae *Müll.* -amus ei α -amus ⟨Mus⟩ae *Kiessl.* | ipsis *ed. Schott.* ipsi α | caribdi **AB** charibdi **V** | Scylla *dett.* scyllae α || 7 caribdis **AB** chary- **V** || 9 eticos **AB** eticus **V** || 10 nova **B**² *dett.* -as α | supervenisset **AB** *corr.* **B**² || 11 excitum **AB** *corr.* **B**² || 15 secus hanc *Burs. fort.* secus hoc | excusabit **AB** -bat **B**² | dum] duc *Gertz* ducem *dubit. Müll.* || 16 sequar *scripsi* -or α || 16–17 quis¹ – inferam *om.* **A** || 17 inferam *Müll.* ponam **BV** figam *Gron.* | relinqui *utroque loco* **AB**, *corr.* **B**² || 19 descriptione **B**² τ -nem α | oceano *a. c.* **A** || 20 tumide *scripsi* minus α | discripserunt (-bs- **B**) **AB** | ⟨nimis⟩ curiose *Haupt* | tantos **AB** *corr.* **B**² || 21 in *suppl. Thomas* | dicet **AB** dixit **B**² | *versus sequentes a prosa oratione non distinxit* α || 22 iam pridem] iamque vident *Withof, Kent* | pos **AB** || 23 iamque vident *Gertz* iam quidem (-dam **A**) α iam pridem *dett.* | noti se *Baehrens* natis α notis *dett.* || 24 non *dett.* nos α || 25 Hesperii] asperum **AB** ad rerum *Haupt* trans rerum *conieci* || 27 pristinis **AB**

— accumulat fragor ipse metus — iam sidere limo
navigia et rapido desertam flamine classem,
10 seque feris credunt per inertia fata marinis
iam non felici laniandos sorte relinqui.
atque aliquis prora caecum sublimis ab alta 5
aera pugnaci luctatus rumpere visu,
ut nihil erepto valuit dinoscere mundo,
15 obstructo talis effundit pectore voces:
'quo ferimur? fugit ipse dies orbemque relictum
ultima perpetuis claudit natura tenebris. 10
anne alio positas ultra sub cardine gentes
atque alium bellis intactum quaerimus orbem?
20 di revocant rerumque vetant cognoscere finem
mortales oculos. aliena quid aequora remis
et sacras violamus aquas divumque quietas 15
turbamus sedes?

16 Ex Graecis declamatoribus nulli melius haec suasoria processit quam GLYCONI, sed non minus multa magnifice dixit quam corrupte. utr⟨or⟩umque faciam vobis potestatem, et volebam vos experiri non adiciendo iudicium meum nec separando a corruptis sana. potuisset [et] 20 enim fieri, ut vos magis illa laudaretis, quae insaniunt — et nihilo minus poterit fieri, quamvis distinxerim. illa belle dixit: *** sed fecit quod solebat, ut sententiam adiectione supervacua atque tumida perderet; adiecit enim: *** illud quosdam dubios iudicii sui habet, ego non dubito contra sententiam ferre: *ὑγίαινε, γῆ, ὑγίαινε, ἥλιε· Μακεδόνες ἄρα χάος* 25 *εἰσᾴσσουσι.*

1 accumulat — metus *parenthesi inclusit Gertz* || 2 navigie trepido **A** -iae trapido **B** *corr.* **B**^{2} | flumine *Gorallus* || 4 iam *Gorallus* tam α quam *Heinsius* | laniendos forte **A** || 5 caecum *Haase, Haupt* cedunt α cedat **V**^{2} || 6 luctatur **A** | visu **V**^{2} -sum α || 8 obstructo **D**, *Scaliger* -tum α -ta in (. . . pectora) *Burs.* || 9 fugit *corrector cod. Leid. Voss. Lat. 72, Gron.* rugit α ruit **V**^{2} || 12 bellis *Tandoi* liberis **AB** libris **V** nobis *Burmann* lembis *Oudendorp* flabris *Haupt* || 13 revocani **AB** *corr.* **B**^{2} || 14 alienis *ex* -nos **A** -nas **B** *corr.* **B**^{2} | qui decora **AB** *corr.* **B**^{2} | quide **V** *corr.* **V**^{2} || 15 ec **B** *corr.* **B**^{2} || 17 haec] nec **AB** *corr.* **A** || 18 gloiconi **AB** glic-**V** | utrorumque *corrector cod. Florent. 1179, Haase, C. F. W. Müll.* utrumque α utriusque **A**^{2} *dett.* || 19 potestate **V** | experi **B** | non] nos **AB** || 20 a] ac **B** *post hanc vocem sequuntur in* **B** et alios habere nos trecentos qui sic non fugiant (*ex p. 339, 19 sq.*) | et *del. Kiessl., Madv.* || 21 ut **B**^{2} sit **AB** si **V** | et] at *Schenkl* sed *Gertz* || 22 distinxerim *dett.* -erit α | ulla **B** in illa **V** *corr.* **V**^{2} || 23 atque *cod. Vat. Schotti* que ad α quod *dett.* | tumida *cod. Vat. Schotti* -ide α || 24 iudices **V** | sui] vi **V** *corr.* **V**^{2} || 25 ΥΓΙΜΝ ΤΝ (ΤΗ **V**) α | *ὑγίανιε ἥλιε Haase* ΥπaNe ale *vel sim.* α | ΛΛΛΚeΛΟΜeΤ aPa RaOC α *corr. Haase* || 26 *εἰσᾴσσουσι Gertz* eITaCOCCI α

Trecenti Lacones contra Xersen missi, cum treceni ex omni Graecia missi fugissent, deliberant, an et ipsi fugiant 2

ARELLI FVSCI patris. At, puto, rudis lecta aetas, animus qui frangeretur 1
metu insuetaque arma non passurae manus, hebetataque senio aut vul-
5 neribus corpora. quid dicam, potissimos Graeciae an Lacedaemoniorum
electos? an repetam tot acies patrum totque excidia urbium, tot victarum
gentium spolia? et nunc produntur condita sine moenibus templa? pudet
consilii nostri; pudet, etiamsi non fugimus, deliberasse talia. 'at cum tot
milibus Xerses venit.' hoc Lacedaemonii, et adversus barbaros? non
10 refero opera vestra, non avos, non patres, quorum [non] exemplo ab
infantia surgit ingenium; pudet Lacedaemonios sic adhortari, sed loco
tuti sumus. licet totum classe Orientem trahat, licet intuentibus explicet
inutilem numerum; hoc mari quod tantum ex vasto patet urgetur in
minimum, insidiosis excipitur angustiis vixque minimo aditus navigio
15 est, et huius quoque remigium arcet inquietum omne quod circumfluit
mare, fallentia cursus vada altioribus internata, aspera scopulor⟨um⟩
et cetera, quae navigantium vota decipiunt. pudet, inquam, Lacedaemo-
nios et armatos quaerere, quemadmodum tuti sint. Non referam Persa- 2
rum spolia; certe super spolia nudus cadam. sciet et alios habere nos
20 trecentos, qui sic non fugiant et sic cadant. Hunc sumite animum:
nescio an vincere possimus; vinci non possumus. Haec non utique peri-
turis refero, sed et si cadendum est, erratis, si metuendam creditis mor-

1 treceni *corrector cod. Florent. 1179, Schott e libro* (*cf. e. g. p. 341, 9*) -centi *α* || 3 fusci V² -is *α* | patris] p̄ AB p. V | ad AB | *post* aetas *scr.* etaset (*sed del.*) B aetas et animus V² || 4 insuetaque *Burs.* -oque AB -o V | armaque V | aut vulneribus] autu ubi eribus A || 5.6 Lacedaemoniorum electos *Gertz* (electos *etiam Burs.*) -monios an eleos (an eleos *om.* A) *α* || 6 repetam *dett.* ereptum *α* || 7 sine moenibus *Burs.* (*cf. p. 340, 12 sq. et alibi*) siremianibus AB siremanibus V si remanemus V² || 8 at cum] actum AB || 9 xerse suae nit B | hoc *Gertz* ho AB o B²V || 10 refero B², *Madv.* revero AB revera V referam *Kiessl.* | avos *dett.* animus *α* | non *del. Rebling* no⟨bis⟩ *Burs.* vo⟨bis⟩ *Kiessl.* | exemplo *Burs.* -um *α* || 11 sugit B² | laceidemonios AB | catortari AB *corr.* B² | sed loco *W. Clausen* filico *α* loco *τ* hic loco *C. F. W. Müll.* || 12 tuti sumus *dett.* tutissimis *α* | classem AB | inorientem A mor- B | intuentibus *C. F. W. Müll., Madv., quod dubit. accepi* metu- *α* || 13 mari *scripsi* mare *α* | tantum (*praedicative ad* quod *positum*) *dett.* tandem *α* | quod – patet = *classis Persica* | quod tantum patet, ex vasto *Gertz* || 14 vixquem AB *corr.* B² || 15 est et *ed. Herv.* esset *α* | arceta AB *corr.* A² | inquietum *Otto* -eta *α* arcet et inquietat B² inquietat⟨que⟩ *Castiglioni* || 16 fallentia *Burs.* -atia (-acia B) AB -antia V | vada D vadet AB -dat V | scopulorum *Haupt* -los AB -lis V || 18 *fort.* ⟨si⟩ non, *ut Watt quoque susp.* || 19 nos habere nos V nos² *del.* V² || 20 hinc *Schult.* || 22 et *del. Schott* | si cadendum] siccandi dum (sica- B) AB | erratis si metuendam] terratissime tuendam AB

tem. nulli natura in aeternum spiritum dedit statque nascentibus in finem vitae dies. ex inbecilla enim nos materia deus orsus est; quippe minimis succidunt corpora. indenuntiata sorte rapimur; sub eodem pueritia fato est, eadem iuventus causa cadit. optamus quoque plerumque mortem; adeo in securam quietem recessus ex vita est. at gloriae nullus finis est proximique deos hic acie caesi sacrum ⟨habebitis.⟩ feminis quoque frequens hoc in mortem pro gloria †iteres illud† quid Lycurgum, quid interritos omni periculo quos memoria sacravit viros referam? ut unum Othryadem excitem, adnumerare trecentis exempla possum.

3 Triari. Non pudet Laconas ne pugna quidem hostium sed fabula vinci? Magnum aes alienum virtutis est nasci Laconem. Ad certam victoriam omnes remansissent, ad certam mortem tantum Lacones. Ne sit Sparta lapidibus circumdata: ibi muros habet ubi viros. Melius revocabimus fugientes trecenos quam sequemur. 'Sed montes perforat, maria contegit.' numquam ⟨in⟩ solido stetit superba felicitas, et ingentium imperiorum magna fastigia oblivione fragilitatis humanae collapsa sunt. scias licet ad finem non pervenisse quae ad invidiam perducta sunt. maria terrasque, rerum naturam statione mutavit sua: moriamur trecenti, ut hic primum invenerit quod mutare non possit. Si tam demens placiturum consilium erat, cur non potius in turba fugimus?

4 Porci Latronis. In hoc scilicet morati sumus, ut agmen fugientium cogeremus? Rumori terga vertitis? sciamus saltem, qualis sit iste quem fugimus. Vix illud victoria dedecus elui potest; ut omnia fortiter fiant, feliciter cadant, multum tamen nomini nostro detractum est: iam Laco-

1 statque *Steigeman coll. Verg. Aen. X 467* stat (*ras. 2 litt.* **A**) atque **AB** statutaque **V** | finem *dett.* fine *α* || 2 ex **B**^{2} est *α* | est *om.* **A** || 3 corpore (-rae **B**) **AB** | eadem **A** || 4 inventus **B** | plerumque *Gertz* plerique *α* || 5 ex vita *Burs.* exuit **AB** ex **A**^{2} *om.* **V** | ad **AB** || 6 hic acie caesi sacrum ⟨habebitis⟩ *scripsi, cf. Herod. VII 228* sica geses sagunt **AB** sicages sa (*sed* sa *del.*) satagunt **V** in acie caesi agunt *Schenkl* sic cadentes agunt *Haase, alii alia* || 7 iter est illud **V** illud *del.* **A**^{2}, *edd.* iter exstitit *Gertz* iter restitit *Linde* | ligurgum *α* || 8 interritos omni *cod. Vat. Schotti* interbitos somni *α* || 9 otryoyadem **A** otroyadem **BV** | excitem *Burs.* escitem *α* || 10 ne *Schult.* nec *α* || 11 aes *Burs.* es **AB** est **V** et **B**^{2} | alienum] alimentum *τ* | est *del.* **A**^{2} *om.* **V** || 12 certa **B** || 12. 13 sit Sparta *Schult.* si parta *α* || 13 ibi muros habet ubi muros habet ubi (ibi **V**) muros (ubi muros^3 *del.* **A**^{2}) *α*, *corr. Burs.* | revocabimus *ed. Ven.* -vimus *α* || 14 sequemur *dett.* -imur *α* || 15 in *suppl. ed. Rom.* | solide **B**^{2} || 16 fastigia **V**^{2} -gio *α* | conlassa **A** || 17 ⟨suum⟩ finem *Castiglioni* | pervenisse **V**^{2} -sset *α* || 18 naturam *τ*, *Schott* -ra *α* | stationem **AB** || 19 posset **AB** | tam demens *C. F. W. Müll.* tandem amens *α* || 20 turba **V**^{2} truba *α* | fuimus **V**^{2} || 21 silicet **B** *corr.* **B**^{2} || 22 rumori *Gron.* furori *α* | qualis *Burs.* quam *α* quisnam **B**^{2} quis **V**^{2} quinam *Novák* quam ⟨fortis⟩ *Müll.* || 23 vix illud *Linde* vixit ut **A** vixit (vix **B**^{2}) in **B** vicit at **V** vix vel *Müll.* vix istud *Gertz* vix *Rebling, Madv.* | elin **A** || 24 cedant **A** | non ministro **A** | iam *del. Castiglioni; an* nam*?*

nes, an fugeremus, deliberavimus. 'At enim moriemur.' quantum ad me
quidem pertinet, post hanc deliberationem nihil aliud timeo, quam ne
revertar. Arma nobis fabulae excutiunt? Nunc, nunc pugnemus; latuisset
virtus inter trecenos. 'Ceteri quidem fugerunt.' si me quidem interrogatis,
5 quid sentiam, et in nostrum et in Graeciae patrocinium loquar: electi
sumus, non relicti.

Gavi Sabini. Turpe est cuilibet viro fugisse, Laconi etiam deliberasse. 5

Marvlli. In hoc restitimus, ne in turba fugientium lateremus? Habent
quemadmodum se excusent Graeciae treceni: 'mu⟨ni⟩tas Thermopylas
10 putavimus, cum relinqueremus illic Laconas'.

Cesti Pii. Quam turpe es⟨se⟩t fugere, iudicastis, Lacones, tam diu non
fugiendo. Omnibus sua decora sunt: Athenae eloquentia inclutae sunt,
Thebae sacris, Sparta armis. ideo hanc Eurotas amnis circumfluit, qui
pueritiam indurat ad futurae militiae patientiam, ideo Taygeti nemoris
15 difficilia nisi Laconibus iuga; ideo Hercule gloriamur deo operibus caelum
merito; ideo muri nostri arma sunt. O grave maiorum virtutis dedecus: 6
Lacones se numerant, non aestimant! Videamus, quanta turba sit, ut
habeat certe Sparta etiamsi non fortes milites at nuntios veros. Ita ne
bello quidem sed nuntio vincimur? merito hercules omnia contempsit
20 quem Lacones audire non sustinent. Si vincere Xersen non licet, videre
liceat; volo scire, quid fugiam. Adhuc non sum ex ulla parte Athenien-
sium similis, non muris nec ⟨e⟩ducatione; nihil prius illorum imitabor
quam fugam?

Pompei Silonis. Xerses multos secum adducit, Thermopylae paucos 7
25 recipiunt. nihil refert, quantas gentes in orbem nostrum Oriens effuderit,
quantumque nationum secum Xerses trahat; tot ad nos pertinent quot

1 an] quod an **V** | at *Otto* ut *α* ita **B**^{2} | utinam moriamur! *Burs.* || 3 revertamur **V** | nunc^2 *om.* **B** | latuis (lāt- **B**) sed **AB** || 4 trecenos *Burs.* -centos *α* | ⟨ne⟩ ceteri quidem *Madv. haud male* ⟨at⟩ c. q. *Novák* ceteri, inquit *Gertz* || 5 quid] ut (*del.* **A**^{2}) quid **AB** | sententiam **A** | et^1 *Haase* ei **AB** *del.* **A**^{2} ego **V** | nostrum ⟨honorem⟩ *Gertz* | gratiae **BV** | loquente lecti **A** || 5.6 electissimus **B** *corr.* **B**^{2} || 7 Gavi *ed. Schott.* alii *α* || 8 marylli *α* | restitimus *dett. et voluit* **V**^{2} -sistimus *α* || 9 Graeciae **B**^{2} gratiae *α* | munitas *dett.* mutas *α* tutas *Burs. fort. recte* | thermopostlias **AB** thermopost alias **V** *corr.* **V**^{2} (-pilas) || 10 Laconas **B**^{2}**V**^{2} -ona *α* || 11 esset **B**^{2} est **AB** *om.* **V** | lacone stam **AB** || 12 inclutae (*sic scripsi, licet codd. formam* inclitae *testentur*)] indite **A** || 13 taebe **A** taebae **B** thebea **V** || 14 patientiam' (= iamus) **AB** | tayetine moris *α corr. dett.* || 15 ergule **AB** | deo *Kiessl.* de *α* || 18 ad **AB** *corr.* **B**^{2} || 19 ercules **AB** | contempserit *Schult.* || 20 xernen **AB** *corr.* **B**^{2} || 21 quid *Burs.* qui **AB** quem **V** || 22 muris] moribus *Linde, et sane h. l. illud* muris *mirum videtur, sed cf. p. 346, 4* sine deliciis educamur, sine muris vivimus | educatione *dett.* duc- *α* || 24 multos secum] multosum **AB** -orum **B**^{2} multos una *Gertz* || 25 recipiunt] *post hoc verbum sequuntur in codd. verba* erimus – tardissimi, *quae post* ceperit *p. 342, 1 posui; alii aliter transposuerunt* | effunderint **A** || 26 -que *om.* **AB** | *post* nationum *ras. 3–4 litt.* **B** | secum **B**^{2}**V** que cum **AB** | quod **AB**

locus ceperit. ⟨Erimus inter fortes fugacissimi, inter fugaces tardissimi.⟩

CORNELI HISPANI. Pro Sparta venimus, pro Graecia stemus. Vincamus hostes, socios iam vicimus. Sciat iste insolens barbarus nihil esse difficilius quam Laconis armati latus fodere. Ego vero, quod discesserunt, gaudeo: liberas nobis reliquere Thermopylas. nil erit, quod virtuti nostrae se opponat, quod inserat; non latebit in turba Laco. quocumque Xerses aspexerit, Spartanos videbit.

8 BLANDI. Referam praecepta matrum, 'aut in his aut cum his'? minus turpe est a bello inermem reverti quam armatum fugere. referam captivorum verba? captus Laco 'occide' inquit, 'non servio'. non potuit capi, si fugere voluisset. Describite terrores Persicos; omnia ista, cum mitteremur, audivimus. Videat trecentos Xerses et sciat, quanti bellum aestimatum sit, quanto aptus numero locus. Revertamur, ne nuntii quidem nisi novissimi? Quis fugerit, nescio; hos mihi Sparta commilitones dedit. Descriptio Thermopylarum. nunc me delectat quod fugerunt treceni; angustas mihi Thermopylas fecerant.

9 Contra. CORNELI ⟨HI⟩SPANI. At ego maximum ⟨video⟩ dedecus futurum rei publicae nostrae, si Xerses nihil prius in Graecia vicerit quam Laconas. Ne testem quidem virtutis nostrae habere possumus; id de nobis credetur quod hostes narraverint. Habetis consilium meum; id est autem meum quod totius Graeciae. si quis aliud suadet, non fortes vos vult esse sed perditos.

CLAVDI MARCELLI. Non vincent nos sed obruent. satis fecimus nomini, ultumi cessimus. ante nos rerum natura victa est.

10 Divisio. Huius suasoriae feci mentionem, non quia in ea subtilitatis erat aliquid, quod vos excitare posset, ⟨sed⟩ ut sciretis, quam nitide Fuscus dixisset vel quam licenter. ipse sententiam ⟨non⟩ feram: vestri

1 erimus *e. q. s.*] *cf. adnot. ad p. 341, 25* | fortes *Faber* hostes α | fagacissimi **AB** sag- **B**^{2} || 3 cornelius **AB** | pro^1 *om.* **B** | gratia **A** || 4 vincimus **B** || 5 Laconis *dett.* -oni α | dicesserunt **AB** || 6 relinquere **AB** | nil] mi **A** nii **B** nichil **B**^{2} || 7 apponat *Ribbeck* | inferat **AB** || 8 Spartanos **B**^{2} -no **AB** -num **V** | videbat **AB** *corr.* **B**^{2} || 10 fuge **AB** *corr.* **B**^{2} | referani **B** || 11 non potuit non **AB** *corr.* **B**^{2} || 11–12 capi si fugere **B**^{2}**V** capis fugeres **AB** | potui non capi, si fugere voluissem *cod. Vat. Schotti* || 12 describit et **V**^{2} || 14 revertemur *Faber* || 15 *post* novissimi *signum interrog. posui* || 16 mi **AB** | trecenti **V** *corr.* **V**^{2} || 17 mi **AB** | thermopoylas (te- **B**) **AB** | fecerant **T** -erunt α || 18 Hispani *anon. apud Schottum* spani **AB**^{2} spatini **BV** | video *suppl.* **B**^{2} || 19 R. P. α | xerxes **B** *quae forma nusquam alibi in hac controv. tradita est* | quam] quas **AB** qua **B**^{2} || 21 creditur **AB** | narraverunt **A** | idē (= *vel* idem *vel* id est) **A** || 22 quo **AB** *corr.* **B**^{2} | alius suadent **AB** *corr.* **B**^{2} || 23 vult **B**^{2} ut **AB** *om.* **V** || 24 Claudi **B**^{2} -dio α *del.* **V**^{2} || 25 ultumi] ultum **B** multum **B**^{2} multum in (in *del.* **V**^{2}) **V** | cessimus *Kiessl.* gess- α || 26 in ea] mea **AB** | subtilitatis *dett.* -tate α || 27 sed *suppl. dett.* || 28 suscus **A** | non *suppl. Schult.*

arbitrii erit, utrum explicationes eius luxuriosas putetis an †ut poetas† Pollio Asinius aiebat hoc non esse suadere ⟨sed⟩ lascivire. recolo nihil fuisse me iuvene tam notum quam has explicationes Fusci, quas nemo nostrum non alius alia inclinatione vocis velut sua quisque modulatione
5 cantabat. at quia semel in mentionem incidi Fusci, ex ⟨ordine⟩ omnibus suasoriis celebres descriptiunculas subtexam, etiamsi nihil occurrerit, quod quisquam alius in his suasor⟨iis⟩ dixerit.

Divisione autem ⟨in⟩ hac suasoria FVSCVS usus est illa volgari, ut 11 diceret non esse honestum fugere, etiam si tutum esset. deinde, aeque
10 periculum esse fugere et pugnare. novissime, periculosius esse fugere: pugnantibus hostes timendos, fugientibus et hostes et suos.

CESTIVS primam partem sic transit, quasi nemo dubitaret, an turpe esset fugere. deinde illo transit, an non esset necesse. haec sunt, inquit, quae vos confundunt, hostes, sociorum ⟨fuga, vestra ipsorum⟩ paucitas.

15 Non quidem ⟨in⟩ hac suasoria sed in hac materia disertissima illa fertur sententia DORIONIS, cum posuisset hoc dixisse trecentis Leonidam, quod puto etiam apud Herodotum esse: ⟨*ἀριστοποιεῖσθε ὡς ἐν Ἅιδου δειπνησόμενοι.* ***⟩

SABINVS ASILIVS, venustissimus inter rhetoras scurra, cum hanc 12
20 sententiam Leonidae rettulisset, ait: ego illi ad prandium promisissem, ad cenam renuntiassem.

ATTALVS Stoicus, qui solum vertit a Seiano circumscriptus, magnae vir eloquentiae, ex his philosophis, quos vestra aetas vidit, longe et subtilissimus et facundissimus, cum tam magna et nobili sententia cer-
25 tavit et mihi dixisse videtur animosius quam prior:***

17 *cf. Diodor. XI 9, 4; Plut. Apophth. Lac. 225 D; Val. Max. III 2 ext. 3*

1 explicationes **B**^{2}**V**^{2} -onis α | ut (*del.* **B**^{2}) putetis **B** | ut petas **A** ut poetas **B** ut poeta **V** ut poeticas *Gruter* ut vegetas *Kiessl., Madv.* [ut] laetas *Wb.* *fort.* [ut] locupletes || 2 polio **AB** | ⟨sed⟩ lascivire *Hoffa* inscividere α sed ludere *Gertz* sed inridere *dett.* | recolo *Burs., Madv.* vevolo α || 3 me iuvene tam notum *Burs.* et iuvenet anno tam α | Fusci *dett.* tusci α || 4 alius *dett.* -ios α -ias *Haase* || 5 ordine *supplevi* || 6 celebris **B**^{2} | descriptiungula **AB** -unculam **B**^{2} || 7 in his (*sed* in iis *scr.*) suasoriis dixerit *Madv.* nisi suasor dilexerit α || 8 in *suppl. Schult.* | hanc **AB** *corr.* **B**^{2} || 10 periculosum esse *ed. Herv.* | periculosius *Schult.* -orum **AB** -osum **V** || 11 *post* fugientibus *sequuntur in* α et hostes timendos fugientibus, *del.* **A**^{2}**B**^{2}**V**^{2} || 12 neme **AB** *corr.* **B**^{2} | dubitaret **V**^{2} -abit **A** -abit et **BV** || 13 fugere] pugnaret **A** pugeret **B** fugere et **B**^{2} || 14 socior **AB** *corr.* **B**^{2} | fuga *suppl. Kiessl.*, vestra ipsorum *suppl. Gertz; dubit. recepi, nam fort. plura interierunt* | hostium copia, ⟨vestrorum⟩ paucitas *Linde* || 15 quidem] quidest **A** | ⟨in⟩ hac suasoria *Haase* haec suasoriae α | desertissima **A** || 16 potuisset **V** *corr.* **V**^{2} || 17 erodotum α *corr.* **B**^{2} | *Graeca* (*haec vel sim.*) *suppl. edd. vett., cf. l. 19 sqq.* || 19 asylius **V** | rhetores **B**^{2} || 20 leonidet ettullisset **A** retul- **V** || 22 adtalus **B** | veritas eiano *corr. in* verti as eiano **A** || 23 *fort.* ⟨et⟩ ex || 24 subtulissimus **A** | facundissumus **V** | et^2] ut **V**

Occurrit mihi sensus in eiusmodi materia a SEVERO CORNELIO dictus, tamquam de Romanis nescio an parum fortiter. edicta in posterum diem pugna epulantes milites inducit et ait:

stratique per herbam
'hic meus est' dixere 'dies'. 5

elegantissime quidem adfectum animorum incerta sorte pendentium expressit, sed parum Romani animi servata est magnitudo: cenant enim tamquam crastinum desperent. quanto melius Laconibus animus ser-
13 vatus, qui non poterant dicere 'hic dies est meus'! Illud PORCELLVS grammaticus arguebat in hoc versu quasi soloecismum, quod, cum plures 10 [dicerent] induxisset, diceret: 'hic meus [dies] est dies', non 'hic noster est', et in sententia optima id accusabat quod ⟨erat⟩ optimum. muta enim, ut 'noster' sit: peribit omnis versus elegantia, in quo hoc est decentissimum, quod ex communi sermone trahitur; nam quasi proverbii loco est 'hic dies meus est'. et cum ad sensum rettuleris, ne grammatico- 15 rum quidem calumnia ab omnibus magnis ingeniis sum⟨mov⟩enda habebit locum; dixerunt enim non omnes semel tamquam in choro manum ducente grammatico sed singuli ex iis 'hic meus est dies'.

14 Sed ut revertar ad Leonidam et trecentos, pulcherrima illa fertur GLYCONIS sententia: *** 20

In hac ipsa suasoria non sane refero memoria ⟨dignam⟩ ullam sententiam Graeci cuiusquam nisi DAMAE: ποῖ φεύξεσθε, ὁπλῖται, ⟨ἐπὶ τὰ⟩ τείχη;

De positione loci eleganter dixit HATERIVS, cum angustias loci facundissime descripsisset: natus trecentis locus. 25

CESTIVS, cum descripsisset, quos ⟨honores⟩ habituri essent, si pro

1 huiusmodi **B**² | dictum **AB** || 2 parem **A** *et a. c.* **V** arem **B** || 4 stratique **B**² gratique **α** || 5 es **AB** *corr.* **B**² | dixere **D** -isse **α** || 6 quidest **A** || 6. 7 perdentium expressitur **AB** || 7 romania **B** *corr.* **B**² || 8 quanto melius *scripsi* quantum (-us **V**) illis **α** | animis **AB** *corr.* **B**² | servatus *scripsi* (*cf. l. 7* servata est magnitudo) aeratis **AB** erat iis **V** | quantum illis ... animi erat *Burs.* || 9 diest **A** | procellus **A** || 10 solicissimum **A** soloycismum **B** || 11 dicerent *del.* **V**² | dicere **V**² | dies *del. cod. Brux. 9768* || 12 sententiam **A** | erat *suppl.* **V**² | muta **τ** multa **α** || 13 peribit **τ** -ibuit **AB** -hibuit **B**²**V** | omnes **B** *corr.* **B**² | eligantia **V** | decentesimum **A** || 15 est¹ **T** et **α** | est² *om.* **A** | retuleris (*ex* -dt- **B**²) **B**²**V** || 16 calomnia **B** *corr.* **B**² | ominibus **A** | summovenda *ed. Frob.* sumenda **α** || 17 locum̄ **A** locum' (= -umus) **B** | simul *dett., sed cf. Quint. II 15, 34 et alios locos in OLD s. v.* semel *allatos* || 19 phulcerrima **AB** || 20 gloyconis **α** *corr. dett.* || 21 dignam *suppl. Kiessl.* || 22 ποῖ φεύξεσθε *Haase* TIeY ΦeTZeTCe (-ZCe **A**) **α** τί οὖν φ. *Gertz* | ὁπλῖται *Müll.* otilita **α** ὅπλα *Haase, Bücheler* ὅπλα τὰ *Burs.* | ἐπὶ τὰ *supplevi* || 23 teIXN **BV** || 24 elegantur **A** eliganter **V** | Haterius *Schott* acerius **α** | loci² *del. Ribbeck* | factundissime **AB** *corr.* **B**² || 25 discripsisset **AB** | nactus **V** || 26 honores *ante* quos *suppl.* **V**², *transposuit Wb.* | pro] pira **A** piro **B** *corr.* **B**²

patria cecidissent, adiecit: per sepulchra nostra iurabitur. NICETES longe disertius hanc phantasiam movit et adiecit: *** nisi antiquior Xerses fuisset quam ⟨ut⟩ Demosthenis *ὅρκον* hic diceret. *** hanc suam dixit sententiam aut certe non deprehensam, cum descripsisset oportunitatem 5 loci et tuta undique pugnantium latera et angustias a tergo positas sed adversas hostibus: ***

15 POTAMON magnus declamator fuit Mytilenis, qui eodem tempore viguit quo LESBOCLES, magni nominis et nomini respondentis ingenii. in quibus quanta fuerit animorum diversitas in simili fortuna, puto vobis indican- 10 dum, multo magis quia ad vitam pertinet quam si ad eloquentiam pertineret. utrique filius eisdem diebus decessit: Lesbocles scholam solvit, nemo umquam amplius ⟨declamantem audivit. maiore⟩ animo se gessit Potamon; a funere filii contulit se in scholam et declamavit. utriusque tamen adfectum temperandum puto: hic durius tulit fortunam quam 15 patrem decebat, ille mollius ⟨quam⟩ virum. 16 Potamon, cum suasoriam de trecentis diceret, tractabat, quam turpiter fecissent Lacones hoc ipsum quod deliberassent de fuga, et sic novissime clausit: ***

Insanierunt in hac suasoria multi circa Othryadem. MVRREDIVS, qui dixit: fugerunt Athenienses; non enim Othryadis nostri litteras didicerant. 20 GARGONIVS dixit: Othryades, qui perit, ut falleret, revixit, ut vinceret. LICINIVS NEPOS: cum exemplo vobis etiam mortuis vincendum fuit. ANTONIVS ATTICVS inter has pueriles sententias videtur palmam meruisse; dixit enim: Othryades paene a sepulchro victor digitis vulnera pressit,

1 Nicetes **D**^{2} -etas α || 2 desertius **AB** | fantasiam α | antiquor **A** | exses **A** *corr.* **A**^{2} || 3 ut *suppl. Gertz* | Demosthenis *ὅρκον* hic *Gertz,* diceret *Schult.* (d. liceret *Gertz*) demosthenes cirtoy cui dicere α *contulit Gertz Demosth. de corona 208, ex quo nonnulla post* adiecit (*l. 2*) *suppl., nec dubium est, quin Nicetes verba Demosthenis mutuatus sit, sed credo non verbatim eum Demosthenem laudasse sed verba ad tempus et locum mutasse* | *ante* hanc *nomen rhetoris desideravit Otto* || 4 depraehens **A** || 5 loci *om.* **B** | tota **B** || 6 *lac. stat. Burs.* || 7 Mitylenis **D** moylenis α || 8 lesbodes **A** | nomini] -nis **B** non minus **B**^{2} || 9 vobis] obis **AB** *corr.* **B**^{2} | indicam dum **AB** *corr.* **B**^{2} || 10 quam si **B**^{2} τ quasi α | eloquentia **AB** *corr.* **B**^{2} || 12 ampliore **V**^{2} *sed cf. p. 169, 11* numquam amplius | declamantem — maiore *suppl. Wb. praeeuntibus Madv., Müll.* | se gessit **V** regressit **A** regessitur **B** -cessitur **B**^{2} || 13 Potamon **B**^{2} post amen **AB** post tamen **V** | contulit se] -tulisse **AB** *corr.* **B**^{2} || 15 patrem' (= -emus) **AB** | decebat **B**^{2}**V**^{2} dicebat α | quam *suppl. Burs.* | verum **V** | potamoni **AB** *corr.* **A**^{2}**B**^{2} || 16 diceret **V**^{2} -ere α || 18 circa] tarca **A** | utriailem **A** utriadem (-den **V**) **BV** otriaden **V**^{2} || 19 motydris α otrydis **V**^{2} | literus (lit- *etiam* **B**) **A** || 20 carconius α | ottrydes **AB** othrydes **V** | qui *del.* **A**^{2} || 21 licimus **A** | cum] cuius *Madv.* eo *Müll.* *contulit Thomas p. 296, 25* pugnare cum exemplo, *et dubit. trad. accepi; fort.* cum ⟨hoc⟩, *nisi Madvigii* cuius *recipiendum* | exemplum **AB** || 22 acticus α *corr. dett.* | inter has **B**^{2} in terras α inter **A**^{2}**V**^{2} | pueriles *Burs.* plura res **AB** plures **V** | palmam **B**^{2}**V**^{2} palam α || 23 Otroyadas **D** moy radas **AB** moyradas **V** | pressit τ^1 *et codd. aliquot Schotti* cessit α tersit **B**^{2} gessit **V**^{2} ⟨im⟩pressit τ^2 ⟨con⟩pressit *Kiessl.* *an* ⟨per⟩cussit*?*

ut tropaeo Laconem inscriberet. o dignum [in] Spartano atramentum, ⟨o⟩ virum, cuius ne litterae quidem fuere sine sanguine! CATIVS CRISPVS, municipalis ⟨rhetor⟩, cacozelos dixit post relatum exemplum Othryadis: aliud ceteros, aliud Laconas decet; nos sine deliciis educamur, sine muris vivimus, sine vita vincimus. 5

17 SENECA fuit, cuius nomen ad vos potuit pervenisse, ingenii confusi ac turbulenti, qui cupiebat grandia dicere, adeo ut novissime morbo huius rei et teneretur et rideretur. nam et servos nolebat habere nisi grandes et argentea vasa non nisi grandia. credatis mihi velim non iocanti: eo pervenit insania eius, ut calceos quoque maiores sumeret, ficus non esset 10 nisi mariscas, concubinam ingentis staturae haberet. omnia grandia probanti impositum est cognomen vel, ut Messala ait, cognomentum, et vocari coepit Seneca Grandio. aliquando iuvene me is in hac suasoria, cum [in] posuisset contradictionem 'at omnes qui missi erant a Graecia fugerunt', sublatis manibus, insistens summis digitis — sic enim solebat, 15 quo grandior fieret — exclama⟨vi⟩t: gaudeo, gaudeo! mirantibus nobis, quod tantum illi bonum contigisset, adiecit: totus Xerses meus erit. item dixit: iste, qui classibus suis maria subripuit, qui terras circumscripsit, dilatavit profundum, novam rerum naturae faciem imperat; ponat sane contra caelum castra: commilitones habebo deos. 20

18 SAENIANVS multo potentius dixit: terras armis obsidet, caelum sagittis, maria vinculis; Lacones, nisi succurritis, mundus captus est.

Decentissimi generis stultam sententiam referam VICTORIS STATORI, municipis mei, cuius fabulis memoria dignissimis aliquis ⟨delectetur. is huius⟩ suasoriae occasione sumpsit contradictionem: 'at' inquit 'trecenti 25

1 tropheo B^2V -phea V^2 | Laconem (*i. se ipsum*) *dubit. recepi* -onum V^2 Laconem ⟨victorem⟩ *Watt fort.* Laconum ⟨nomen⟩ | inscribere **AB** *corr.* $\mathbf{B^2}$ | o *Gron.* deo *α* | in *del. ed. Rom.* | atramentum *Bernays* sacramento *α* || 2 o *suppl.* $\mathbf{B^2}$ | cacius *α corr.* **T** || 3 rhetor *suppl. Edward coll. p. 197, 4* | cacozelos *Gron.* gatozeos **AV** gacozeos **B** | Othryadis *Gron.* otyrdi **AB** othrydi **V** *post hanc vocem hab. α* dicebam (-bat **V**) municipalis, *del.* $\mathbf{A^2}$ || 4 ceteros *dett.* -ras *α* | diliciis **AB** || 6 Seneca *ras.* $\mathbf{V^2}$ | confusi ac $\mathbf{V^2}$ confugiae **AB** -fugi ac **V** -fusi et $\mathbf{B^2}$ || 7 dicere *del. Gertz* || 8 regi **B** *corr.* $\mathbf{B^2}$ || 9 gredatis **AB** *corr.* $\mathbf{B^2}$ | ioganti **AB** *corr.* $\mathbf{B^2}$ || 10 caceos **A** | esse **AB** || 11 n̄isi **A** | haberet *Kiessl.* -ebat *α* || 12 probanti *Burs.* -bati **AB** -bata **V** | vel] non vel **A** *corr.* $\mathbf{A^2}$ || 13 Grandio *ed. Ven.* -ia *α* | aliquando *del.* $\mathbf{A^2}$ | iuvene me *F. Jonas* invenire *α del.* $\mathbf{A^2}$ | his **AB** *corr.* $\mathbf{B^2}$ || 14 in *del.* $\mathbf{V^2}$ interposuisset *Gertz* | ad **AB** ait $\mathbf{V^2}$ || 15 inanibus **V** | summi digiti **AB** *corr.* $\mathbf{B^2}$ || 16 quod **AB** | fierat **A** | exclamavit *Otto* (*cf. e. g. adnot. ad p. 351, 14*) -clamat *α* || 17 quod *C. F. W. Müll.* quid $\mathbf{AB^2V}$ qui **B** || 19 imperavit *Ribbeck* | *graviter post* imperat *interpunxi* || 20 castra *Faber* astra *α* et a. $\mathbf{B^2}$ || 21 senianus *α* | ⟨im⟩potentius *Madv.* | aelum **A** || 22 umgulis **B** ung- **V** | *comma post* Lacones *del. Ahlheim* || 24–25 delectetur *suppl. Vahlen,* is *suppl. Schult.,* huius *suppl. Madv.* || 25 suasoriae *Madv.* -ria *α* | ad **AB** *corr.* $\mathbf{B^2}$

sumus' et ita respondit: trecenti, sed viri, sed armati, sed Lacones, sed ad Thermopylas. numquam vidi plures trecentos.

LATRO in hac suasoria, cum tractasset omnia, quae materia capiebat, 19 posse ipsos et vincere, posse certe invictos reverti ⟨virtute⟩ et beneficio 5 loci, tum illam sententiam: si nihil aliud, erimus certe belli mora. postea memini auditorem Latronis ABRONIVM SILONEM, patrem huius Silonis, qui pantomimis fabulas scripsit et ingenium grande non tantum deseruit sed polluit, recitare carmen, in quo agnovimus sensum Latronis in his versibus:

10 ite agite, ⟨o⟩ Danai, magnum paeana canentes,
ite triumphantes: belli mora concidit Hector.

tam diligentes tunc auditores erant, ne dicam tam maligni, ut una syllaba surripi non posset; at nunc quilibet orationes in Verrem tuto dicet pro suo. sed ut sciatis sensum bene dictum dici tamen posse melius, non 20 15 †prae ceteris† quanto decentius Vergilius dixerit hoc, quod valde erat celebre, 'belli mora concidit Hector':

quidquid ad adversae cessatum est moenia Troiae,
Hectoris Aeneaeque manu victoria Graium
haesit.

20 MESSALA aiebat hic Vergilium debuisse desinere; quod sequitur

et in decimum vestigia rettulit annum

explementum esse. MAECENAS hoc etiam priori comparabat.

Sed ut ad Thermopylas revertar, DIOCLES CARYSTIVS dixit *** APA- 21

10 *cf. Hom. Il. XXII 391sq.; Verg. Aen. VI 657* || 17*sqq. Verg. Aen. XI 288sqq.* || 21 *Verg. Aen. XI 290*

1 trecentis et **AB** *corr.* **B**[2] | armatis **AB** || 2 ad] a **AB** | termopoylas *α* | mumquam **A** inum- **B** si n. **V** || 3 haec **A** | tractas et **AB** *corr.* **B**[2] || 4 virtute *supplevi* | et[2] *del. Kiessl.* | beneficia **V** || 5 moram **AB** || 6 Abronium *Glandorpius teste Schult.* arbronum **AB** abronum **V** || 7 deseruit *dett.* diss- **AB** dis- **V** || 10 o *suppl. ed. Rom.* | paeana canentes] peanenetes **A** *corr.* **A**[2] || 11 concidit Hector *e l. 16 vulg.* occiditore sectora **A** occidit occiditore sectora **B** occidit occidit ore sed ora **V** concidit hectorem **B**[2] || 12 nec **AB** | una syllaba *scripsi* unus verba *α* unus versus *Madv., C. F. W. Müll.* unum verbum *Spengel* || 13 aut **A** | dicet *Burs.* licet *α* ⟨dicere⟩ licet *Kiessl.*, cuilibet *cum dett. legens* || 14 sua **A** suis **D** | non] no⟨tate⟩ *dett.* || 14–15 non prae ceteris] comparate his *olim conieci; fort.* non praeterib⟨o⟩ || 16 haectorum **AB** || 17 quidquid ad] quod quia **AB** Item quicquid *ras.* **V**[2] | ad adversae] apud durae *mg.* **V**[2] *et sic Verg.* | gessatum **AB** | moynia *α* | troiiae **B** || 18 haectori sene equod **AB** || 20 vergium **A** virgilium **V** | quid **AB** || 21 retulit **AB** | annuum **B** || 22 Maecenas *dett.* micenis *α* | prior **A** || 23 carisius *α* | Apaturius *Faber* apatrius *α*

TVRIVS dixit *** CORVO ⟨rhe⟩tori testimonium stuporis reddendum est, qui dixit: quid⟨ni⟩, si iam Xerses ad nos suo mari navigat, fugiamus, antequam nobis terra subripiatur? hic est Corvus, qui, cum temperaret scholam Romae, Sosio illi, qui Iudaeos subegerat, declamavit controversiam de ea, quae apud matronas disserebat liberos non esse tollendos (5) et ob hoc accusatur rei publicae laesae. in hac controversia sententia eius haec ridebatur: inter pyxides et redolentis animae medicamina con-
22 stitit mirata contio. sed si vultis, historicum quoque vobis fatuum dabo. TVSCVS ille, qui Scaurum Mamercum, in quo Scau⟨ro⟩rum familia extincta est, maiestatis reum fecerat, homo quam improbi animi, tam (10) infelicis ingenii, cum hanc suasoriam declamaret, dixit: expectemus, si nihil aliud, hoc effecturi, ne insolens barbarus dicat: 'veni, vidi, vici', cum hoc post multos annos divus Iulius victo Pharnace dixerit.

DORION dixit: ἄνδϱες *** aiebat NICOCRATES Lacedaemonius insignem hanc sententiam futuram fuisse, si media intercideretur. (15)

23 Sed ne vos diutius infatuem, quia dixeram me Fusci Arelli explicationes subiecturum, hic ⟨finem⟩ suasoriae faciam. quarum nimius cultus et fracta compositio poterit vos offendere, cum ad meam aetatem veneritis. interim ⟨non⟩ dubito, quin haec vos ipsa quae offensura sunt vitia delectent. (20)

3 Deliberat Agamemnon, an Iphigeniam immolet negante Calchante aliter navigari fas esse

1 ARELLI FVSCI patris. Non in aliam condicionem deus fudit aequora quam ne omnis ex voto iret dies. nec ea sors mari tantum est; ceterum ipsa non sub eadem condicione sidera sunt? alias negatis imbribus exurunt (25)

1 dixit *del.* **B**^{2} | corruo **AB** *corr.* **B**^{2} | rhetori *Gron.* thore **AV** (*del.* **A**^{2}) hore **B** | reddendum] *vel* reddum *vel* reddium **A** || 2 qui] quid **AB** *corr.* **B** *vel* **B**^{2} | -ni *suppl. Gertz* | navigiat **B** || 3 temperaret *Gertz, quod dubit. accepi, quia nullis, ut vid., exemplis confirmatur* temptaret (tent- **A**) α || 4 Sosio *Gron.* sunio α || 5 dissirebat **AB** || 5.6 tolendo (-ll- **A**) sed **AB** *corr.* **A**^{2}**B**^{2} || 7 animae] amomi *dubit. Schott* || 8 ultis hitoricum **AB** | fatuum *dett.* factum α || 9 Scaurorum **V**^{2} scaurum α || 10 facerat **AB** | homo *om.* **A** | improbi animi tam] inprobiani mittam **A** *corr.* **A**^{2} || 12 effectum si (sit **V**^{2}) ne **V** || 13 parnace α *corr.* **V**^{2} | direxerit **AB** *corr.* **A**^{2} diceret **B**^{2} || 14 Dorion *anon. apud Schottum* durion α | aiebat *dett.* ag- α | nicogrates α *corr. dett.* | Lacedaemonius *Burs.* -demonies **AB** -demones **V** | insignem **V**^{2} -num α. || 16 infatuem **B**^{2}**V**^{2} infatum **AV** -fantum **B** | dixeram] praedixeram **V** | fusti **B** | areli **AB** aureli **V** *corr. dett.* || 17 hic *Kiessl.* sic α | finem (*pro* sic) **D** | faciem **AB** || 19 non *suppl. ed. Rom.* | quin haec *scripsi* qui nunc α *del. et* an *add.* **V**^{2} quin nunc *vulg.* || 21 agamennon **AB** | ifigemam **AB** efigeniam **V** | molet **AB** | negante Calchante *dett.* legam teo alcant te α || 22 fas esse *Burs.* fuisse α posse *ed. Rom., cf. p. 350, 1 sq.* || 23 patris *Kiessl.* pii **AB** *del.* **A**^{2} *om.* **V** | ecora **AB** q *s. l.* **B**^{2} || 24.25 ceterum ipsa] caelum specta *Haase* || 25 alias *Schott* alia α (*cf. adnot. ad p. 349, 2, et 3 alias*)

solum, et miseri cremata agricolae legunt semina, et hoc interdum anno
lex est. alias serena clauduntur, et omnis dies caelum nubilo gravat;
subsidit solum, et creditum sibi terra non retinet. alias incertus sideribus
cursus est et variantur tempora, neque soles nimis urgent neque ultra
5 debitum imbres cadunt. quidquid asperatum aestu est, quidquid nimio
diffluxit imbre, invicem temperatur altero. sive ita natura disposuit,
sive, ut ferunt, luna cursu gerit – quae sive plena lucis suae est splen-
densque pariter adsurgit in cornua, imbres prohibet, sive occurrente
nubilo sordidiorem ostendit orbem suum, non ante finit quam in lucem
10 redit – sive ne lunae quidem ista potentia est, sed flatus qui occupavere
annum tenent; quidquid horum est, extra iussum dei tutum fuit adultero
mare. 'At non potero vindicare adulteram.' prior est salus pudicae. ne
quid huius virginitati timerem, persequebar adulterum. Victa Troia
virginibus hostium parcam, nihil adhuc virgo Priami timet.

15 CESTI PII. Vos ego [adhunc], di immortales, invoco: sic reclusuri estis 2
maria? obstate potius. Ne Priami quidem liberos immolaturus es. Describe
nunc tempestatem. omnia ista patimur, nec parricidium fecimus. Quod
hoc sacrum est, virginis deae templo virginem occidere? libentius hanc
sacerdotem habebit quam victimam.

20 CORNELI HISPANI. Infestae sunt, inquit, tempestates et saeviunt ma-
ria; neque adhuc parricidium feci. ista maria, si numine suo deus regeret,
adulteris clauderentur.

MARVLLI. Si non datur nobis ad bellum iter, revertamur ad liberos.

ARGENTARI. Iterum in malum familiae nostrae fatale revolvimur:
25 propter adulteram fratris liberi pereunt. Ista mercede nollem reverti.
At Priamus bellum pro adultero filio gerit.

1 concremata **A** | lugent *Haase* | semina et] seminat **B** | haec *dett.* | anno ⟨toto⟩ *dubit. Watt* || 2 es **AB** | alias *Burs.* alia α | gravat τ grava α gravae **B**^{2} || 3 subsidit **B**^{2} -dis α || 4 et *om.* **A** et ut **B** || 5 aestus **AB** *corr.* **B** | nimo **A** || 6 difluxit **AB** de- **V** | temperatum **AB** | sive ita **B**^{2}**V** sivit **A** sivita **B** sive ista *Gertz* || 7 regit *anon. apud Schottum, sed cf. ThLL VI 1940, 63 sqq.* | splendesque **AB** *corr.* **B**^{2} | *de verbis sequentibus* (*usque ad l. 10* redit) *cf. etiam p. 350, 20 sqq. et quae ibi adnotata sunt* || 8 aut surgit **B**^{2} | occurrente *Gertz, Novák* occurret (-it **V**) de α occupata (*sc. ex p. 350, 21*) **B**^{2} || 9 finit] *sc. imbres* | lucem] vicem (*ex p. 350, 22*) **B**^{2} || 10 reddit **AB** *corr.* **B**^{2} | ista *Haase* ipsa α || 12 ad **AB** || 14 pargam **AB** *corr.* **B**^{2} || 15 ego *Kiessl.* ergo α | adhunc (*ex l. 14* adhuc) *del. cod. Leid. Voss. Lat. 72, Ribbeck* adhuc *Kiessl., C. F. W. Müll.* | di immortales *dett.* diem mortales α || 16 obstruite *Thomas* obserate *Gertz, fort. recte* || 21 nomine **A** || 23 marilli α || 25 propter adulteram] *ut antea propter Aeropen Thyestae liberi* | fratres **AB** | mercedem **A** | nollem] *ne reverti quidem salvus a bello vellem, nedum in bellum ire* nollem ⟨iam⟩ *Kiessl.* nolo illam *Müll.* || 26 At Priamus *e. q. s.*] *videtur Sen. aliquid ad intellectum fere necessarium omisisse; haec fere Argentarium dixisse puto: Vis me innocentem filiam necare? At Priamus e. q. s.* | ad **AB** *corr.* **B**^{2} | periamus **A** | gerit *Gron.* -at α

3 Divisio. Hanc suasoriam sic divisit FVSCVS, ut diceret, etiamsi aliter navigari non posset, non esse faciendum, et sic tractavit, ut negaret faciendum, quia homicidium esset, quia parricidium, quo plus impenderetur quam peteretur: peti ⟨Helenam⟩, impendi Iphigeniam; vindicari adulterium, committi parricidium. deinde dixit, etiamsi non immolasset, 5 navigaturum; illam enim moram naturae, maris et ventorum. deorum voluntatem ab hominibus non intellegi.

Hoc CESTIVS diligenter divisit: dixit enim deos rebus humanis non interponere arbitrium suum. ⟨ut⟩ interponant, voluntatem eorum ab homine non intellegi. ut intelligatur, non posse fata revocari. si non sint 10 fata, ⟨ne⟩sciri futura. si sint, non posse mutari.

4 SILO POMPEIVS, etiamsi quod esset divinandi genus certum, auguriis negavit credendum: quare ergo, si nescit, Calchas adfirmat? primum [et] scire se putat (hic communem locum dixit in omnes qui hanc adfectarent scientiam); deinde irascitur tibi; invitus militat. quaerit sibi tam 15 magno testimonio apud omnes gentes fidem.

In ea descriptione, ⟨quam⟩ primam in hac suasoria posui, FVSCVS ARELLIVS Vergilii versus voluit imitari. valde autem longe petit et paene repugnante materia, certe non desiderante, inseruit. ait enim de luna: quae sive plena lucis suae est spelendensque pariter assurgit in cornua, 20 imbres prohibet, sive occupata nubilo sordidiorem ostendit orbem suum, 5 non ante finit quam ⟨in⟩ lucem redit. at Vergilius haec quanto et simplicius et beatius dixit:

> luna revertentes cum primum colligit ignes,
> si nigrum obscuro comprenderit aera cornu, 25
> maximus agricolis pelagoque parabitur imber.

et rursus:

24 *sqq. Verg. Ge. I 427 sqq. et 432 sq.*

1 hanc] nunc **A** || 2 navigare **V** | posset *Burs.* -ent *α* | sic **B²V²** si *α* || 3 quo] quia *vulg. sine causa* | impendetur **A** || 4 peti *ed. Rom.* -it *α* | Helenam *suppl. Wehle* ⟨adulteram⟩ *Muretus* || 5 dein **A** || 6 ventorum ⟨esse⟩ **D** | naturae maris et ventorum ⟨deberi⟩ *Gertz, et fort. comma post* naturae *delendum* || 8 hic **B²** | Cestius] est ius **AB** *corr.* **B²** | duxit **AB** *corr.* **B²** || 9 ut *suppl. Burs.* (*cf. l. 10*) ⟨et si⟩ **B²** ⟨si⟩ **V** || 11 nesciri **B²** sacri **AB** sacra **V** | futura] pro *vel* Ri *s. l.* **V²** | mutare *a. c.* **A** || 12 auguris *α* -uri **V²** || 13 galgas **AB** *corr.* **B²** calgas *in* -cas *corr.* **V** || 14 et *del. Müll.* || 17 quam *suppl. Burs. et* primam *scr.* -mum *α* | posui *Burs.* potuit *α* *del.* **A²V²** || 18 arelius **AB** || 19 repugnante *ex* -atae **V** -atae **AB** repugnae **A²** -pugnatque **B²** | materia *Haase* -iae **AB** -ie **V** | desiderante *dett.* -rant *α* || 20 quae *e. q. s.*] *cf. p. 349, 7 sqq.* | pari **AB** | cornua *ed. Ven.* -nu *α* || 21 occupata] *p. 349, 8* occurrente *libri testari videntur, et sic h. l. Gron.* || 22 ⟨in⟩ lucem redit *scripsi* (*cf. p. 349, 9 sq.*) vicem reddit *α* lucem reddit *Kiessl.* | at *ex* ait (*ut vid.*) **A** | et *om.* **A** || 25 cum praeniderit **B**

sin . . .
pura nec obtunsis per caelum cornibus ibit.

solebat autem Fuscus ex Vergilio multa trahere, ut Maecenati imputaret. totiens enim pro beneficio narrabat in aliqua se Vergiliana descriptione
5 placuisse, sicut in hac ipsa suasoria dixit: cur iste in Tires⟨iae⟩ ministerium placuit? cur hoc os deus elegit? cur hoc sortitur potissimum pectus, quod tanto numine impleat? aiebat se imitatum esse Vergili⟨an⟩um 'plena deo'.

Solet autem Gallio noster hoc aptissime ponere. memini una nos ab 6
10 auditione Nicetis ad Messalam venisse. Nicetes suo impetu valde Graecis placuerat. quaerebat a Gallione Messala, quid illi visus esset Nicetes; Gallio ait: 'plena deo'. quotiens audierat aliquem ex his declamatoribus, quos scholasti⟨ci⟩ caldos vocant, statim dicebat: 'plena deo'. ipse Messala numquam aliter illum ab ignoti hominis auditione venientem inter-
15 roga⟨vi⟩t, quam ut diceret: 'numquid plena deo?' itaque hoc ipsi iam tam familiare erat, ut invito quoque excideret. apud Caesarem cum 7 mentio esset de ingenio Hateri, consuetudine prolapsus dixit: 'et ille erat plena deo'. quaerenti deinde, quid hoc esse vellet, versum Vergilii rettulit et quomodo hoc semel sibi apud Messalam excidisset et numquam
20 ⟨non⟩ postea potuisset excidere. Tiberius, ipse Theodoreus, offendebatur Nicetis ingenio; itaque delectatus est fabula Gallionis. hoc autem dicebat Gallio Nasoni suo valde placuisse; itaque fecisse illum, quod in multis aliis versibus Vergilii fecerat, non subripiendi causa sed palam mutuandi, hoc animo ut vellet agnosci. esse autem in tragoedia eius:

25 feror huc illuc, vae, plena deo.

Iam, ⟨si⟩ vultis, ad Fuscum revertar et descriptionibus eius vos

8 plena deo] *in scriptis Vergilianis nobis traditis non legitur* || 25 *versum ex Ovidii 'Medea' vulg. credunt*

1 sin *dett.* si *α* || 2 obtusis *ex* -nsis **V** | corinibus **A** || 3 tuscus *α corr. dett.* || 4 toties **AB** *corr.* **B**[2] | alia qua **AB** || 5 in Tiresiae *scripsi* inter eius *α* ⟨in⟩ interpretis *Leo* inter⟨pres et⟩ eius *Madv.* || 6 pectus *Madv.* poetis *α* || 7 numine *Diels* nemine **AB** nomine **V** | impleat *Müll.* impie *α* | se *dett.* si *α* | Vergilianum *Gron.* vergilium *α* || 9 solebat *Gertz* || 11 gullione **A** | visus *dett.* usus *α* || 13 scholastici **B**[2] -asti *α* | caldeos **B**[2] caludos **V**[2] *fort.* validos | Messala] la **A** || 14 ab ignoti *Haase* agnovit *α* ab novi *Burs.* a novicii *temptabam* | interrogavit *Kiessl.* -rogat *α* -rogatum *p. c.* **V** || 16 tam *dett.* iam *α* || 17 Hateri] niceti *s. l.* **B**[2] || 18 erit **V** | quaerent **AB** -runt **B**[2] || 19 retulit *α* | excidisset **V**[2] -sse *α* incidisset **B**[2] || 20 non *h. l. suppl. Schult.* | postea ⟨non⟩ *Gertz* | Theodoreus **D** teodoris (*ex* -us **B**) **AB** theodorus **V** || 21 fabula **B**[2]**V**[2] pabula *α* | galionis *α corr. dett.* || 22 galio *α corr. dett.* | nasom **A** || 23 subrupiendi **AB** | mutuandi *Kiessl.* mutandi *α* imitandi *voluit* **A**[2] || 25 vae (ue *α*)] ceu *Wissowa* | plane **B** *corr.* **B**[2] || 26 si *suppl. Schult.* ⟨ut⟩ *Gertz* | vultis **B**[2] multis **AV** ultis **B** | et de- *om.* **B**

⟨af⟩fatim satiabo ac potissimum eis, quas in simili huius tractatione posuit, cum diceret omnino non concessam futurorum scientiam.

4 Deliberat Alexander Magnus, an Babylona intret, cum denuntiatum esset illi responso auguris periculum

1 ARELLI FVSCI. Quis est qui futurorum scientiam sibi vindicet? novae 5 oportet sortis is sit, qui iubente deo canat, non eodem contentus utero, quo imprudentes nascimur. quandam imaginem dei praeferat qui iussa exhibeat dei. sic est: tantum enim regem tantique rectorem orbis in metum cogit. magnus iste et supra humanae sortis habitum sit cui liceat terrere Alexandrum; ponat iste suos inter sidera patres et originem caelo 10 trahat, agnoscat suum vatem deus. non eodem vitae fine aetatem agat; extra omnem fatorum necessitatem caput sit, quod gentibus futura praecipiat. si vera sunt ista, quid ita non huic studio servit omnis aetas? cur non ab infantia rerum naturam deosque qua licet discimus, cum pateant nobis sidera et interesse numinibus liceat? quid ita inutili desudamus 15 2 facundia aut periculosis atteritur armis manus? an melius alio pignore quam futuri scientia ingènia surrexerint? qui vero in media se, ut praedicant, fatorum misere signa, natales inquirunt et primam aevi horam omnium annorum habent nuntiam: quo ierint motu sidera, in quas discucurrerint partes: contrane dirus steterit an placidus adfulserit Sol; 20 in plenam lucem initia surgentis acceperit, an abdiderit in noctem obscurum caput Luna; Saturnus nascentem ⟨ad cultum agrorum⟩ an ad bella Mars militem, an negotiosum in quaestus Mercurius exceperit; an blanda adnuerit nascenti Venus, an ex humili in sublime Iuppiter 3 tulerit, aestimant. tot circa unum caput tumultuantis deos! futura nun- 25

1 affatim *Gertz* satium **AB** *om.* **V** statim **B**^{2} | ac *Haase* haec α et τ | quas *ex* quasi **V** quasi **AB** | simili huius *Vahlen* similitudinis α || 3 an] a **AB** *corr.* **B**^{2} | Babylona *Kiessl.* -onia **AB** -oniam **B**^{2}**V** || 5 aureli **AB** || 6 is *om.* **V** *et ut dittographiam damn. Novák* | contentus *ex* -temptum **V**^{2} -tum **AB** || 9 metum **B**^{2} -tu α | magnis **B** *corr.* **B**^{2} | et **V**^{2} est α || 10 suos] vos **AB** || 11 aetatem agat *Walter* -ate magna α || 12 fatorum *Schult.* futurorum α || 13 quid *dett.* (*cf. l. 15*) quin α || 14 discimus *scripsi* visuimus **A** visu(i)mus **B** visimus **V** visu ⟨sub⟩imus *Walter coll. Verg. Aen. X 447* vi subimus *Bieler* || 15 nominibus **A** | inutile **A** ⟨in⟩ inutili *Novák* | desudamus *Kiessl.* -sidemus α || 16 an **V**^{2} ad **AB** at **V** || 17 qui *ed. Frob.* quid α || 18 signa *scripsi* pignora (*ex l. 16*) α | primam aevi horam *Haase, Burs.* prima melioram (-rem **V**) α -iora in **B**^{2} || 19 nuntia **V** | moto **AB** *corr.* **B**^{2} || 20 dirus *Gertz* deus α deos **B**^{2} durus *Thomas* | iste terint **AB** || 21 in[1] *del. Thomas* an *dett.* | initia **B**^{2} invitia **AB** an v. **V** an initia *vulg.* | surgentes *a. c.* **A** | acceperit *Aurelius* -erint α | abdiderunt **B** *corr.* **B**^{2} | innocentem **AB** || 22 saturnum **B**^{2} | ad cultum agrorum *suppl. Konitzer* || 23 Mars *ex* maris **V** maris **AB** martis **B**^{2} || 24 sublim **AB** *corr.* **B**^{2} | iūppiter **A** īupp- **B** || 25 tulerint **AB** attulerint **B**^{2} | tumultuantes **B**^{2} | *post* nuntiant *signum interrog. posui*

tiant? plerosque dixere victuros, et nihil metuentis oppressit dies. aliis dedere finem propincum, at illi superfuere ⟨in⟩gementes inutili animae. felices nascentibus annos spoponderunt, at Fortuna in omnem properavit iniuriam. incertae enim sortis vivimus. unicuique ista pro ingenio fin-
5 guntur, non ex ⟨scientiae⟩ fide. Erit aliquis orbe toto locus, qui te victorem non viderit? Babylon ei cluditur, cui patuit Oceanus?

4 Divisio. In hac suasoria nihil aliud tractasse FVSCVM scio quam easdem quas supra rettuli quaestiones ad scientiam futuri pertinentis. illud, quod nos delectavit, praeterire non possum. declamitarat Fuscus
10 Arellius controversiam de illa, quae, postquam ter mortuos pepererat, somniasse se dixit, ut in luco pareret. valde in vos contumeliosus fuero, si totam controversiam, quam ego intellego me dicere *** ⟨cum autem⟩ Fuscus declamaret et a parte avi non agnoscentis puerum tractaret locum contra somnia et deorum providentiam, et male de magnitudine eorum
15 dixisset mereri eum, qui illos circa puerperas mitteret, summis clamoribus illum dixit Vergili versum:

> scilicet is superis labor est, ea cura quietos
> sollicitat.

5 auditor Fusci quidam, cuius pudori parco, cum hanc suasoriam de
20 Alexandro ante Fuscum diceret, putavit aeque belle poni eundem versum et dixit:

> scilicet is superis labor est, ea cura quietos
> sollicitat.

Fuscus illi ait: ‘si hoc dixisses audiente Alexandro, scisses apud Vergilium
25 et illum versum esse:

> capulo tenus abdidit ensem.

17 *sqq. Verg. Aen. IV 379 sq. et II 553*

1 ⟨diu⟩ dixere *Gertz* | et] at *C. F. W. Müll., fort. recte, cf. sequ.* at illi, *l. 3* at Fortuna || 2 propinquum **V** | ingementes *scripsi* egentes **α** *quod una cum* inutili animae *del.* **V²** *et* alii *s. l. add.* agentes inutilis animas *Haase, Ribbeck* ⟨non⟩ egentes inutilis animae *Haase, Burs.* || 3 annos] ad nos **AB** | ad **AB** *corr.* **B²** || 4 enim *h. l. posuit* **V²** *post* vivimus *hab.* **α** *del. Castiglioni* || 5 scientiae *suppl.* **V²** | fide *Burs.* vide **AV** ide **B** inde **B²** | tot **A** tota *a. c.* **B** | victore **AB** *corr.* **B²** || 6 Babylon ei *Bongars* babyloni **α** -nia **B²** -one **V²** | clauditur **B²V²** || 7 fuscus **AB** *corr.* **B²** || 8 retuli **α** || 9 declamitarat *Müll.* (-averat *Schult.*) -itabat **α** || 10 peperat *a. c.* **A** || 11 clixit **A** || 12 *locus et corruptus et lacunosus videtur, tamen* cum autem *supplevi* ⟨cum⟩ *Faber* || 13 a parte avi *Faber* aperte aut **α** || 15 mererī **V** | puerperas **V²** -ros **α** || 16 ergili **A** virgilii **V²** || 19 porco **A** || 20 putavit *ed. Ven.* -bit **α** || 21 et *om.* **V** || 25 et] te **AB** || 26 abdit tensem **AB**

et quia soletis mihi molesti esse de Fusco, quid fuerit, quare nemo videretur dixisse cultius, ingeram vobis Fuscinas explicationes. dicebat autem suasorias libentissime et frequentius Graecas quam Latinas.
HYBREAS in hac suasoria dixit: *οἷον ἔσχηκε Βαβυλὼν μάντιν ὀχύρωμα.*

5 Deliberant Athenienses, an tropaea Persica tollant Xerse minante 5
rediturum se, nisi tollerentur

1 ARELLI FVSCI. Pudet me victoriae vestrae, si sic fugatum creditis Xersen, ut reverti possit. tot caesa milia, nihil ex tanta acie relictum minanti, nisi quod vix fugientem sequi possit; totiens mersa classis. quid Marathona, quid Salamina referam? pudet dicere: dubitamus adhuc, 10 an vicerimus. Xerses veniet? nescio quomodo languet circa memoriam iacturae animus et disturbata arma non repetit. prior enim metus futuri pignus est, et amissa, ne audeat, amissurum monent. ut interdum in gaudia surgit animus et spem ex praesenti metitur, ita adversis frangitur. omne excit⟨at⟩ animum decus; ubi ignominia spem premit, ubi nullam 15 meminit aciem nisi qua fugerit, haeret circa damna sua et quae male expertus est vota deponit. si venturus esset, non minaretur. suis ira ardet
2 ignibus et in pacta non solvitur. non denuntiaret, si venturus esset, neque armaret nos nuntio nec instigaret victricem Graeciam nec sollicitaret arma felicia; magis superveniret improvidis ⟨et⟩iam, et arma in- 20 denuntiata ⟨ad⟩moveret. quantumcumque Oriens valuit primo in Graeciam impetu effusum est. hoc ille numero ferox et in deos arma tulerat. extincta tot ante Xersen milia, tot sub ipso iacent; nulli nisi qui fugerunt supersunt. quid dicam Salamina? quid Cynaegiron referam et te, Polyzele? et hoc agitur, an viceris! haec ego tropaea dis posui, haec in 25 totius conspectu Graeciae statui, ne quis timeret Xersen minantem. me

1 mi **AB** *corr.* **B**[2] || 3 frequetius **B** || 4 hyb **A** | *ἔσχηκε e. q. s. Muretus* eCXN BaBYauIN aNTIN OXYPωMa *vel sim.* α || 5 eropea **A** tropea **B** -phea **V** *ego semper* tropaea *scripsi, licet* α *saepius formam* trophea (*singulis locis* -pea, -phaea) *praebeat* | xerse **V** (*et sic semper* **V**, *saepe* **B**, *raro* **A**) xerxe (*ut fere semper*) **A** | minate **AB** *corr.* **B**[2] || 6 tolleretur **B** tollantur **B**[2] *sed cf. p. 368, 14* fecisset, *et sim. alibi* || 7 si *om.* **V** | sic *om.* **AB** || 8 Xersen *dett.* (*cf. l. 26; p. 356, 1. 5. 12 alibi*) -em α || 8–10 *cf. l. 23–25* || 10 maratona α *corr.* **D** || 12 armata **A** || 13 pignus *Schott* regnus α | est et *Haase* esset α || 15 omne excitat animum decus *scripsi* omnis est sit animum dies α omnis destituit animum spes *Schott, alii alia* || 16 qua] quae **V** | haeret *Cornelissen* errat α || 20 arme **B** *corr.* **B**[2] | etiam *scripsi* nam α iam *Burs. in textu* (*in app.* nam et ⟨antea⟩ . . . moverat) nam et *in* etiam *mut. C. F. W. Müller, Rebling* || 22 ille *ed. Ven.* illo α || 23 extincto tante **AB** | Xersen **L** serse **AB** xerse **B**[2]**V** xersem **D**, *edd.* | iacent *dett.* -erent α -uerunt *Burs.* || 24 cinagiron α || 25 Polyzele *Schott* -teles α | viceris *def. Clausen* | dis posui *C. F. W. Müll., Otto* (deis p.) deposui α ideo posui *Schult.*

miserum! pugnante Xerse tropaea posui; fugiente tollam? nunc Athenae
vincimur: non tantum credetur redisse sed vicisse Xerses. non potest
Xerses nisi per nos tropaea tollere. credite mihi, difficile est attritas opes 3
recolligere et spes fractas novare et ⟨ex⟩ paenitenda acie in melioris
5 eventus fiduciam surgere.

CESTI PII. 'Inferam' inquit 'bellum'; alia mihi tropaea promittit.
Potest maior venire quam victus est?

ARGENTARI. Non pudet vos? pluris tropaea vestra Xerses aestumat
quam vos.

10 Divisio. FVSCVS sic divisit: etiamsi venturus est Xerses, nisi tollimus, 4
non sunt tropaea tollenda: confessio servitutis est iussa facere. si venerit,
vincemus. hoc non est diu colligendum: de eo dico 'vincemus' quem vici-
mus. sed ne veniet quidem. si venturus esset, non denuntiaret. fractus
est et viribus et animo.

15 CESTIVS et illud adiecit, quod in prima parte tractavit, non licere
Atheniensibus tropaea tollere: commune in illis ius totius Graeciae esse,
commune bellum fuisse, communem victoriam. deinde, ne fas quidem
esse: numquam factum, ut quisquam consecratis virtutis suae operibus
manus ⟨ad⟩ferret. ista tropaea non sunt Atheniensium, deorum sunt.
20 illorum bellum fuit, illos Xerses vinculis, illos sagittis persequebatur.
hic omnia ad impiam et superbam Xersis militiam pertinentia. quid 5
ergo? bellum habebimus? habuimus, et si Xersen removeris, invenietur
alius hostis. numquam magna imperia otiosa. enum⟨eratio⟩ bellorum
prospere ab Atheniensibus gestorum. deinde, non erit bellum; Xerses
25 enim non veniet. multo timidiores esse qui superbissimi fuerint. novis-
sime, ut veniat, cum quibus veniet? reliquias victoriae nostrae colliget;
illos adducet, quos priore bello quasi inutiles reliquerat domi et si qui
ex fuga conquisiti sunt. nullum habet militem nisi aut fastiditum aut
victum.

1 cathene (-nae **B**) **AB** || 4 ex *suppl. Schult.* || 6 Cesti Pii *om.* **A** || 8 pudet] potest **A** | aestum ad **AB** *corr.* **B**^{2} || 10 eiamsi **A** | nisi] si **V**^{2} || 12 colliendum **B** *corr.* **B**^{2} | de eo] deo **B** *corr.* **B**^{2} || 13 ne] nec **V** || 14 et^1] sed **AB** || 15 adiecit *Kiessl.* dicit α dixit *Schult.* || 17 commune] -nem **B** *corr.* **B**^{2} | commune bellum – victoriam] communem victoriam bellum fuisse commune **V** | commune **B** *corr.* **B**^{2} | *propter lectiones cod.* **B** *admodum dubium videtur, utrum h. l.* **A** *an* **V** *sequi debeamus* || 18–19 consecratum . . . munus auferret *dubit. Burs.* || 19 manus adferret *ed. Frob.* munus ferret (auf- **V**) α minas ferret **B**^{2} || 20 illos^2] illo **A** | agitis **B** || 21 hic *Kiessl.* haec α | pertinentia *Kiessl.* tinent ea **AB** -tinent et **B**^{2} -tinent ecquid **V** || 22 Xersen *scripsi* (*cf. adnot. ad p. 354, 8*) -xem **A** -sem **BV** | removeris *Schult.* -ebis α || 23 enumeratio *Kiessl., Haase* enim **A** omnium **BV** *fort.* enumeratio omnium || 24 theniensibus **A** || 25 qui *edd. vett.* quam α quom *Ribbeck* || 27 reliquerat domi et *duobus Bursiani coniecturis* (reliquerat aut si *et* reliquit domi et) *usus scripsi* reliquias novit α [reliquias] noluit ⟨et⟩ *Haase* | si qui] sequi **A** || 28 conquisiti *scripsi* -secuti α -stituti *Burs.* -servati *Diels*

6 Argentarivs his duobus contentus fuit: aut non venturum Xersen aut non esse metuendum, si venerit. his solis institit et illud dixit quod exceptum est: 'tollite' inquit 'tropaea'; si vicisti, quid erubescis? si victus es, quid imperas? locum movit non inutiliter: iudicare quidem se neque Xersen neque iam quemquam Persarum ausurum in Graeciam effundi, sed eo magis tropaea ipsis tuenda, si quis umquam illinc venturus hostis esset, ut conspectu tropaeorum animi militum accenderentur, hostium frangerentur.

7 Blandvs dixit: repleat ipse prius Atho et maria in antiquam faciem reducat. apparere vult posteris quemadmodum venerit: appareat quemadmodum redierit.

Triarivs omni dimissa divisione tantum exultavit, quod Xersen audiret venire: adesse ipsis novam victoriam, nova tropaea.

Silo Pompeivs venusto genere sententiae usus est: 'nisi tollitis' inquit 'tropaea, ego veniam'; hoc ait Xerses: nisi haec tropaea tollitis, alia ponetis.

8 Alteram partem solus Gallio declamavit et hortatus ad tollenda tropaea dixit gloriae nihil detrahi: mansuram enim memoriam victoriae, quae perpetua esset. ipsa tropaea et tempestatibus et aetate consumi. bellum suscipiendum fuisse pro libertate, pro coniugibus, pro liberis; pro re supervacua et nihil nocitura, si fieret, non esse suscipiendum. hic dixit utique venturum Xersen et descripsit adversus ipsos deos tumentem; deinde, habere illum magnas vires: neque omnes illum copias in Graeciam perduxisse nec omnes in Graecia perdidisse. timendam esse fortunae varietatem. exhaustas esse Graeciae vires nec posse iam pati alterum bellum; illi esse immensam multitudinem hominum. hoc loco disertissimam sententiam dixit, quae vel in oratione vel in historia ponatur: diutius illi perire possunt quam nos vincere.

6 Deliberat Cicero, an Antonium deprecetur

1 Q. Hateri. Sciant posteri potuisse Antonio servire rem publicam, non potuisse Ciceronem. Laudandus erit tibi Antonius. in hac causa etiam

1 Argentarius his *dett.* -rii usis α -ius is B^2 | non *om.* A || 3 exceptum V^2 excertum α et certum B^2 || 4 iocum V || 5–6 effundi sed eo τ (effundi) *et Schott* (sed eo) effundisse deo (ideo V) α effundere (*sic Schott*) ideo B^2 || 6 ipsi AB | illinc umquam *a. c.* V || 7 accenderent AB *corr.* B^2 || 9 ipse se potius AB | Atho *Burs.* hatos AB hiatus V || 10 voluit V^2 || 13 ad se AB at se B^2 || 14 sententiae τ -ia α || 15 alia τ illam A illa BV || 17 galio α *corr. dett.* | dedamavit A | hortatus *Gertz* ortavit (hor- V) α hortatus est L || 18 vitoriae B || 21 *post* suscipiendum *scr.* fuisse pro libertate (*ex l. 20*) *sed del.* B || 22 advesus A | ipsos *ex* -us B || 24 gretiam A || 26 homini AB || 27 ⟨dignam⟩ quae *Müll.* | ponatur *Schult.* -itur α poni meretur *Walter* ⟨apte⟩ ponetur *Gertz* || 29 an *om.* AB || 30 Hateri *Müll.* -ius α || 31 erat *a. c.* B | tibi *dett.* ubi α

Ciceronem verba deficient. Crede mihi: cum diligenter te custodieris, faciet tamen Antonius quod Cicero tacere non possit. Si intellegis, Cicero, non dicit 'roga, ut vivas' sed 'roga, ut servias'. Quemadmodum autem hunc senatum intrare poteris, exhaustum crudeliter, repletum turpiter?
5 intrare autem tu senatum voles, in quo non Cn. Pompeium visurus ⟨es⟩, non M. Catonem, non Lucullos, non Hortensium, non Lentulum atque Marcellum, non tuos, inquam, consules Hirtium ac Pansam? Cicero, quid in alieno saeculo tibi? iam nostra peracta sunt. M. Cato, solus maxi- 2 mum vivendi moriendique exemplum, mori maluit quam rogare (nec
10 erat Antonium rogaturus), et illas usque ad ultimum diem puras a civili sanguine manus in pectus sacerrimum armavit. Scipio, cum gladium in pectus abdidisset, quaerentibus qui in navem transierant militibus imperatorem 'imperator' inquit 'bene se habet'; victus vocem victoris emisit. 'Vetat' inquis '⟨me⟩ Milo rogare, iudices'; i nunc et Antonium
15 roga.

Porci Latronis. Ergo loquitur umquam Cicero, ut non timeat Anto- 3 nius, loquitur umquam Antonius, ut Cicero timeat? Civilis sanguinis Sulla⟨na⟩ sitis in civitatem redit, et ad triumviralem hastam pro vectigalibus civium Romanorum mortes locantur. unius tabellae albo Phar-
20 salica ac Mundensis Mutinensisque ruina vincitur. consularia capita auro rependuntur. tuis verbis, Cicero, utendum est: 'o tempora, o mores!' Videbis ardentes crudelitate simul ac superbia oculos; videbis illum non hominis sed belli civilis vultum; videbis illas fauces, per quas bona Cn. Pompei transierunt, illa latera, illam totius corporis gladiatoriam
25 firmitatem; videbis illum pro tribunali locum, quem modo magister

14 *cf. Cic. Mil. 92 et 105* || 21 *Cic. Cat. I 2; de domo 137; Verr. II 4, 56; Deiot. 31* || 25 *cf. Cic. Phil. II 63sq.; Verr. II 5, 161*

1 ciceroni **B**² | deficient *dett.* -iunt α || 4 sanatum **B** *corr.* **B**² | turoiter **AB** *corr.* **B**² || 5 senatus **B** *corr.* **B**² | es *suppl. ed. Frob.* || 6 luculos **B** || 7 ac] haec **A** hac **B** *corr.* **B**² || 8 tibi *dett.* ubi α | paracta **B** *corr.* **B**² | M.] .K. M. **B** *del.* **V**² || 9 monendique **V** || 9.10 negerat **A** negerad **B** *corr.* **B**² || 10 antonium *bis* **A** *corr.* **A**² | puras] curas **AB** || 11 sanguinem **AB** *corr.* **B**² | in pectus sacerrimum *Burs.* insectus acerrimem **AB** infectus acerrime **V** | gaudium **A** || 11.12 in pectus *Frensheim* ponitus α penitus *Burs.* ⟨in pectus⟩ *vel* ⟨pectori⟩ penitus *Gertz* || 12 abdidisset **B**² -sse α | transiverant α || 13.14 victoris emisit **B**² -iae (-ie **A**) misit α || 14 inquis *Otto* -quit α | me *suppl. Studemund* | iudicis **A** | i *Schott* u α | nuc **AB** || 15 rogat **V** || 17 Antonius] an **A** annomeos **B** *corr.* **B**² || 18 Sullana (*sed* syll- *scr.*) **V**² silla **A** sylla **BV** | civitate **AV** *corr.* **V**² vitatem **B** *corr.* **B**² || 19 civium Romanorum *dett.* cives romani α | unius tabellae *Gron.* iniusta bella (-llam **A**) α | olbo **A** | parsalica α *corr.* **V**² || 20 Mutinensisque *dett.* -niensisque α || 21 rependuntur *ed. Ven.* -pendentur α | Cicero *om.* **A** || 22 ⟨illos⟩ ardentes *propter ea quae sequuntur Drechsler* || 23 videbas **A** || 24 transiverunt α | gladiatoriam τ clamatoriam α || 25 locum quem *Schott* loco quo α locum quo τ | modo *om.* **AV**

equitum, cui ructare turpe erat, vomitu foedaverat: supplex accidens genibus deprecaberis et ore, cui se debet salus publica, humilia in adulationem verba summittes? pudeat; Verres quoque proscriptus fortius perit.

4 CLAVDI MARCELLI AESERNINI. Occurrat tibi Cato tuus, cuius a te 5 laudata mors est. Quicquam ergo tanti putas, ut vitam Antonio debeas?

CESTI PII. Si ad desiderium populi respicis, Cicero, quando⟨que⟩ perieris, parum vixisti; si ad res gestas, satis vixisti; si ad iniurias Fortunae et praesentem rei publicae statum, nimium diu vixisti; si ad memoriam operum tuorum, semper victurus es. 10

POMPEI SILONIS. Scias licet tibi non expedire vivere, si Antonius permittit, ut vivas. Tacebis ergo proscribente Antonio et rem publicam laniante, et ne gemitus quidem tuus liber erit? malo populus Romanus mortuum Ciceronem quam vivum desideret.

5 TRIARI. 'Quae Charybdis est tam vorax? Charybdim dixi? quae, si 15 fuit, animal unum fuit. vix me dius fidius Oceanus tot res tamque diversas uno tempore absorbere potuisset.' huic tu saevienti putas Ciceronem posse subduci?

ARELLI FVSCI patris. Ab armis ad arma discurritur; foris victores domi trucidamur, domi n⟨ostro⟩ sanguini intestinus hostis incubat. quis non 20 hoc populi Romani statu Ciceronem, ut vivat, cogi putat? Rogabis, Cicero, turpiter Antonium, ⟨rogabis⟩ frustra. Non te ignobilis tumulus abscondet, ⟨nec⟩ idem virtuti tuae ⟨vitae⟩que finis est: immortalis humanorum operum custos memoria, qua magnis viris vita perpetua est, in omnia

6 te saecula sacratum dabit. nihil aliud intercidet quam corpus fragilitatis 25

7 *sq. cf. Cic. Marc. 25; Phil. I 38; Fam. X 1, 1* || 13 *cf. Cic. Phil. II 64* || 15–17 *Cic. Phil. II 67*

1 cui ructare turpe erat *Schott* cum raptaretur pererat (preerat **V**) *α* | accidens *Watt, ego* accades **A** -cadar **B** -cadens **V** *vulg.* || 2 cenibus **AB** | et] eo *Haase* et ⟨eo⟩ *Otto* | adulationem **V**^{2} -ne *α* || 3 Verres *Kiessl.* -em *α* | quoque *ed. Rom.* quodque *α* || 4 parit **A** || 5 Claudi] CLp **A** Cl **B** CIRI **V** | Marcelli *Faber* marylli *α* | tuus cuius *dett.* tusculus *α* || 6 mors est] morē (*i. vel* morem *vel* mor est) **A** mor est **B** *corr.* **B**^{2} || 7 quandoque *Schott* quanto **AB** quando **B**^{2}**V** quando⟨cumque⟩ *Novák* || 8 vixisti **B**^{2}**V**^{2} vicisti *α* || 9 praesenti **A** || 12 re publica **AB** *corr.* **B**^{2} || 13 quidam **A** || 15 quae^1 **V**^{2} quod *α* | caribdis (char- **V**) *α* | carybdim (char- **V**) *α* || 16 animal unum fuit *om.* **A** | mi **B** *corr.* **B**^{2} || 17 ono **B** *corr.* **B**^{2} | absorbere **B**^{2} -solvere *α* | saeviente *a. c.* **A** || 18 subdici **A** || 19 patris (p. **AB**) *om.* **V** | domi *h. l. et l. 20 anon. apud Schottum* dum *α* || 20 nostro sanguini *Gertz* in sanguine *α* || 22 rogabis *suppl. Thomas coll. p. 361, 16* ⟨et⟩ frustra *Schult.* | abscondit **A** || 23 nec *suppl. Madv.* | vitaeque *Madv.* qui *α* qui ⟨vitae⟩ **D**^{2} | immortalis *Gertz* -lium *α* || 24 memoriam **A** | qua magnis viris *Burs.* que manus viri *α et fort.* quae *retinendum* || 25 saecula *τ* secuta *α* | servatum *Madv.*

caducae, morbis obnoxium, casibus expositum, proscriptionibus obiec-
tum. animus vero divina origine haustus, cui nec senectus ulla nec mors,
onerosi corporis vinculis exsolutus ad sedes suas et cognata sidera recur-
ret. Et tamen, si ad aetatem annorumque numquam observatum viris
5 fortibus numerum respicimus, sexaginta supergressus es, nec potes videri
non nimis ⟨diu⟩ vixisse qui moreris rei publicae superstes. Vidimus
furentia toto orbe civilia arma et post Italicas Pharsaliasque acies
Romanum sanguinem hausit Aegyptus. quod indignamur in Ciceronem
Antonio licere, in Pompeium Alexandrino licuit spadoni. sic occiduntur
10 qui ad indignos confugiunt.

CORNELI HISPANI. Proscriptus ⟨senatus⟩ est ille, qui tuam sententiam 7
secutus est. tota tabula tuae morti proluditur. alter fratrem proscribi,
alter avunculum patitur. quid habes spei? ut Cicero periret, tot parri-
cidia facta sunt. Repete agedum tot patrocinia, tot clientelas et maximum
15 beneficiorum tuorum, ipsum ⟨consulatum⟩: iam intelleges Ciceronem in
mortem cogi posse, in preces non posse.

ARGENTARI. Explicantur triumviralis regni delicata convivia, et popina
tributo gentium instruitur. ipse vino et somno marcidus deficientes ocu-
los ad capita proscriptorum levat. iam ad ista non satis est dicere: 'ho-
20 minem nequam!'

Divisio. LATRO sic hanc divisit suasoriam: etiamsi impetrare vitam 8
ab Antonio [non] potes, ⟨non est⟩ tanti rogare. deinde, impetrare non
potes. in priore illa parte posuit, turpe esse cuilibet Romano, nedum
Ciceroni, vitam rogare. hoc loco omnium, qui ultro mortem adprehendis-
25 sent, exempla posuit. deinde, inutilis [illis] vita futura ⟨est⟩ et morte
gravior detracta libertate. hic omnem acerbitatem servitutis futurae
descripsit. deinde, non futurum ⟨bonae⟩ fidei impetratum beneficium.

19 *Cic. Phil. II 77*

1 moribus obnexum **B** mortibus obnoxium **B**^{2} || 3 exsolatus *a. c.* **A** | recurrit **AB** || 6 diu *supplevi* | re publica **B** | supersites **AB** || 7 parsiliasque **A** parsaliasque **BV** *corr.* **V**^{2} pharsalicasque *dett. et sic p. 357, 19 legitur* || 8 quod *C. F. W. Müll.* (qui *etiam* ⟨id⟩ *post* licere *suppl.*) quin **AB** quid **V** | cicerone **AB** || 9 licere ⟨quod⟩ **B**^{2} | Pompeium *Gron.* -eio *α* | spadoni *Gertz* ad non **AB** at non **V** an non **V**^{2} || 11 senatus *suppl. Sh. Bailey* || 12 secutus est ⟨ordo⟩ *Novák* | toto **A** || 14 agedum *Haase, Burs.* age cum *α* age tecum *dett.* || 15 consulatum *suppl. Linde, Köhler* || 17 triumuralis **B** || 18 ipso **A** || 19 prostorum **A** || 20 quam **B** || 21 divisit *dett.* divisionem (-ne **B**) *α* divisit in **B**^{2} | impetrares **V** || 22 non *del. et* non est *suppl. Burs.* non *ante* tanti *suppl.* **B**^{2} non est tanti (potes *in* est *mutato*) *τ* || 23 priora **A** || 24 cicerone *a. c.* **A** | vitam] tam **AB** | rogaret **B** | hominum *Gertz* || 25 utilis **AB** vilis *C. F. W. Müll.* | illis *del. Haase, C. F. W. Müll.* illi *dett.* | est *suppl. Gertz* || 26 graviora **A** -iore **B** | hi **A** || 27 ⟨bonae⟩ fidei impetratum *Novák* fidei impetratae *α*

hic cum dixisset: 'aliquid erit quod Antonium offendat, aut factum tuum aut dictum aut silentium aut vultus', adiecit sententiam: 'aut, ⟨si non⟩ erit, placiturus es.'

9 ALBVCIVS aliter divisit. primam partem fecit moriendum esse Ciceroni, etiamsi nemo proscriberet. [cum] hic insectatio temporum [fuit]. deinde, moriendum esse illi [se] sua sponte, quom moriendum esset etiamsi mori noluisset. graves odiorum causas esse; maximam causam proscriptionis ipsum esse Ciceronem. et solus ⟨ex⟩ declamatoribus temptavit dicere non unum illi esse Antonium infestum. hoc loco dixit illam sententiam: si cui ex triumviris non es invisus, gravis es. et illam sententiam, quae valde excepta est: roga, Cicero, exora unum, ut tribus servias.

10 CESTIVS sic divisit: mori tibi utile est, honestum est, necesse est, ut liber et illibatae dignitatis consummes vitam. hic illam sententiam dixit audacem: ut numereris cum Catone, qui servire Antoni ⟨ne domino⟩ quidem [nondum domino] potuit. MARCELLVS hunc sensum de Catone melius: usque eone omnia cum fortuna populi Romani conversa sunt, ut aliquis deliberet, utrum satius sit vivere cum Antonio an mori cum Catone? sed ad divisionem Cesti revertamur. dixit utile esse, ne etiam cruciatus corporis pateretur: non simplici illum modo periturum, si in Antonii manus incidisset. et in hac parte cum descripsisset contumelias insultantium Ciceroni et verbera et tormenta, dixit illam multum laudatam sententiam: tu mehercules, Cicero, cum veneris ad Antonium, mortem rogabis.

11 VARIVS GEMINVS sic divisit: hortarer te, si nunc alterutrum utique faciendum esset, aut moriendum aut rogandum, ut morereris potius quam rogares. et omnia complexus est quae a ceteris dicta erant, sed adiecit et tertium; adhortatus est illum ad fugam: illic esse M. Brutum, illic C. Cassium, illic Sex. Pompeium. et adiecit illam sententiam, quam Cassius Severus unice mirabatur: quid deficiemus? et res publica suos triumviros habet. deinde etiam, quas petere posset regiones, percucurrit:

1 erat *a. c.* **B** || 2 aut^4] haud **V** | si non *supplevi* || 3 erit] enim **V** etiam *Sh. Bailey* || 4 albutius **AB** || 5 cum *et* fuit *del. Novák* | cum] eum *Burs.* | hic *Schult.* haec *α* || 6 esse illi *Burs.* est ille *α* | se *del. Burs.* | quom *Kiessl.* quam *α* quoniam *Haase* || 7 causa **A** || 8 ex *suppl.* **B**^{2} *dett.* || 10 es et **A**^{2} esset *α* | illam sententiam *Schult.* illa sententia *α* || 11 servib,as **A** || 12 ut ille **AB** *corr.* **B**^{2} || 13 consumes **B** || 14–15 Antoni ⟨ne domino⟩ quidem [nondum domino] *scripsi* antonio quidem nondum (nundum **B**) domino *α* ⟨ne⟩ Antonio quidem nondum domino *Burs.* ⟨ne Antonii⟩ quidem [nondum] domino, ⟨nedum⟩ Antonio *van der Vliet* || 18 a (ad **V**) divisione *α corr.* **B**^{2}**V**^{2} | ut ille **AB** *corr.* **B**^{2} || 19 antonio *a. c.* **A** || 20 manus *ed. Frob.* -ibus *α quod retinuit Kiessl.* in *deleto* | hanc **A** || 22 meherculos **A** || 24 gemitius **A** | ocarer **A** ort- **B** *corr.* **B**^{2} | nunc *Kiessl.* non *α del. Schott* | alterutrum *dett.* aliter utrum *α* || 25 moreris **A** || 26 adiecit *scripsi praeeunte Novák* (aliquid et tertium ad⟨iecit:⟩ hortatus) aliquid *α* addidit *vulg.* || 28 casium **B** *corr.* **B**^{2} | sextum *α* || 30 religiones **AB**

Siciliam dixit vindicatam esse ab illo, Ciliciam a proconsule egregie administratam, familiares studiis eius et Achaiam et Asiam, Deiotari regnum obligatum beneficiis, Aegyptum et habere beneficii memoriam et agere perfidiae paenitentiam. sed maxime illum in Asiam et in Macedo-
5 niam hortatus est, in Cassi et in Bruti castra. itaque Cassius Severus aiebat alios declamasse, Varium Geminum vivum consilium dedisse.

Alteram partem pauci declamaverunt; ⟨fere⟩ nemo ausus est Ciceronem ad deprecandum Antonium hortari; bene de Ciceronis animo iudicaverunt. GEMINVS VARIVS ⟨de⟩clamavit alteram quoque partem et 12
10 ait: spero me Ciceroni meo persuasurum, ut velit vivere. quod grandia loquitur et dicit: 'mors nec immatura consulari nec misera sapienti', non movet me; ideo iam perit? ego belle mores hominis novi: faciet, rogabit. nam quod ad servitutem pertinet, non recusabit; iam collum tritum habet. et Pompeius illum et Caesar subegerunt. veteranum manci-
15 pium videtis. et complura alia dixit scurrilia, ut illi mos erat. divisit sic, 13 ut diceret non turpiter rogaturum, non frustra rogaturum. in priore parte illud posuit, non esse turpe civem victorem rogari a victo. hic, quam multi rogassent C. Caesarem, hic et Ligarium. deinde, ne iniquum quidem esse Ciceronem satisfacere, qui prior illum proscripsisset. qui
20 litem incohasset, ab eo semper nasci satisfactionem, a coacto rogari. deinde, non pro vita illum sed pro re publica rogaturum: satis illum sibi vixisse, rei publicae parum. in sequenti parte dixit exorari solere inimicos: ipsum exoratum a Vatinio Gabinioque reis adfuisse. facilius exorari Antonium posse, qui †cum tertio† esset, ne quis ⟨ex⟩ tribus hanc tam

11 *Cic. Cat. IV 3* (*cf. Phil. II 119*)

1 Ciliciam] ciliam **A** || 2 familiare **AB** | deiotare **B** || 4 maximam **A** | illam *a. c.* **A** || 5 casius **B** *corr.* **B**² || 6 aiebat **V**² audiebat *α* | dedamasset **A** | Varium *dett.* varrum *α* | vivum *dubit. recepi* unum *τ* verum *Watt; fort. delendum* || 7 fere *supplevi praeeunte Gertzio* (nemo ⟨paene⟩), *nam mox Geminus Varius ad Antonium deprecandum hortatur* || 9 declamavit **B**² *dett.* clamavit *α* || 12 monet **A** | ideo iam *dubit. scripsi praeeunte Morgenstern* (⟨nec⟩ ideo iam) idiotam **AV** ideo tam **B** | idiotam petit *vel* petat *Schult.* idiotam gerit *Müll.* | ficiet **B** *cf. p. 151, 27 sq.* faciam, remittam || 13 resabit **A** || 14 subegerunt *Novák, Usener* -ierunt **A** -iecerunt **BV** || 16 priori **V** || 17 non esse] esse non **A** || 19 quidem esse] esse quidem **V** || 19–20 qui litem incohasset *Burs.* quietem (-tum **V** qui et eum **B**²) iudicasset *α* qui hostem iudicasset *Gron. coll. Cic. Phil. III 6* || 20 a coacto *scripsi* ac dacto **A** ac dato **BV** audacter rogaret *Traube, alii alia* || 21 re publica] rip, **A** || 22 rei publicae parum] reiparum **A** reiparum **B** *corr.* **B**² | sequente *a. c.* **B** | solet **A** *corr.* **A**² || 23 exoratum **V**² -ortatum (hort- **V**) *α* | a *del. Müll.* | Gabinioque *Gertz* (*cf. Val. Max. IV 2, 4; Quint. XI 1, 73*) gaio quoque *α* *del. Wb.* | reis *Gertz* verra **A** verri **BV** || 24 cum tertio (-ius **B**²**V**)] *locum lacunosum suspicor*; [qui] cum IIIvir *Watt praeeuntibus Schott, Schult.* | ex *suppl. Burs.*

speciosam clementiae occasionem praeriperet. fortasse et irasci Antonium,
14 quia ne tanti quidem illum putasset, quem rogaret. fuga quam periculosa
esset, cum descripsisset, adiecit: quocumque pervenisset, serviendum illi
esse: ferendam esse aut Cassii violentiam aut Bruti superbiam aut Pom-
pei stultitiam. 5

Quoniam in hanc suasoriam incidimus, non alienum puto indicare,
quomodo quisque se ex historicis adversus memoriam Ciceronis gesserit.
nam, quin Cicero nec tam timidus fuerit, ut rogaret Antonium, nec tam
stultus, ut exorari posse speraret, nemo dubitat excepto Asinio Pollione,
qui infestissimus famae Ciceronis permansit. et is etiam occasionem 10
scholasticis alterius suasoriae dedit. solent enim scholastici declamitare:
deliberat Cicero, an salutem promittente Antonio orationes suas combu-
15 rat. haec inepte ficta cuilibet videri potest; Pollio vult illam veram vide-
ri; ita enim dixit in ea oratione, quam pro Lamia ⟨e⟩didit.

Asini Pollionis. Itaque numquam per Ciceronem mora fuit, quin 15
eiuraret [suas esse] quas cupidissime effuderat orationes in Antonium;
multiplicesque numero et accuratius scriptas illis contrarias edere ac
vel[ut] ipse palam pro contione recitare pollicebatur.

⟨Ad⟩ieceratque his alia sordidiora multo, ut ibi facile liqueret hoc to-
tum adeo falsum esse, ut ne ipse quidem Pollio in historiis suis ponere 20
ausus sit. huic certe actioni eius pro Lamia qui interfuerunt, negant eum
haec dixisse — nec enim mentiri sub triumvirorum conscientia susti-
nebat — sed postea composuisse.

16 Nolo autem vos, iuvenes mei, contristari, quod a declamatoribus ad
historicos transeo. satisfaciam vobis, et fortasse efficiam, ut his sententiis 25
lectis solida et verum habentia recipiatis. et quia hoc statim recta via

1 praeteriret **V** | fortasse et **B**^{2} -sset **AB** -sse **V** -sse ei *C. F. W. Müll.* || 2 quia ne *Jahn* qui **A** quin **B** qui ne **B**^{2}**V** quod ne *Gron.* | illum **V**^{2} ullum α | quem] quam **A** || 6 quoniam] quam **B** *corr.* **B**^{2} | hac **AB** | suasoria **B** || 8 quin *Gron.* que α || 9 posse **A**^{2}**B**^{2}**V** possem **AB** posse eum *Kiessl.* | polione (*ex* pil- **A**) α *corr. dett.* || 10 qui in-] quin **AB** || 11 declamitare *Burs.* -clamatores α || 12 promittentem **AB** *corr.* **B**^{2} | comburet **B** || 13 hoc **AB** *corr.* **B**^{2} | fita *a. c.* **A** | ullari (*nisi re vera* ullam *voluit*) **A** ullam **B** *corr.* **B** *vel* **B**^{2} | videri **B**^{2} *dett.* -ere α || 14 dicit *Schult.* | edidit *Schult.* (*cf. ll. 21–23*) dedit α || 15 polionis **AB** | per Ciceronem mora *Burs.* perficere nemora (nec mora **V**) α || 16 eiura **A** eiurares **B** *corr.* **B**^{2} | suas esse *del. Gron.* | esse *del. Müll.* | quis **AB** *corr.* **B**^{2} | orationēs **A** || 17 accuratius **B**^{2} *dett.* accusatius α | illas **AB** || 18 ut *del. ed. Rom.* || 19 adieceratque *C. F. W. Müll.* ceteraque α | illalia *a. c.* **A** | ibi *Müll.* tibi α *del. Brakman* cui libet *C. F. W. Müll.* || 20 ne *om.* **A** *suppl.* **A**^{2} || 21 interfuerint **V**^{2} || 22 sustinebatur **B**^{2} || 25 historicas **A** || 26 solida et verum habentia recipiatis *scripsi* solidis et verum habenti (-ibus **B**^{2}**V**) recedatis α solidis et verum habentibus ⟨a scholasticis⟩ recedatis *Burs.* solidis et verum habentibus accedatis *Gertz* | et] sed *Burs. fort. recte* | statim *scripsi* sitam α si tamen **D** *del. Brakman* | rectam **A**

consequi non potero, decipere vos cogar, velut salutarem daturus pueris potionem, summa parte poculi.

T. Livius adeo retractationis consilium habuisse Ciceronem non dicit, ut neget tempus habuisse; ita enim ait:

5 T. LIVI. M. Cicero sub adventum triumvirorum urbe cesserat pro certo 17 habens, id quod erat, non magis Antonio ⟨se⟩ eripi quam Caesari Cassium et Brutum posse. primo in Tusculanum fugerat, inde transversis itineribus in Formianum ut ab Caieta navem conscensurus proficiscitur. unde aliquotiens in altum provectum cum modo venti adversi rettulissent, 10 modo ipse iactationem navis caeco volvente fluctu pati non posset, taedium tandem eum et fugae et vitae cepit regressusque ad superiorem villam, quae paulo plus mille passibus a mari abest, 'moriar' inquit 'in patria saepe servata'. satis constat servos fortiter fideliterque paratos fuisse ad dimicandum; ipsum deponi lecticam et quietos pati quod fors 15 iniqua cogeret iussisse. prominenti ex lectica praebentique immotam cervicem caput praecisum est. nec satis stolidae crudelitati militum fuit: manus quoque scripsisse aliquid in Antonium exprobrantes praeciderunt. ita relatum caput ad Antonium iussuque eius inter duas manus in rostris positum, ubi ille consul, ubi saepe consularis, ubi eo ipso anno adversus 20 Antonium quanta nulla umquam humana vox cum admiratione eloquentiae auditus fuerat. vix attollentes ⟨madentes⟩ lacrimis oculos homines intueri trucidati membra civis poterant.

Bassus Aufidius et ipse nihil de animo Ciceronis dubitavit, quin for- 18 titer se morti non praebuerit tantum sed obtulerit:

25 AVFIDI BASSI. Cicero paulum remoto velo postquam armatos vidit, 'ego vero consisto' ait; 'accede, veterane, et, si hoc saltim potes recte facere, incide cervicem'. trementi deinde dubitantique 'quid, si ad me' inquit 'primum venissetis?'

Cremutius Cordus et ipse ait Ciceronem, cum cogitasset, utrumne 19

2 summa parte *Schult.* samti **A** sumti **B** sumpti **V** absinthiati *ed. Herv. et Rom.* | populi **AB** || 3 T. *Usener,* Livius *ed. Rom.* huius *α* | retractationis *Schott* detractionis **A** detractationis (-trect- **V**) **BV** || 5 T. *Burs.* L. *α* | marcus *α* | adventu **V** || 6 se *suppl. dett.; vulg. post* eripi *ponunt, post* magis *posuit Kiessl.* || 7 Tusculanum $\mathbf{V}^2$ tuscula non *α* | fugerat $\mathbf{B}^2$ fuerunt *α* fugit $\mathbf{V}^2$ || 8 conscensurum (concens- **A**) **AB** *corr.* $\mathbf{B}^2$ || 9 provectus $\mathbf{V}^2$ | adversis *a. c.* **A** | retulissent *α* || 14 quietos *dett.* quias **AB** quia **V** | sors *dett., vulg.* || 15 prominente *a. c.* **A** | lecticam **A** | immotam $\mathbf{V}^2$ -ta *α* | cervice $\mathbf{B}^2$**V** *corr.* $\mathbf{V}^2$ || 16 nec ⟨id⟩ *Müll.* nec ⟨hoc⟩ *Gertz* | crudelitate **A** || 17 in antonium aliquid **V** || 20 eloquentia **AB** || 21 madentes *supplevi* || 22 homines] humentes *C. F. W. Müll.* | trucidati *Haase* -data *α* truncata *Müll.* | cives *C. F. W. Müll.* eius *Watt* || 26 saltem **V** *et sic fort. scribendum* || 29 cordis *a. c.* **A** || 29–*p. 364,* 1 ⟨se⟩cum cogitasse . . . ⟨sed⟩ omnia *C. F. W. Müll.; anacoluthon recipiendum puto*

Brutum an Cassium an Sex. Pompeium peteret, omnia illi displicuisse praeter mortem.

CREMVTI CORDI. Quibus visis laetus Antonius, cum peractam proscriptionem suam dixisset esse (quippe non satiatus modo caedendis civibus sed differtus quoque), super rostra exponit. itaque, quo saepius 5 ille ingenti circumfusus turba processerat, quae paulo ante caluerat piis contionibus, quibus multorum capita servaverat, tum per artus sublatus aliter ac solitus erat a civibus suis conspectus est, praependenti capillo orique eius inspersa sanie, brevi ante princeps senatus Romanique nominis titulus, tum pretium interfectoris sui. praecipue tamen solvit 10 pectora omnium in lacrimas gemitusque visa ad caput eius deligata manus dextera, divinae eloquentiae ministra. ceterorumque caedes privatos luctus excitaverunt, illa una communem.

20 BRVTTEDI NIGRI. Elapsus interim altera parte villae Cicero lectica per agros ferebatur. sed ut vidit appropinquare notum sibi militem, Popil- 15 lium nomine, memor defensum a se laetiore vultu aspexit. at ille victoribus id ipsum imputaturus occupat facinus caputque decisum nihil in ultimo fine vitae facientis, quod alterutram in partem posset notari, Antonio portat oblitus se paulo ante defensum ab illo. (et hic voluit positi in rostris capitis miserabilem faciem describere sed magnitudine rei 20
21 obrutus est:) [Bruttedi Nigri] ut vero iussu Antonii inter duas manus positum in rostris caput conspectum est, quo totiens auditum erat loco, datae gemitu et fletu maximo viro inferiae, nec, ut solet, vitam depositi in rostris corporis contio audivit sed ipsa narravit: nulla non pars fori aliquo actionis inclutae signata vestigio erat, nemo non aliquod eius in 25 se meritum fatebatur. hoc certe publicum beneficium palam erat, illam miserrimi temporis servitutem a Catilina dilatam in Antonium.

Quotiens magni alicuius ⟨viri⟩ mors ab historicis narrata est, totiens fere consummatio totius vitae et quasi funebris laudatio redditur. hoc, semel aut iterum a Thucydide factum, item in paucissimis personis 30

1 illa **A** || 3 visis *dett.* lusis *α* || 4 esset **V** || 5 difertis **A** defectus **V** | quoque *ed. Herv.* quod **A** quodque **B** quotque **V** | super *Haase* sit (sint **V**) per *α* | saepius] saepe vir *Gertz, et nonnullis comp. suspectus* || 6 caluerat *scripsi* coluerat *α* || 7 conationibus **AB** *corr.* **B**² orationibus *dubit. Müll.* | ⟨eo⟩ tum *Gertz* | artes **B** *corr.* **B**² | sublatus *Gertz* suos latus *α* suos allatus **B**² *fort.* suos ⟨sub⟩latus || 8 praependenti *Burs.* -tendenti *α* | capillo *Gertz coll. p. 367, 12* capiti *α* || 9 inspersa *Haase* insponsa **AB** impensa **V** | siniae **B** || 11 caput] cat **AB** | deligata *dett.* -cata *α* || 14 brotedi *α* | nicri **AB** || 15 popilium *α corr.* **B**² || 16 victo victoribus *a. c.* **A** || 17 facimus **A** || 20 magnitudines **A** || 21 Bruttedi (brotedi *α*) Nigri *del. Müll., Morgenstern* || 23 datae *Faber* dato *α* | maximo viro *Faber* -mae viri *α* | vitam *Schult.* ita *α* || 24 aut dividit **AB** *corr.* **B**² || 25 aliquo **B**²**V**² -quae *α* || 27 a Catilina *Rebling* ac alienam *α* || 28 viri *suppl. Gron.* (*cf. p. 365, 1*) || 29 ferre **AB** *corr.* **B**² | quas **A** || 30 a Thucydide *ed. Herv.* adhuc hydide **AB** adhuc itidem **V**

usurpatum a Sallustio, T. Livius benignus omnibus magnis viris praestitit. sequentes historici multo id effusius fecerunt. Ciceroni hoc, ut Graeco verbo utar, *ἐπιτάφιον* Livius reddit:

T. Livi. Vixit tres et sexaginta annos, ut, si vis afuisset, ne immatura 22
5 quidem mors videri possit. ingenium et operibus et praemiis operum felix, ipse fortunae diu prosperae; at in longo tenore felicitatis magnis interim ictus vulneribus, exilio, ruina partium, pro quibus steterat, filiae amatae exitu tam tristi atque acerbo, omnium adversorum nihil, ut viro dignum erat, tulit praeter mortem, quae vere aestimanti minus indigna
10 videri potuit, quod a victore inimico ⟨nihil⟩ crudelius passus erat quam quod eiusdem fortunae compos victo fecisset. si quis tamen virtutibus vitia pensarit, vir magnus ac memorabilis fuit, et in cuius laudes ⟨ex⟩-equendas Cicerone laudatore opus fuerit.

Ut est natura candidissimus omnium magnorum ingeniorum aestimator
15 T. Livius, plenissimum Ciceroni testimonium reddidit.

Cordi Cremuti non est operae pretium referre redditam Ciceroni lau- 23 dationem; nihil enim in ea Cicerone dignum est, ac ne hoc quidem, quod paene maxime tolerabile est:

Cremvti Cordi. Proprias enim simultates deponendas interdum puta-
20 bat, publicas numquam avide exercendas. civis non solum magnitudine virtutum sed multitudine quoque conspiciendus.

Avfidi Bassi. Sic M. Cicero decessit, vir natus ad rei publicae salutem, quae diu defensa et administrata in senectute demum e manibus eius abit, uno ipsius vitio laesa, quod nihil in salutem eius aliud illi quam si
25 caruisset Antonio placuit. vixit sexaginta et tres annos ita, ut semper aut peteret alterum aut invicem peteretur, nullamque rem rarius quam diem illum, quo nullius interesset ipsum mori, vidit.

Pollio quoque Asinius, qui Verrem, Ciceronis reum, fortissime morien- 24

1 **T.** *τ* l. **AB** L. **V** | praestitit *ed. Frob.* -stitisse *α* || **2** hitorici **AB** *corr.* **B**² || **3** ei ΤΙΤΑΦΙΟΝ **A** et ΠΙΤΑΦΙΟΝ **B** *corr.* **B**² || **5** operum *dett.* -rarum (-rārum **A**) *α* || **6** at *scripsi* et *α* sed *Gertz* *delendum susp. Müll.* | tenere **A** || **7** exiliorum ina **A** *corr.* **A**² | partium **V**² -titum *α* | filiae *dett.* -lii *α* || **8** amatae *Gertz* morte *α* *del. Madv.* | tum **A** || **9** quae **D**² quam *α* | eastimanti **A** || **10** nihil *suppl. Lipsius* (*sed* nil *scr.*) || **11** compos victo *Mommsen, Rebling* composito *α* -site **B**² compos ipse *Lipsius* || **12** pensarit **V**² -aret *α* | exequendas *Gron.* sequendas *α* || **14** aestimator *p. c.* **V** -atur *α* || **16** esto **AB** | pretium *Kiessl., C. F. W. Müll.* etiam *α* | referre *Schott* de- *α* | reddatam *a. c.* **B** || **17** in ea *Gertz* ipse a *α* ipso ac *Burs.* || **18** paene] per se *C. F. W. Müll.* || **20** avide exercendas *Gertz* vides credendam *α* vi decernendas *Bücheler* deserendas *Kiessl.* | magnitudinem *a. c.* **B** || **21** virtutum *ed. Frob.* -tem *α* | multitudinem **AB** || **24** abit, uno *scripsi* (uno *etiam Müll.*) habitu non *α* labitur non *dett.* | elabitur, non ipsius vitio, nisi quod *Gron.* | salutem *Gron.* -ute *α* || **27** quo *dett.* quod *α*

tem tradidit, Ciceronis mortem solus ex omnibus maligne narrat, testimonium tamen quamvis invitus plenum ei reddit:

ASINI POLLIONIS. Huius ergo viri tot tantisque operibus mansuri in omne aevum praedicare de ingenio atque industria superva⟨cuum est⟩. natura autem atque fortuna pariter obsecuta est ei, ⟨si⟩ quidem facies 5 decora ad senectutem prosperaque permansit valetudo. tunc pax diutina, cuius instructus erat artibus, contigit. namque [a] prisca severitate iudiciis exacta maxima noxiorum multitudo provenit, quos obstrictos patrocinio incolumes plerosque habebat. iam felicissima consulatus ei sors petendi et gerendi magno munere deum, consilio ⟨suo⟩ industriaque. 10 utinam moderatius secundas res et fortius adversas ferre potuisset! namque utraeque cum ⟨e⟩venerant ei, mutari eas non posse rebatur. inde sunt invidiae tempestates coortae graves in eum, certiorque inimicis adgrediendi fiducia. maiore enim simultates appetebat animo quam gerebat. sed quando mortalium nulli virtus perfecta contigit, qua maior 15 pars vitae atque ingenii stetit, ea iudicandum de homine est. atque ego ne miserandi quidem exitus eum fuisse iudicarem, nisi ipse tam miseram mortem putasset.

25 Adfirmare vobis possum nihil esse in historiis eius hoc, quem rettuli, loco disertius, ut mihi tunc non laudasse Ciceronem sed certasse cum 20 Cicerone videatur. nec hoc deterrendi causa dico, ne historias eius legere concupiscatis; concupiscite et poenas certe non dabitis.

Nemo tamen ex tot disertissimis viris melius Ciceronis mortem deploravit quam Severus Cornelius:

26 CORNELI SEVERI 25

oraque magnanimum spirantia paene virorum
in rostris iacuere suis. sed enim abstulit omnis,
tamquam sola foret, rapti Ciceronis imago.
tunc redeunt animis ingentia consulis acta
5 iurataeque manus deprensaque foedera noxae 30

2 invitos **A** | redidit **A** *ex quo* reddidit *Kiessl.* || 3 polionis **A** | mansuri *Burs.* -ris *α* || 4 supervacuum est *Schott* superba *α* || 5 si *suppl.* **D** || 6 valitudo **A** $\mathbf{B}^2$**V** | tum *vulg.* || 7 a *del. Kiessl. et* ⟨e⟩ *ante* iudiciis *add.* || 8 exacta *Kiessl.* -cti *α* | maxima *Gron.* -morum *α* || 10 magno munere *Ribbeck* (*qui* m. m. deum *ante v.* consulatus *collocare voluit*) -na munera *α* | sors ⟨et⟩ petendi et gerendi; magna munera deum consilio industriaque ⟨aequavit⟩ *vel* ⟨pensavit⟩ *v. der Vliet* | suo *suppl. Sh. Bailey* || 11 sit undas **B** *corr.* $\mathbf{B}^2$ || 12 utraque **A** | evenerant *C. F. W. Müll.* venerant *α* || 13 eum *ed. Herv.* eo *α* || 14 maiore *τ* -res *α* | atpetebat **B** || 18 putas sed **AB** *corr.* $\mathbf{B}^2$ || 19 nihil] nisi **AB** *corr.* $\mathbf{B}^2$ | retuli *α* || 22 certe non *scripsi* ciceroni *α* || 23 depluit **AB** deflevit *Burs.* || 27 iacueres **AB** || 29 ingenia **AB**

patriciumque nefas; extincti poena Cethegi
deiectusque redit votis Catilina nefandis.
quid favor aut coetus, pleni quid honoribus anni
profuerant, sacris exculta quid artibus aetas?
5 10 abstulit una dies aevi decus, ictaque luctu
conticuit Latiae tristis facundia linguae.
unica sollicitis quondam tutela salusque,
egregium semper patriae caput, ille senatus
vindex, ille fori, legum iurisque togaeque,
10 15 publica vox saevis aeternum obmutuit armis.
informes voltus sparsamque cruore nefando
canitiem sacrasque manus operumque ministras
tantorum pedibus civis proiecta superbis
proculcavit ovans nec lubrica fata deosque
15 20 respexit. nullo luet hoc Antonius aevo.
hoc nec in Emathio mitis victoria Perse
nec te, dire Syphax, non fecit ⟨in⟩ hoste Philippo,
inque triumphato ludibria cuncta Iugurtha
afuerunt, nostraeque cadens ferus Hannibal irae
20 25 membra tamen Stygias tulit inviolata sub umbras.

Non fraudabo munic⟨ip⟩em nostrum bono versu, ex quo hic multo 27 melior Severi Corneli processit:

conticuit Latiae tristis facundia linguae.

Sextilivs Ena fuit homo ingeniosus magis quam eruditus, inaequalis 25 poeta et plane quibusdam locis talis, quales esse Cicero Cordubenses poetas ait, ⟨pingue⟩ quiddam sonantis atque peregrinum. is hanc ipsam

25sq. *Cic. Arch. poet. 26*

1 patrociumque **A** | extincti *scripsi et post* nefas *interpunxi* est tunc *α* extinctum (*sc.* nefas) *Gron.* | gestegi **AB** cetegi **V** || 2 catillina **AB** || 3 cultus *Barth* || 4 exculta *Kiessl.* et vita *α* exacta *Schott* devota *Gertz* et vota *Baehrens* || 5 actaque luctum **A** || 6 Latiae **B**² *dett.* (*cf. l. 23*) lati et **AB** latae **V** || 8 etgeium **AB** et gratum **B**² || 9 iurisque *Heinsius* ritusque *α* || 10 saevis *Scaliger* evis **AB** eius **V** | ommutavit **A** || 11 in fores **AB** | volutus **B** || 12 ganiciem **AB** (can- **B**²) || 13 vices **AB** || 15 lucet **B** | tonius **A** || 16 Emathio *dett.* hematio *α* | mittis **AV** tristis *Baehrens* || 17 tibi *Baehrens* | dires **AB** | sypax *α corr.* **V**² | non] nec *Baehrens* | in *suppl. ed. Ven.* | fecerat hoste *Kiessl.* | filippho **AB** || 18 tanta *Schele* | iugurta *α corr.* **D** || 19 afuerunt *Heinsius* afuerat *α* afuerant *Kiessl.* | annibalire **AB** || 20 stigias **AV** || 21 fraudabo **B**² raudabo **AB** laudabo **V** | municipem **V**² municem *α* || 23 late **V** || 24 ingeneniosus **B** || 25 plane **B**² plenae (-ne **B**) **AB** pene **V** | esse *om.* **A** || 25.26 corduvenses poeta **AB** || 26 pingue *ex Cic. suppl. ed. Frob.* | quiddam **V**² quidam *α*

proscriptionem recitaturus in domo Messalae Corvini Pollionem Asinium advocaverat et in principio hunc versum non sine assensu recitavit:

Deflendus Cicero est Latiaeque silentia linguae.

Pollio Asinius non aequo animo tulit et ait: 'Messala, tu, quid tibi liberum sit in domo tua, videris; ego istum auditurus non sum, cui 5 mutus videor'; atque ita consurrexit.

Enae interfuisse recitationi Severum quoque Cornelium scio, cui non aeque displicuisse hunc versum quam Pollioni apparet, quod meliorem quidem sed non dissimilem illi et ipse composuit.

Si hic desiero, scio futurum, ut vos illo loco desinatis legere, quo ego 10 a scholasticis recessi; ergo, ut librum velitis usque ad umbilicum revolvere, adiciam suasoriam proximae similem.

7 Deliberat Cicero, an scripta sua comburat promittente Antonio incolumitatem, si fecisset

1 Q. Hateri. Non feres Antonium. ⟨in⟩tolerabilis in malo ingenio feli- 15 citas est, nihilque ⟨prava⟩ cupientis magis accendit quam prosperae turpitudinis conscientia. difficilis est, non feres, inquam, et iterum inritare inimicum in mortem tuam cupies. Quod ad me quidem pertinet, multum a Cicerone absum, tamen non taedet tantum me vitae meae sed pudet. Ne propter hoc quidem ingenium tuum amas, quod illud Antonius 20 plus odit quam te? Remittere ait se tibi, ut vivas, commentus, quemadmodum eripiat etiam quod vixeras. crudelior est pactio Antonii quam proscriptio: ingenium erat, in quod nihil iuris haberent triumviralia arma. commentus est Antonius, quemadmodum, quod non poterat cum Cicerone ⟨proscribi, a Cicerone⟩ proscriberetur. Hortarer te, Cicero, ut 25 vitam magni aestimares, si libertas suum haberet in civitate locum, si suum in libertate eloquentia, si non civili ense cervicibus luerentur. nunc ut scias nihil esse melius quam mori, vitam tibi Antonius promittit.

1 corrvini **AB** | polionem *α* || 2 advocaverat **V**² -erant *α* || 3 deflendus *dett.* defiendus **AB** -ficiendus **V** | lataeque **V** || 7 Enae *Gertz* ne *α* | interfuisse *Burs.* -sset *α* | Severum *Jahn* eorum *α* | quoque *Burs.* quod *α* || 8 polioni **AB** || 12 proxime *vel* suasoriae proximam *Warmington apud Wb.* || 15 Q.] q; (= que) **AB** | Hateri *Müll.* alterius *α* | intolerabilis *τ* tolerabilius (-ior *p. c.* **V**) *α* || 16 prava *supplevi coll. Vell. II 6, 3* ⟨turpia⟩ *Gertz* ⟨nocere⟩ *Müll., alii alia* | accendat **A** || 17 difficilis *scripsi* -ile *α* || 19 adsum **A** | tamen] tam et **AB** *corr.* **B**² || 20 ne] nunc **B**² | *post* quidem *iterum hab. α* pertinet multum a cicerone (*ex l. 19*), *corr. Gron., Schott* || 22 quod] quo **B**² || 23 quod *Gertz* quo *α* | triumalia **A** || 25 proscribi, a Cicerone *suppl. Müll. praeeunte Burs.* (proscribere, a C.), *et sim. etiam dett. hab.* | hortarer te] hortare **A** || 26.27 si suum] fisum **A** sisum **B** || 27 loquentia **AB** *corr.* **B**² | luderetur *anon. apud Schottum* illuderetur *Schott* || 28 tibi] sibi **AB** *corr.* **B**²

pendent nefariae proscriptionis tabula tot praetorii, tot consulares, tot
equestris ordinis viri; paene nemo relinquitur, nisi qui servire possit.
nescio, an hoc tempore vivere velis, Cicero; nemo est, cum quo velis.
merito hercules illo tempore vixisti, quo Caesar ultro te rogavit, ut vi-
5 veres, sine ulla pactione, quo tempore non quidem stabat res publica sed
in boni principis sinum ceciderat.

CESTI PII. Numquid opinio me fefellit? intellexit Antonius salvis elo- 2
quentiae monumentis non posse Ciceronem mori. ad pactionem vocaris,
qua pactione melior inte⟨rim⟩ pars tui petitur. Accommoda mihi paulisper
10 eloquentiam, Cicero, nec perituram, rogo. si te audissent Caesar et
Pompeius, neque inissent turpem societatem neque diremissent. si uti
umquam consilio tuo voluissent, neque Pompeius *** Caesar. quid ⟨re-
feram⟩ consulatum salutarem urbi, quid exilium consulatu honestius,
quid provocatam inter initia adulescentiae libertate tirocinii tui Sulla-
15 nam potentiam, quid Antonium avulsum Catilinae, rei publicae reddi-
tum? ignosce, Cicero, ⟨si⟩ diu ista narravero: forsitan hoc die novissime
audiuntur. Si occidetur Cicero, iacebit inter Pompeium patrem filium- 3
que et Afranium, Petreium, Q. Catulum, M. Antonium illum indignum
hoc successore generis. si serva⟨bi⟩tur, vivet inter Ventidios et Canidios
20 et Saxas. ita dubium est, utrum satius sit cum illis iacere an cum his
vivere? Pro uno homine iactura publica pacisceris? scio omne pretium
iniquum esse, quod ille constituit: n⟨on⟩ emo tanti Ciceronis vitam quan-
ti vendit Antonius. si hanc tibi pactionem ferret: 'vives, sed eruentur oculi
tibi; vives, sed debilita⟨bu⟩ntur pedes', etiamsi in alia damna corporis
25 praestares patientiam, excepisses tamen linguam. Vbi est sacra illa vox

1 pendent *scripsi post* tabula *non interpungens* -det α | praetorii *dett.* petori A pecori BV pretores V^2 | consulares V^2 -sulatores α || 2 paene] periere V^2 || 5 ullo A | pactione τ act- α || 6 bonis AB *corr.* B^2 | sinum *ed. Frob.* -nu α || 7 eloquentia (*ex* -iam, *ut vid.*) A || 9 quam AB *corr.* B^2 | pactionem A *del. Kiessl.* | interim *scripsi* in te α ante te *Gertz coll. p. 371, 12* || 10 Cicero, nec perituram *scripsi* ciceronem periturum α *quo recepto* tuam *post* eloquentiam *suppl. Schult.* || 11 dirimisset α *corr. dett.* || 12 *in lac. post* Pompeius *hab. dett.* caesarem neque, *deinde post* Caesar *hab.* pompeium deseruisset | Pompeius Caesar⟨em aluisset neque Pompeium violasset Caesar⟩ *Sh. Bailey* | referam *suppl. Müll.* || 13 consulatum AB || 14 libertatem V | tirocinii tui *Schott* -iis tuis α -nii istius *dett.* | sillanam V illa nam AB || 15 potentia AB | Catilinae *Novák* (*et sic fere etiam Gron. qui* Catilinae et *coni.*) catillinam (-il- V) α ⟨a⟩ Catilina *Gron., vulg.* || 16 si *suppl. Schott* | divi AB dum B^2 | haec V^2 | novissime A^1 (*ut vid.*) -imo A^2BV || 18 Q. *ed. Ven.* qui AB -que V | catellum A catullum V || 19 successore *dett.* -orem α | servabitur *C. F. W. Müll., quod propter l. 17* occidetur *recipiendum* -atur α | vincet A | inter Ventidios] inter ven*eras.* A, *deinde* ''didos *habet* inter ventididos BV | et *eras.* A | Canidios *Schott* canitidos (ca- *eras.* A) α || 20 Saxas τ -os α | his B^2 *dett.* is AB iis V || 21 scito *Schult.* | omnem A || 22 non emo *Kiessl.* nemo α || 24 debilitabuntur *dett.* -tantur α

tua: 'mori enim naturae finis est, non poena'? hoc tibi uni non liquet? at videris Antonio persuasisse. Adsere te potius libertati et unum crimen inimico adice: fac moriendo Antonium nocentiorem.

4 P. Asprenatis. Vt Antonius Ciceroni parcat, Cicero in eloquentiam suam ipse animadvertet? quid autem tibi sub ista pactione promittitur? 5 ut Cn. Pompeius et M. Cato et ille antiquos restituatur rei publicae senatus, dignissimus apud quem Cicero loqueretur? Multos care victuros animi sui contemptus oppressit. multos perituros parati ad pereundum animi ipsa admiratio eripuit et causa illis vivendi fuit fortiter mori. Permitte populo Romano contra Antonium liceri: ⟨si⟩ scripta combusseris, 10 Antonius paucos annos tibi promittit; at si non combusseris, fama populi Romani omnes.

5 Pompei Silonis. Quale est, ut perdamus eloquentiam Ciceronis, fidem sequamur Antonii? Misericordiam tu istam vocas, supplicium sumptum ⟨de⟩ Ciceronis ingenio? Credamus Antonio, Cicero, si bene illi pecunias 15 crediderunt faeneratores, si bene pacem Brutus et Cassius. hominem et vitio naturae et licentia temporum insanientem, inter scaenicos amores sanguine civili luxuriantem, hominem qui creditoribus suis oppigneravit rem publicam, cuius gulae duorum principum bona, Caesaris ac Pompei, non potuerunt satisfacere! tuis utar, Cicero, verbis: 'cara est cuiquam 20 salus, quam aut dare aut eripere potest Antonius?' Non est tanti servari Ciceronem, ⟨ut⟩ servatum Antonio debeam.

6 Triari. Compulsus aliquando populus Romanus in eam necessitatem est, ut nihil haberet praeter Iovem obsessum et Camillum exulem. nullum tamen fuit Camilli opus maius quam quod indignum putavit Roma- 25 nos salutem pactioni debere. O gravem vitam, etiamsi sine pretio daretur! Antonius hostis a re publica iudicatus nunc hostem rem publicam iudicat. Lepidus, ne quis illum putet male Antonio collegam placuisse, alienae semper dementiae accessio, utriusque collegae mancipium, noster ⟨est⟩ dominus. 30

7 Argentari. Nihil Antonio credendum est. mentior? quid enim iste non potest, qui occidere Ciceronem potest, qui servare nisi crudelius

1 *Cic. Mil. 101* || 20–21 *haec verba apud Cic. non leguntur, sed cf. Phil. II 5 et 60*

1 naturae *dett.* mature α || 2 ad **B** *corr.* **B**^{2} | liberati **A** || 6 antiquus **B**^{2}**V** || 7 care *Schult.* eá re α secure *Ribbeck* || 9 animi] adimi **AB** || 10 liceri: ⟨si⟩ *Gertz* licet α || 11 ad **AB** | fama *Haase* quam α *del.* **A**^{2} *et Schott* populus Romanus *legens* amor *Müll.* || 14 sumptum *Haase* summum α || 15 de *suppl. Gron.* | m. antonio **B**^{2} || 16 crediderunt *dett.* redd- α | brutos *a. c.* **B** || 18 editoribus **A** || 21 servari *Burs.* -are **AB** -ire **V** || 22 ut *suppl. dett.* ⟨si⟩ *Linde* || 25 magis **B** *corr.* **B**^{2} | Romanos *Gertz* viros α viros ⟨Romanos⟩ *Müll.* || 26 deberet **A** || 28 male *ed. Herv.* malo α | colligam (*sim. l. 29*) **A** || 29 est *h. l. suppl. Wb.*, *post* dominus *Kiessl.*

quam occidat non potest? ignoscere tu illum tibi putas, qui ingenio tuo irascitur? ab hoc tu speras vitam, cui nondum verba tua exciderunt? ut corpus, quod fragile et caducum est, servetur, pereat ingenium, quod aeternum est? ego mirabar, si non crudelior esset Antonii venia.

5 *** P. Scipionem a maioribus suis desciscentem generosa mors in numerum Scipionum reposuit. Mortem tibi remittit, ut id pereat, quod in te solum immortale est. Qualis est pactio? aufertur Ciceroni ingenium; sine vitam. promittuntur ⟨pro⟩ oblivione nominis tui pauci servitutis anni. non ille te vivere vult sed facere ingenii tui superstitem. Videlicet 10 Cicero audiat Lepidum, Cicero audiat Antonium, nemo Ciceronem. ⟨Ingenium Ciceronis⟩ pateris perire, ut, quod Cicero optimum habet, ante se efferat? sine durare post te ingenium tuum, perpetuam Antonii proscriptionem. [8]

Arelli Fvsci patris. Quoad humanum genus incolume manserit, 15 quamdiu suus litteris honor, suum eloquentiae pretium erit, quamdiu rei publicae nostrae aut fortuna steterit aut memoria duraverit, admirabile posteris vigebit ingenium, et uno proscriptus saeculo proscribes Antonium omnibus. Crede mihi, vilissima pars tui est quae tibi vel eripi vel donari potest; ille verus est Cicero, quem proscribi Antonius non putat 20 nisi a Cicerone posse. Non ille tibi remittit proscriptionem sed tolli [9] desiderat suam. Si fidem deceperit Antonius, morieris, si praestiterit, servies; quod ad me attinet, fallere ⟨eum⟩ malo. Per te, M. Tulli, per quattuor et sexaginta annos pulchre actos, per salutarem rei publicae consulatum, per aeternam, si pateris, ingenii tui memoriam, per rem 25 publicam, quae, ne quid te putes carum illi relinquere, ante te perit, oro et obtestor, ne moriaris confessus, quam nolueris mori.

Huius suasoriae alteram partem neminem scio declamasse. omnes pro [10] libris Ciceronis solliciti fuerunt, nemo pro ipso, cum adeo illa pars non sit

1 occidat *Müll.* -debat α | ignoscere tu *Gron.* ignoscentem α || 3 flagile **B** *corr.* **B**² | pereat **B**² *dett.* per eum α || 4 ego **B**²**D**² ergo α | crulior **A** clurior **B** || 5 *rhetoris nomen excidisse puto* | generosa mors *ed. Herv.* -osus amor α || 8 *post* ingenium *interpunxi et* vitam *scripsi* vita α | pro *suppl. Schult.* || 9 annis **AB** *corr.* **B**² | tacere *vel* iacere *C. F. W. Müll.* | videlicet *Kiessl.* vide ut α vive ut *dett.* vives, ut . . .? *Otto* || 11 ingenium Ciceronis *supplevi* | poteris perferre *Schult.* pateris fieri *Burs.* | Cicero *dett.* dico α || 14 patris] p. **AB** *om.* **V** | quom ad **A** *corr.* **A**² | generis **AB** *corr.* **B**² || 15 suus *dett. et coni. N. Heinsius* usus α | suum *dett., N. Heinsius* sum **AB** summum **B**² summae **V** | eloquentia (*ex* -iam **A**) **AB** || 17 poteris **AB** potens **B**² | videbit **A** | proscribes *p. c.* **V** -scribe α || 19 donare *a. c.* **A** || 20 remittit *dett.* emittit α mittit **A**² || 22 fallerem **A** | eum *suppl. Kiessl.* | per te, M.] partem **A** | tuli **AB** || 23 annis **A** || 25 te¹] tu **A** | illi] tibi *Burs.* | te perit *dett.* ceperit (coep- **V**) α || 26 quam *C. F. W. Müll., Madv.* que **AB** quod **V** || 27 husus suaria **A** | declamas **B** *corr.* **B**² || 28 illa **A**² nulla α

mala, ut Cicero, si haec condicio lata ei fuisset, deliberaturus non fuerit. itaque hanc suasoriam nemo declamavit efficacius quam Silo Pompeius. non enim ad illa speciosa se contulit, ad quae Cestius, qui dixit hoc gravius esse supplicium quam mortem, et ideo hoc Antonium eligere. brevem vitam esse homini, multo magis seni; ita⟨que⟩ memoriae consu- 5 lendum, quae magnis viris aeternitatem promitteret, non qualibet mercede vitam redimendam esse. hic condiciones intolerabiles: ⟨nihil humilius⟩ esse quam monumenta ingenii sui ipsum exurere. iniuriam illum facturum populo Romano, cuius linguam †incipem† extulisset, ut insolentis Graeciae studia tanto antecederet eloquentia quanto fortuna. 10 iniuriam facturum generi humano. paenitentiam illum acturum tam care spiritus empti, cum in servitute senescendum fuisset ⟨et⟩ in hoc unum eloquentia utendum, ut laudaret Antonium. male cum illo agi: dari vitam, eripi ingenium.

11 SILO POMPEIVS sic egit, ut diceret Antonium non pacisci sed illudere: 15 non esse illam condicionem sed contumeliam. combustis enim libris nihilominus occisurum. non esse tam stultum Antonium, ut putaret ad rem pertinere libros a Cicerone comburi, cuius scripta per totum orbem terrarum celebrarentur, nec hoc petere eum, quod posset ipse facere, nisi forte non esset in scripta Ciceronis ei ius, cui esset in Ciceronem. 20 quaeri nihil aliud quam ut ille Cicero multa fortiter de mortis contemptu locutus ad turpes condiciones perductus occideretur. Antonium illi non vitam cum condicione promittere sed mortem sub infamia quaerere. itaque quod turpiter postea passurus esset, nunc illum debere fortiter pati.

Et haec suasoria ⟨Murredii insania⟩ insignita est. dixit enim sententiam 25 cacozeliae genere humillimo et sordidissimo, quod detractione aut adiectione syllabae facit sensum: 'Pro facinus indignum! peribit ergo quod Cicero scripsit, manebit quod Antonius proscripsit.'

12 Apud Cestium Pium rhetorem declamabat hanc suasoriam SVRDINVS, ingeniosus adulescens, a quo Graecae fabulae eleganter in sermonem La- 30 tinum conversae sunt. solebat dulces sententias dicere, frequentius

1 latae infuisse **AB** lata ei fuisse **A**² || 3 ad quae **V**² atque *α* || 4 *post* Antonium *finit* **A** (*cf. adnot. ad p. 8, 5*) || 5 homini *dett.* omni **BV** omni⟨bus⟩ *dubit. Müll.* | ita⟨que⟩ *Schult.* ita **BV** || 7 esse *Müll.* et **BV** *del. Kiessl.* || 7.8 nihil humilius *supplevi* ⟨nihil tam intolerabile⟩ *Müll.* || 8 *post* esse *add.* omnia potius subeunda *dett.* || 9 incipem **B** in civem **V** principem *vel* in culmen *Burs.* ⟨in locum⟩ principem *Haase* huc ipse *Gertz* || 11 facturum *dett.* -ura **BV** || 11.12 tam care *Schott* tangere **BV** || 12 et *suppl. Burs.* || 13 illo agi *τ* ille (illi **V**) ait **BV** || 17 occissorum **B** *corr.* **B**² || 19 terrarum *om.* **V** | nec *Jahn* et **BV** || 20 ei ius *Burs.* eius **B** is **V** ius *τ* | *post* Ciceronem *add.* potestas **B**² || 21 quaeri *Burs.* quare **BV** || 23 conditionem promitteret **B** || 25 Murredii insania *supplevi* | insignata **B** || 26 catozelie **BV** *corr. dett.* | umililimo **B** | quo **B** | detractione (*nisi* -tractatione *vol.*) **B**² detractat **B** -tracta **V** -tractu *dett., edd., quod non exstat* || 29 Pium rhetorem *Burs.* praetorem **BV**

tamen praedulces et infractas. In hac suasoria cum ius iurandum bellis sensibus prioribus complexus esset, adiecit: 'ita te legam!' CESTIVS, homo nasutissimus, dissimulavit exaudisse se, ut adulescentem ornatum, quasi imprudens obiurgaret: 'Quid dixisti, quid? ita te fruar?'
5 Erat autem Cestius nullius quidem ingenii ⟨nisi sui amator⟩, Ciceroni etiam infestus, quod illi non impune cessit. Nam cum M. Tullius, filius 13 Ciceronis, Asiam obtineret, homo qui nihil ex paterno ingenio habuit praeter urbanitatem, cenabat apud eum Cestius. M. Tullio et natura memoriam ademerat et ebrietas, si quid ex ea supererat, subducebat;
10 subinde interrogabat, quid ille vocaretur, qui in imo recumberet, et cum saepe subiectum illi nomen Cestii excidisset, novissime servus, ut aliqua nota memoriam eius faceret certiorem, interroganti domino, quis ille esset qui in imo recumberet, ait: 'hic est Cestius, qui patrem tuum negabat litteras scisse.' adferri protinus flagra iussit et Ciceroni, ut oportuit,
15 de corio Cestii satisfecit.

Erat autem, etiam ubi pietas non exigeret, scordalus. Hybreae, diser- 14 tissimi viri, filio male apud se causam agenti ait: 'ἡμεῖς οὖν πατέρων;' et cum in quadam postulatione Hybreas patris sui totum locum ad litteram omnibus agnoscentibus diceret, 'age' inquit 'non putas me didicisse
20 patris mei: quousque tandem abutere, Catilina, patientia nostra?'

GARGONIVS, ⟨fatuorum⟩ amabilissimus, in hac suasoria dixit duas res, quibus stultiores ne ipse quidem umquam dixerat: unam in principio; nam cum coepisset scholasticorum frequentissimo iam more, ut quam primum tantum tumeant quantum potest, a iure iurando et dixisset
25 multa, ⟨ait⟩: ita aut totus vivat Cicero aut totus moriatur, ut ego quae hodie pro Ciceronis ingenio dixero nulla pactione delebo.' alteram rem dixit, cum exempla referret eorum, qui fortiter perierant: 'Iuba et Petreius mutuis vulneribus concucurrerunt et mortes faeneraverunt.'

17 *Hom. Il. IV 405*

1 de bellis **B** *corr.* **B**² || 2 certius *a. c.* **B** || 4 imprudens *dett.* -pudens **BV** -pudentem *dubit. Burs.* -pudens ⟨esset⟩ *Müll.* | obiugaret **B** || 5 nisi sui *suppl. Müll.*, amator *suppl. Kiessl.* || 9 ademerat *Gertz* demerat **BV** demserat **V**² memoria deerat *dub. Kiessl.* || 10 quid *C. F. W. Müll.* qui **BV** | in imo] inimico **B** *corr.* **B**² || 14 protinus **V**² potius **BV** ocius *r* || 16 ubi *Gron.* ibi **BV** | exieret **B** | Hybriae **V**² || 17 ait **B**² at **BV** | *apud Homerum τοι pro οὖν legitur* | ΗΜΗΟΝΗΛΤΗΡѠΝ **BV** *corr. Wilamowitz* || 18 et *litt. maiusculis ut Graeca scr.* **B** | postulationem **B** | hybrias **BV** | patris sui totum *Burs.* partibus stultotum (stultum **B**²) **BV** || 19 deceret *a. c.* **B** | dedicisse **B** || 20 cantilena **B** || 21 fatuorum *suppl. Müll. coll. p. 202, 1; 323, 24* ⟨homo⟩ *Franzoi* || 23 *post* more *sequuntur in* **BV** *verba* a iure iurando et dixisset multa, *transposui* | ut *Sh. Bailey* ita **BV** || 24 tumeant *scripsi praeeunte Sh. Bailey* (tumeat) timeat **BV** || 25 ait *supplevi* | qui **V** || 28 mutuis *r* iuƚ mutuis multis **BV** | L Annei Senecae oratorum et retorum (rhe- **V**) sententiae divisiones colores suasoriarum liber I (primus **V**) explicit incipit liber II (secundus **V**) feliciter (*om.* **V**) **BV**

FRAGMENTA AD LIBROS VT VIDETUR CONTROVERSIARUM SPECTANTIA

1. *Quint. 9, 2, 42* Novi vero et praecipue declamatores audacius nec mehercule sine motu quodam imaginantur, ut Seneca in controversia, cuius summa est, quod pater filium et novercam inducente altero filio in adulterio deprensos occidit: 'duc, sequor. accipe hanc senilem manum et quocumque vis imprime'. et post paulo: 'aspice' inquit 'quod diu non credidisti. ego vero non video: nox oboritur et crassa caligo.'

2. *98* Nam et in totum iurare, nisi ubi necesse est, gravi viro parum convenit, et est a Seneca dictum eleganter non patronorum hoc esse sed testium.

3. *Donati vita Vergiliana 29* Seneca tradidit Iulium Montanum poetam solitum dicere involaturum se Vergilio quaedam, si et vocem posset et os et hypocrisin; eosdem enim versus ipso pronuntiante bene sonare, sine illo inanes esse mutosque.

FRAGMENTA HISTORIARVM

4. *Lact. inst. 7, 15* Non inscite Seneca Romanae urbis tempora distribuit in aetates. primam enim dixit infantiam sub rege Romulo fuisse, a quo et genita et quasi educata sit Roma; deinde pueritiam sub ceteris regibus, a quibus et aucta sit et disciplinis pluribus institutisque formata. at vero Tarquinio regnante cum iam quasi adulta esse coepisset, servitium non tulisse et reiecto superbae dominationis iugo maluisse legibus obtemperare quam regibus; cumque esset adulescentia eius fine Punici belli terminata, tum denique confirmatis viribus coepisse iuvenescere. sublata enim Carthagine, quae diu aemula imperii fuit, manus suas in totum orbem terra marique porrexit, donec regibus cunctis et nationibus imperio subiugatis, cum iam bellorum materia deficeret, viribus suis male uteretur, quibus se ipsa confecit. haec fuit prima eius senectus, cum bellis lacerata civilibus atque intestino malo pressa rursus ad regimen singularis imperii recidit quasi ad alteram infantiam revoluta. amissa enim libertate, quam Bruto duce et auctore defenderat, ita consenuit, tamquam sustentare se ipsa non valeret, nisi adminiculo regentium uteretur.

5. *Suet. Tib. 73* Seneca eum scribit intellecta defectione exemptum anulum quasi alicui traditurum parumper tenuisse, dein rursus aptasse digito et compressa sinistra manu iacuisse diu immobilem; subito vocatis ministris ac nemine respondente consurrexisse nec procul a lectula deficientibus viribus concidisse.

INDICES

NOMINA DECLAMATORVM, ORATORVM, RHETORVM

NOMINA EX HISTORIIS SUMPTA, SIM.

NOMINA AD MYTHOLOGIAM VEL AD RELIGIONEM PERTINENTIA

NOMINA GEOGRAPHICA